

Funding
for the
restoration
of this volume
was provided
by
Our Sunday Visitor

CUA

THE CATHOLIC UNIVERSITY OF AMERICA
LIBRARY



CATHOLIC UNIVERSITY
OF AMERICA LIBRARIES
Washington, DC

ad usu(m) v. f. di Fabij Maria

2695

Canon Law
BV
154
1605
Vol 1

ERVDITO benignoque Lectori.

REI literariæ peritis, bonarumque artium cultoribus arbitramur patere, iam per longiſsimum tempus eam geſſiſſe Iuntas curam ſuæ Typographiæ, ſemperque id proſpexiſſe, vt qui in ea excuderentur libri, approbatiores expetibilioreſque eorum induſtria haberentur. Quod quidem parari efficique ſolet duplici via, ſiue dum libri emendatiores, vitijſque expurgatiores eduntur, ſiue dum quibuſdam annotationibus additionibuſve ornantur, quæ ipſis rebus, quæ in illis traduntur, modo claritatem, modo comprobationem, modo correctionem adhibeant. Vtrunque autem Iuntæa Typographia præſtare ſemper conata eſt: neque enim expenſis vnquam præmijſve pepercit, quibus doctiores clarioreſque homines inuitati, ſuis ingenijs doctriniſque nobis adminicula conferrent, vt Iuntæis Typis perpoliti, decorati, atque illuſtrati libri exirent, ex quibus plures qui iiſdem Typis ſelectiores celebrioreſque ſunt effecti, præterire nil refert; vſibus enim patent ſtudioſorum. Nunc tantum in conſpectum proponimus Textus, quos vocant Canonicos, deque noſtra in illis exornandis cura admonitum volumus Lectorem. Nam prætterquàm quòd eos ad cenſuram normamque, vt par erat, Romani exemplaris diligenter redegimus, Indiceque auximus pleniſſimo, Margarita nuncupato, inſuper luculentis inſignium virorum Ebolitanorum Additionibus locupletauimus. Iccirco Decretales, eæque ſolæ ab Excellentiſſimo D. Auguſtino Carauita ſuas omnes, vt putamus, acceperunt enucleationes: Decreto autem cæteriſque partibus eas inſeruimus, quas D. Proſper Carauita admodum perite elucubrauerat. Omnibus enim in locis, qui potiori aliqua

* 2 vide-

videbantur explanatione indigere, ſiue in textu, ſiue in gloſſis, vtiliſſimas illi viri concinnarunt Additiones. Codices alij Ciuilium legum omnes, eorumque inſignium virorum, qui eas interpretati ſunt, ſuas retinent Additiones pręclaras, quibus etiam pluris æſtimantur. Nonne indecens iniquumque prorſus videbatur, ſi eiuſmodi Additionibus ipſi Canonici Textus caruiſſent? Eas itaque illis nunc primum adiunximus Doctorum hominum iudicio approbatas, qui ſcilicet Carauitarum nomen, quo illæ commendantur, plurimi faciendum cenſent. Tu igitur erudite Lector ſimiliter eas agnoſcendo, cupide potes, alacriterque complecti, ſtudijſque tuis ſocias adhibere, fructus non mediocres te confidens ex eis eſſe percepturum, cuius rei gratia nos etiam in primis eaſdem curauimus euulgandas.

DECRETVM GRATIANI,

EMENDATVM, ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM;

Vnà cum gloſſis;

GREGORII XIII. PONT. MAX.

IVSSV EDITVM.

Ad exemplar Romanum diligenter recognitum.

CVM ADDITIONIBVS AD DECRETALES
Præclariſs. Iuriſconſ. D. Auguſtini Carauitæ Patritij Ebolitani,
& in Sacro Regio Conſ. Neapolit. Conſiliarij.

NVNC RECENS AD ALIA VOLVMINA ACCESSERVNT
Additiones D. Proſperi Carauitæ Patritij Ebolitani, & Iuriſconſ. celeberrimi.

Cum Indice locupletiſſimo, MARGARITA nuncupato.



VENETIIS, *Apud Iuntas,* MDCV.

2695
Canon law
BV
154
1605
v.1

DECRETVM ABBREVIATVM SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

LIBER DECRETI DIVISVS EST IN TRES PARTES.

Quarum prima eſt de diſtinctionibus. Secunda de cauſis Tertia de conſecratione. Prima pars diſtincta eſt in diſtinctiones centum & vnam.

PRIMA diſtinctio
tractat de iure na-
turali & humano,
ius ipſum naturali-
ter eiuſque ſpecies
omnes diffiniens,
& inter ius ſcriptũ,
& non ſcriptum differentiam po-
nens 1
ij. de iure Quiritum ſiue Roma-
norum, ipſum per ſpecies diffi-
niens. 6.
iij. iuris canonici varia nomina di-
ſtinguit, breuiterque exponit 7
iiij. ad quid leges inuentæ ſunt, &
quid ſacri canones mandent 9
v. quomodo ius naturale eſt immo-
bile, nec obſtat quod ibi ponitur.
12.
vi. an illuſiones nocturnę ad pecca-
tum imputentur, & circa finem
proſequitur de iuris naturalis di-
gnitate. 14.
vii. ponit legiſlatores, oſtendendo
qualiter ius inceperit. 18.
viij. ponit differentiam inter ius na-
turale & conſuetudinem. 19.
ix. auctoritate & exẽplo probat con
ſtitutiones hominum iuri naturali
cedere.
x. oſtendit quod leges Imperatorum
vincuntur a canonibus. 27
xi. dicit conſuetudinem legibus ap-
probatis cedere. 33.
xii. habet laudabilem cõſuetudinem
eſſe ſeruandam, quæ nec canonib.
ſacris, nec ueritati, nec bonis mori
bus obuiet. 38
xiii. vult quod contra ius naturale
non admittatur diſpenſatio, niſi in
fuga maioris mali 44
xiiij. quod quis non debet minus
peccatum committere, vt aliud
malus euitare poſsit. 47
xv. notat de tempore quo ſacri cano
nes, librique & conciila celebrata
fuerunt: & quæ opuſcula ſunt ad-
mittenda 48
xvj. ponit quod canones Apoſtolo-
rum ſunt recipiendi, poſtea oſten-
dit quo tempore & quo reſidente
in papatu vel Imperio quodlibet
concilium eſt celebratum. 54
xvii. dicit non concilia, ſed conuenti-
cula celebrati ſine papa 62.
xviij. oſtendit quod prouincialia con
cilia nihil generaliter poſſunt con-
ſtituere, ideo conſequenter decla-
rat ad quid ſint vtilia, & quoties
in anno, & quo tempore anni, &
cuius auctoritate ſunt celebranda,
& quod metropolitanus nihil de-
bet exigere ab epiſcopis ad conci-
lium conuenientib. Addit de pę-
na epiſcopi, qui vocatus ad ſyno-
dum non venit 66
xix. vim decretalium oſtendẽs dicit
mandata eccleſiaſtica deuote ſer-
uanda.
xx. Dicit quod in cauſis diffiniendis
ſacri canones, in exponenda uero
ſacra ſcriptura ſancti doctores at-
tenduntur. 81
xxi. Tractat de diuerſis ordinibus, &
gradibus miniſtrorum, docendo
qui ſunt executores ſiue miniſtri
canonum a maiori vſque ad infi-
mum. Et differentias miniſtro-
rum locorum aſsignat, probans
quod maior à minori non debet
iudicari. 84
xxii. de dignitate Romanæ Eccleſiæ,
& quorundam aliarum 91
xxiii. de ordinatione miniſtrorum in
cipiens a Romano Pontifice, & de-
ſcendens vſque ad oſtiarium. 96.
xxiiii. de examinatione ordinando-
rum. 108
xxv. de officijs clericorum, incipien-
do ab oſtiario, & aſcẽdendo vſque
ad epiſcopum. Circa medium di-
ſtinctionis inchoat xiii præcepta
regulæ apoſtolicæ, ut proſequi
tur ibi, Oportet epiſcopum eſſe
ſine crimine. Et inde nacta occa-
ſione ponit varias ſignificationes
huius nominis, crimine. Et oſten-
dit ſit mortale, & quod venia-
le. 111
xxvi. exequitur ſecundum pręceptum
Apoſtolicæ regulæ. Oportet epm eſ
ſe vnius vxoris virum. 118
xxvii probat quod nolentes vouere
continentiam, ad ſacros ordines
promouendi non ſunt, aſsignans
differentiam inter ſolenne & ſim
plex votum. 122
xxviii. probat quod clericis habere
vxores non licet in eccleſia occi-
dentali, addens de ſubdiaconatu,
qui olim prohibitus non erat. 125
xxix. oſtendit quædam capitula tra-
dita eſſe ex cauſa, quædam ex cã,
quædam ex tempore, quædam ex
loco, quædam ex perſona 133.
xxx. quia dictum fuit xxviii. diſ. ſu-
pra, quod ſacerdotes non debent a
ſe abijcere uxores ſuas prætextu re
ligionis: hic dicit quod ex cauſa
fuit hoc ſtatutum, ſcilicet propter
quoſdam hæreticos, qui coniugia
deteſtabantur. 134
xxii. probat & ponit exempla in ter-
minis, qualiter clerici continere
debent, & quod ab omnib eſt ſer-
uanda continentia, niſi ab orienta-
libus. 139
xxxii. adhuc proſequitur de conti-
nentia clericorum, & dicit quod
conſtituti in quatuor ſacris ordi-
nib. tenentur continere, & ſi ha-
bent publicas concubinas, nullus
eorum Miſſam audiat 145
xxxiii. oſtendit quod bigami, corpo-
re vitiati, vſurarii publice tenen-
tes, luſores in ſcena ludentes, fu-
rioſi, arreptitii, accipientes mere-
trices in vxores, & concubinas
habentes promoueri non poſſunt,
153
xxxiv. ponit quod oportet epiſcopũ
vitare nimiam familiaritatem do-
meſticarum perſonarum, & etiam
conſanguineorum, & quod venari
non licet. 157
xxxv. agit de tertio capitulo apoſto-
licæ regulæ, oportet ordinandum

non eſſe vinolentum. 164.

xxxvi exponendo illud, prudentem dicit quod clerici debent habere peritiam litterarum ſacrarum. 168

xxxvii. oſtendit quod clerici non debent libros gentilium, reſpicere, peritiam tamē ſecularium debent habere. 170

xxxviii. probat quod litteris debet eſſe eruditus ſacerdos, & canones ignorare non debet ignorantia enim ipſi eſt periculoſa. 177

xxxix. oſtendit quod oportet epiſcopum eſſe prudentem in negotii ſæcularibus, vt ſua cautela reddantur eccleſiæ indemnes. 182

xl. proſequitur quintum capitulum Apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopum eſſe ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui conſiſtit in virtutibus. 182

xli. tractat de ornatu, qui conſiſtit in grauitate, in ceſſu, habitu, & tēperantia potus & cibi. 188

xlii. declarat illud, hoſpitalem. 181

xliii. illa duo, pudicum, & doctorem. 193

xliiii. illud non vinolentum: quod eſt pars eius, quod diximus ſupra xxxv. diſt. 198

xlv illud, non percuſſorem. 202

xlvi. illud; non litigioſum. 210

xlvii. illud nō cupidum, domui ſuæ bene præpoſitum. 213

xlviii. illud non neophytum. 218

xlix. prædicta præcepta apoſtolicæ regulæ ſub compendio, & breuiter recapitulat. & ponit cauſas & rationes quare criminoſi & vitioſi non debent in epiſcopos promoueri. 220

l. agit de lapſu, & reparatione clericorum 223

li. de curialibus ſiue officiarii ratiociniis obligatis: iudicibus, & aduocatis ordinandis vel non. 254

lii. de præpoſteratione ſacrorum ordinum, ſiue de clerico per ſaltū promoto 258

liii. de curiæ annexis in clero, vel monaſterio recipiendis vel non. Et ibi probat quare curiales, & aliter obligati ordinandi non ſunt. 258

liiii. de ſeruis à non dominis manumiſsis non promouendis, niſi libertatem ſint conſecuti. 259

lv. de corpore vitiatis, bigamis, illiteratis, publice pœnitentibus ordinandis uel non. 270

lvi. de filiis presbyterorum, & natis de fornicatione, & adulterio non ordinandis 275

lvii de baptizatis in ægritudine an ordinentur. 281

lviii. de monachis non ordinandis ſine licentia abbatis. 282

lix. de laicis litteratis non ſubito ordinandis. 282

lx. oſtendit ex quibus ordinibus aliquis eligendus ſit in præpoſitum, uel decanum, uel archipresbyterum uel epiſcopum. 284

lxi. oſtendit quod laici non ſunt eligendi in epiſcopos: ſed poſtulandi. 286

lxii. oſtendit quod clericorum eſt eligere, & populi conſentire. 295

lxiii. probat quod nullo modo laici debent ſe ingerere electioni epiſcoporum. 296

lxiiii. ponit quo tempore, & quibus præſentibus debent epiſcopi conſecrari. 314

lxv. dicit quod præſentibus omnibus epiſcopis comprouincialibus vel ſe excuſantibus debet epiſcopus conſecrari ab archiepiſcopo. Et ibi dicit, quod ſi cœteris ordinationi epiſcoporum conſentientibus duo uel tres contradicunt, obtineat plurimorum ſententia. 317

lxvi. de promotione archiepiſcopi, qui ab omnibus epiſcopis comprouincialibus eſt ordinandus, & non eſt conſecrandus: & à paucioribus quam à tribus 322

lxvii. de promotione ſiue ordinatione presbyterorum. 323

lxviii. dicit quod illi qui ſunt ordinati ab illis, quos non conſtat eſſe epiſcopos iterum ſunt ordinandi. Siue determinat de ordinatione non iteranda, & de epiſcopis. 323

lxix. quod prima cenſura clerici de manu abbatis poteſt ſuſcipi. Vel dic quod determinat de non ordinatis, ne in eccleſia Dei miniſtrēt. 327

lxx. tractat ne quis ordinetur ſine titulo. 328

lxxi. ne quis ordinetur à non ſuo epiſcopo 329.

lxxii. ne ignotus clericus ſine litteris dimiſſoriis ſiue commendatiis recipiatur 332

lxxiii. oſtendit qualiter litteræ formatæ & dimiſſoriæ ſiunt. 333

lxxiv. tractat an inuitis ordines conferantur. 335

lxxv. de tempore & die conſecrationis epiſcoporum, necnon de temporibus ordinationum aliorum clericorum 340

lxxvi. de ieiuniis quattuor temporum, & quare ſunt ieiunanda. 343

lxxvii. ponit qualiter clerici ſunt per gradus ordinandi, & etiam tractat de interſtitiis temporum. 349

lxxviii. in qua ætate ſunt ſacerdotes ordinandi. 354

lxxix. reperit de ordinatione ſummi Pontificis, quæ à ſolis Cardinalibus fieri debet. 355

lxxx. in quibus locis ſunt ponendi epiſcopi uel archiepiſcopi. 359

lxxxi. epilogando docet, quod ordinandus in epiſcopum debet eſſe ſine crimine, nec clericum mulieribus cohabitare debeat. 362

lxxxii. docet quod epiſcopus his qui ſuis manibus laborare non poſſunt, prouidere debet. Et addit ꝙ ſi quis miniſtrorum fornicationem committat, & agat pœnitentiam, ex diſpenſatione poteſt in ordibus remanere. 372

lxxxiii. docetur quod prælatus non ſolum a peccato immunis eſse debet: ſed etiam peccatis aliorum cōſentire non debet. 377

lxxxiiii. vult quod prælatus ſit vigilans circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, & cautionem monaſteriorum. 379

lxxxv. tractat de hoſpitalitate clericorum, quæ epiſcopis eſt neceſsaria. 382

lxxxvi. probat quod oportet epiſcopum eſse doctorem ut ſciat ſubditos corrigere: item liberalem circa patientes neceſſitatem, non circa hiſtriones 384

lxxxvii. probat quod viduis, orphanis & oppreſsis epiſcopus debet dare ſubſidium. 393

lxxxviii dicit quod clerici cupiditatis cauſa negotiatores eſse non debent: ſed pietatis cauſa coram orphanis & viduis impendere. 396

lxxxix. dicit quod oportet epiſcopū eſse domui ſuæ bene præpoſitum, vt ſciat in diſpenſatione rerum eccleſiæ regulam eſse obſeruandam 401

xc. docetur qualiter litigioſi corripiendi ſunt, & non ordinandi, tractans de licitis & honeſtis operibus. 405

xci. de modo cantandi in eccleſia, etiam de electi poteſtate dicit etiam quod ſi clericis ſua beneficia non ſufficiant: poſſunt ſibi neceſſaria quærere artificio licito. 408

xcii. dicit quod magis corde, quàm vocibus cantandum eſt. 410

xciii. de obedientia minorum erga maiores, & quod nullus debet communicare inimicis Romanæ Eccleſiæ. 414

xciiii. Legato Romani Pontificii qui impediendus non eſt. Et impedientes ſunt excommunicandi. Probat etiam quod maior in officio minori vices ſuas committere poteſt. Et de præſumptione archidiaconorum. 428

xcv. dicit quod etiam præſentibus epiſcopis presbyteri quamuis ſubditi poſsunt ſacra myſteria celebrare, & prædicare. 240

xcvi. dicit quod laicis (etiam imperatoribus) non licet aliquem ordinare, vel de rebus eccleſiarum iudicare 435

xcvii dicit quod precibus eccleſiæ Imperator & ceteri principes poſſunt eam iuuare: ſubiiciens, eccleſiam Romanam legationem undecunque ſine ſignatis apicibus non recipere. 447

xcviii. dicit quod clerici peregrini & vltramarini ſine teſtimonio quinque epiſcoporum recipiendi non

di non ſunt.450.
cix. docet de primatibus, & poteſtate eorũ qualiter nullus eſt appellandus vniuerſalis.451
c. Tractat de pallio, & vſu eius.454.
ci. & vltima dicit vnam prouinciam in duas non diuidendam.450.

SECVNDA PARS. *quæ eſt de Cauſis, diſtincta eſt in cauſas triginta ſex, quarum quælibet plures ſub ſe quæſtiones continet.*

Prima Cauſa quæſtiones habet VII.

prima quærit vtrum vendere ſpiritualia ſit peccatum. Solutio. ſic. 461.
ii. an pro ingreſſu eccleſiæ vel monaſterij pecunia ſit exigenda, vel perſoluenda. Sol. non. 529.
iii. vtrum præbendas eccleſiæ emere ſit ſimonia. Solu. ſic. 535.
iiii. vtrum ille reus criminis ſit cuius pater pro eo ignorante ſimoniam commiſit. Sol. ignorantia facti nõ iuris excuſat eum. 545.
v. vtrum liceat ei retinere, quod pater pro eo ſimonia acquiſiuit, Sol. de rigore iuris non, de miſericordia ſecus. 553.
vi. vtrum ignoranter à ſimoniaco ordinati ſint abiiciendi, vel non. So. probata ignorantia miſericorditer tolerantur 556.
vii. utrum renuntians ſuæ hæreſi in epiſcopali dignitate ſit ſuſcipiendus. So. rigor uult eum deponi: ſed diſpenſatio ſuſtineri. 557.

Secunda cauſa habet VIII. *quæſtiones, & in ea quinta præcedit quartam.*

prima quærit utrum in manifeſtis ordo iuris ſeruandus. Sic, niſi ſint notoria. 575.
ii. utrum ſpoliatus ab aliquo ſit iudicandus. non, ante reſtitutionem. 591.
iii. qua pœna ſint feriendi in accuſatione deficientes. Talione. 592.
iiii. utrum accuſatore deficiente reus ſit cogendus ad purgationem. non, niſi infamia publica laboret. 599.
v an duorum teſtimonio epiſcopus ſit condemnandus. 612.
vi. quo remedio cauſa ſubleuatur, Appellatione, quæ tamen ei danda non eſt, qui cauſa dilationis appellat. 614.
vii. an laici, uel monachi, uel quilibet inferiorum ordinum ſint admittendi in accuſatione maiorũ. non de iure nouo. 640.
viii. qualiter accuſatio fieri debeat, Sol. in ſcriptis. 667.

Tertia Cauſa quæſtiones XI. *complectitur.*

prima vtrum reſtitutio ſit facienda quibuslibet ſpoliatis. Sol. ſic, niſi in certis caſibus, nam infamatus apoſtata, iuſte ſpoliatus, præciſus, & ſuſpectus non ſunt reſtituendi. 670.
ii. quærit de induciis quo ſpatio ſint dandæ: an poſt reſtitutionem tantum, an poſt uocationem ad cauſam quibuslibet concedendæ ſint Sol. ad arbitrium iudicis. 673.
iii. quo ſpatio menſium ſint utriq. concedendæ. So. ut prius 676.
iiii. utrum infames ſint recipiendi ad teſtimonium. Sol. non, niſi cõtra ſui ſimiles. 860.
v. an teſtes domeſtici uel inimici ſint producendi. So. non. 683
vi. utrum reus extra prouinciam ſit producendus. So non 689.
vii. utrum criminoſus poſſit eſſe iudex. Sol. ſi ab eccleſia toleratur. 697.
viii. vtrum epiſcopus poſſit ab vno iudicari. Sol. non, niſi à xii epiſcopis: reſeruata ſententia ſummo pontifici. 704.
ix. vtrum accuſatores teſtes in abſentem vocem accuſationis vel teſtificationis exhibere valeant. Sol. non 705.
x. utrum deficientes in uno capitulo ſint admittendi ad ſequentia. So. non 712.
xi. utrum accuſatus in accuſatorem poſſit conuertere accuſationem. So. non, niſi in maiori crimine. 713

Quarta Cauſa habet VI. *quæſtiones.*

prima an in excommunicatione cõſtitutus alium accuſare valeat. So. non. 717.
ii. an infra duodecim annos in criminali cauſa quis teſtificari poſſit. Sol. non 718.
iii. an ab accuſatione prohibitus poſſit eſſe teſtis. Sol. non. 718.
iiii. an idem poſſit eſſe accuſator, & teſtis. Sol. non. 725.
v. an ſi vocatus ad cauſam non ueniat ſit excommunicandus. Sol. ſic. niſi iuſtam abſentiæ cauſam probauerit. 727.
vi. an calumniator in propria cauſa ſit audiendus. ſol. ſic, ſi cauſa non ſit criminalis. 729.

Quinta Cauſa habet VI. *quæſtiones.*

prima qua pœna ſit feriendus, qui famoſum libellum ſcribit. ſolu. anathemate, niſi ſcriptura probauerit. 730.
ii. quoties quis ſit ad cauſam vocandus antequam excommunicetur. Sol non tantum ſemel: ſed bis. 732
iii. an per procuratorem quis cauſam agere valeat criminalem. Solu. non, niſi ſit perſona illuſtris. Cauſam vero iniuriarum ciuilem ſic 734
iiii. an abſque ſynodali audientia epiſcopus ſit damnandus. Sol. non 736
v. an ſit habendus pro inimico, qui aliquem accuſat. Sol. non, ſi hoc faciat ex charitate 737
vi. qua pœna ſit plectendus, qui non probat obiecta. Sol. talione. 740.

Sexta Cauſa quæſtiones V. *continet.*

Prima vtrum criminoſi, vel infames religioſum epiſcopum poſſint accuſare de ſimonia. Non. 743
ii. ſi epiſcopus accuſationem in accuſantem cõuertere voluerit: an eius verbo ſimplici fides adhibenda ſit Non. 753
iii. an liceat petere iudicium epiſcopi alterius prouinciæ. Non niſi in cauſa damnationis 755
iiii. cuius iudicium ſit expetendum cum epiſcopi prouinciæ in ſua ſententia diſcordant, archiepiſcoporum, & epiſcoporum vicinæ prouinciæ. 757
v. an accuſatore deficiente reus ſit ad probationem cogendus. Non, ſed bene ad purgationem ſi laboret in famia. 756

Septima Cauſa habet II. *quæſtiones.*

Prima vtrũ viuẽte epiſcopo alius poterit in eadem eccleſia ordinari. Non, niſi transferatur vel cadat. Tamen pro infirmitate, vel ſenectute datur ſibi coadiutor. 761
ii. vtrum hi qui ceſſerunt cauſa infirmitatis, ſanitate recepta poſſent cathedram repetere. Non. 790

Octaua Cauſa quæſtiones V. *colligit.*

Prima vtrũ liceat epiſcopo ſibi ſucceſſorem eligere Non. 791
ii. an amicorum patrocinia in electione valeat. Non. 802
iii. an ſit ſimonia poſt electionẽ pro indemnitate eccleſiæ iuramentũ præſtare. Sic. ſi pactum ſuper hoc præceſſerit 803
iiii. an liceat clericis declinare iudicia epiſcopi de crimine accuſati ante ſententiæ tempus. Non ante condemnationem, niſi per appellationem. 805

v. an accuſatus coram Apoſtolico: ſine eius literis debeat reuerti Nō. 805.

Nona Cauſa habet III. quæſtiones.

Prima an ordinatus ab excommunicato eiiciendus ſit. Non. ſi ignorauit illum eſſe excommunicatum 806.
ij. an liceat archiepiſcopo vel epiſcopo clericos alterius ordinare. Nō. ſine literis proprii epiſcopi, 809.
iij. an liceat archiepiſcopo clericos ſui ſuffraganei abſoluere vel damnare. Non, niſi data negligentia vel appellatione interpoſita. 813.

Decima Cauſa tribus quæſtionibus eſt contenta.

Prima an eccleſia cum omni dote ad epiſcopum pertineat vel ad eius ordinationes. Sol. ſic. 822.
ij. an liceat epiſcopo res eccleſiæ diſtrahere. Sol. non, niſi certis caſibus 827.
iij. quid à ſingulis eccleſijs nomine cathedratici valeat exigere. Sol. duos ſolidos. 834.

Vndecima Cauſa habet III. quæſtiones.

Prima an clericus ante ciuilem iudicem ſit trahendus. Non. 840.
ij. qua pęna dignus ſit qui clericum ad ſæcularem iudicem traxit. Excommunicatione 859.
iij. qua pœna dignus ſit qui ſententiam epiſcopi non ſeruauerit. De poſitione 859.

Duodecima Cauſa quæſtiones continet V.

Prima an liceat clericis proprium habere. Non, regularibus. 902.
ij. an res eccleſiæ poſſint dare. Non, niſi in caſibus 916.
iij. vtrum clerici acquiſita de rebus eccleſiæ poſſint relinquere quibus voluerint. Non, niſi eccleſię. 951.
iiij. quibus poſſunt clerici relinquere quæ de ſuis, & eccleſiæ rebus prouenerunt. Partim eccleſiæ, partim hæredibus. 953.
v. an liceat clericis teſtamentum facere. Sic, de propriis rebus. 954.

Decimatertia Cauſa habet II. quæſtiones.

prima vtrum decimæ ſint dandæ ratione territorii vel perſonæ. Sol. ratione vtriuſque 958.
ii. an ius percipiendi, & ſoluendi decimas tollatur ratione temporis. Sol. ſic 961.

Decimaquarta Cauſa habet VI. quæſtiones.

prima an liceat clericis in iudicio ſua repetere. Sic. 978.
ii. an ſuper reb. eccleſiæ teſtes eiuſdem ſint audiendi. Sic 980.
iii. an præter ſortem aliquid accipere ſit vſura. Sic. 982.
iiii. an liceat clericis vel laicis vſuras accipere. Non. 984.
v. an eleemoſynæ ſint de vſuris faciēdæ. Non. 987.
vi. an vſurarii poſſint pœnitentiam agere. Non, ſi habeant vnde poſſint reſtituere 992.

Decimaquinta Cauſa habet VIII. quæſtiones.

prima an ea quæ fiunt ab ignorantibus vel mente alienatis ſint eis imputanda. Non, niſi culpa ſua ad ignorantiam deuenerint. 995.
ii. an pro impenſis patrocinii liceat clericis munera exigere. Sic. 1003.
iii. an per confeſſionem mulieris cū qua peccauit ſacerdos ſit condemnandus Non. 1004.
iiii. an die Dominico debeant epiſcopi cauſas audire. Non. 1008.
v. an neganti crimen purgatio ſit indicenda. Sic. ſi laborat infamia. 1009.
vi. an in criminibus confeſſio ſit extorquenda. Non. 1011.
vii. an ſolus epiſcopus diaconum: vel presbyterum deponere poſſit, Non 1015.
viii. ſi confeſſus vel conuictus de his quæ ante ordinationem commiſit, valeat miniſtrare. Non 1017.

Decimaſexta Cauſa habet VII. quæſtiones. Et in ea quinta quæſtio poni tur in tertio loco.

prima an liceat monachis officium celebrare Sol. ſic cum permiſſione epi, & licentia abbatis. 1021.
ii. an liceat eis in cappellis ſuis ſacer dotes inſtituere. So. ſic ſi quas poſſideant pleno iure. 1056.
v. an epiſcopus vel abbas iure territorii capellam valeant vendicare. So. non. 1060.
iii. an iura eccleſiæ per præſcriptionem tollantur. Sol. ſic. 1061
iiii an eccleſia contra eccleſiam vel monaſterium poſſit præſcribere. Sol. ſic. 1076
vi. ſi qs in rē eccleſiæ ab aliquo detētā ſua auctoritate irrepſerit: an cadat à can. So. ſic, ſed non eccleſia. 1077.
vii. an liceat alicui eccleſiam de manu laici recipere, Sol. non, niſi eccleſia vel monaſterium habeat ius patronatus. 1002.

Decimaſeptima Cauſa habet IIII. quæſtiones.

prima an reus ſit voti qui à propoſito ſui cordis recedit. Solut. non; quantum ad eccleſiam: niſi ore pronunciauerit, 1098.
ii. an beneficia ei reddenda ſit qui eis in infirmitate renunciauit. Sol. ſic, ſi non erat ſui compos. 1100.
iii. an liceat illi qui ſe monaſterio tradidit poſtea ad propria redire. Sol. non. 1101.
iiii. an diſcedens de monaſterio ſine ſui abbatis licentia, poſſit ſua vendicare. Sol. non. 1102.

Decimaoctaua Cauſa habet II. quæſtiones.

prima an abbas factus epiſcopus acquirat eccleſiæ vel monaſterio. Solu. dum fuit abbas, acquiſiuit monaſterio, ſed factus epiſcopus eccleſiæ 1119.
ii. an per epiſcopum ſit eligēdus vel inſtituendus. Sol. ab epiſcopo eſt ordinandus, à fratribus vero eligendus. 1120.

Decimanona Cauſa continet III. quæſtiones.

prima an epiſcopus debeat permittere clericos tranſire ad monaſterium. Sol ſic. 1133.
ii. ſi voluerit, an liceat eo inuito trāſire. Sol. ſic. 1134.
iii. an liceat canonicis regularibus tranſire ad monaſterium monachorum. Sol. non ſine licentia prælati. 1135.

Viceſima Cauſa quæſtiones IIII. comprehendit.

prima vtrum pueri traditi monaſteriis ſint cogendi ibi manere Non, niſi poſtquam venerint ad annos diſcretionis 1140.
ii. ſi præter voluntatem parentum intrauerint monaſterium, an per eos inde poſſint extrahi. Sic, j. annum, & diem: ſi ſint j. annos diſcretioni. 1145.
iii. an qui inuitus cucullam induit cogat eam retinere. non, niſi poſt conſenſerit. 1147.
iiii. an liceat ab vno monaſterio ad aliud tranſire. Sic. 1150.

Viceſimaprima Cauſa habet V. quæſtiones.

prima an clericus poſſit induab. eccleſiis inſcribi. Solutio, non. 1152.
ii. an liceat clericis à ſua Eccleſia ad aliam tranſire. So. non ſine literis vel

vel licentia ſui prælati. 1155.

iii. an liceat clericis ſuſcipere procu rationem ſæcularium negotiorũ. Sol non, niſi cauſa pietatis. 1157.

iiii. an liceat clericis veſtibus fulgidis ornari. Sol. non. 1159.

v. qua pœna ſint puniendi clerici ad iudicium ſeculare fugientes. Sol. excommunicationis 1161.

Vigeſimaſecunda Cauſa gerit quæſtiones V.

prima an iuramentum ſit præſtandum. Sic, cauſa neceſſitatis. 1163.

ii. an ſit periurus q iurat falſum, & credit verum. Sic p͞p intentionem fallendi, tamen poſtea dicitur cõtrarium. 1171.

iii. an liceat clericis denegare epiſcopo conſuetam obedientiam. non ante condemnationem. 1183.

iiii. an iuramentum illicitum ſit ſeruandum. non. 1183.

v. an periurus ſit qui alium peierare cogit. Sol. ſic. 1193.

Vigeſimatertia Cauſa habet VIII. *queſtiones.*

prima an militare ſit peccatum. non ſi iuſte fit. 1202.

ii. quid ſit bellum iuſtum. So. quod fit edicto ſuperioris repetendarũ rerum, aut propulſandarum iniuriarum cauſa. 1207.

iii. an iniuria ſociorum ſit armis ꝓpulſanda. Sic. 1209.

iiii. an vindicta ſit inferenda. Sic, ab eo cuius intereſt. 1213.

v. an ſit peccatum iudici, vel miniſtro reos occidere. non, cauſa iuſtitiæ. 1250.

vi. an mali ſint ad bonum cogendi. Sol Sic. 1272.

vii. an hæretici ſint ſpoliandi ſuis, & eccleſiæ ſuæ bonis. Sic. 1275.

viii. an liceat clericis arma mouere. non, manu propria, niſi cauſa neceſſitatis. 1278.

Vigeſimaquarta Cauſa habet III. *quæſtiones.*

prima an hæreticus aliquem poſſit excommunicare. non. 1295.

ii. an poſt mortem poſſit aliquis excommunicari. Sic, pro hæreſi. 1320.

iii. an pro peccato domini, eius familia poſſit excommunicari. non, ſed interdicto ſupponi. 1325.

Vicesimaquinta Cauſa habet II. *quæſtiones.*

prima an auctoritate priuilegii quis contra ius commune valeat ſe tueri, Sol. ſic. 1346.

ii. an ſequentia priuilegia derogent prioribus. Solutio. Sic, ſi ex certa ſcientia fuerint conceſſa. 1352.

Vigeſimaſexta Cauſa quæſtiones VII. contingit.

Prima an ſint ſortilegi, qui ſub ficto religionis nomine futura promittunt. Sol. ſic, 1363

ii. an ſit peccatum eſſe ſortilegum. Sol. ſic. 1363

iij. à quibus genus diuinationis ſumpſit exordium. Solutio, à Perſis. 1367

iiii. quot ſunt genera diuinationis. Sol. quatuor ſecundũ numerum: duo ſecundum formam: quod videre potes. 1367

v. an ſortilegi ſint excommunicandi. Sol. ſic. 1370

vi. an excommunicatus ab epiſcopo poſſit reconciliari à presbytero. Solu. non, epiſcopo inconſulto, niſi in neceſſitatis articulo. 1378

vij. an morientib. ſit pœnitentia imponenda. Sol non, tamen eſt eis innoteſcenda. 5383

Vigeſimaſeptima Cauſa habet quæſtiones II.

Prima, an coniugium poſſit eſſe inter vouentes. Sol. non, ſi votum ſit ſolennizatum, ſecus ſi ſimplex fuerit. 1390

ij. an liceat ſponſo à ſua ſponſa recedere. Solu. non, ſi deſponſatio ſit de præſenti. 1411

Vigeſimaoctaua gerit quæſtiones III.

Prima, an coniugium ſit inter infideles. Sic. 1434

iii. an liceat conuerſo ad fidem ducere aliam viuente priore. Sic, ſi ſit diuiſus ab ipſa infideli. 1449

iiii. an bigamus ſit qui ante baptiſmum vnam vxorem, & poſt aliam habuit. Sic. 1459

Vigeſimanona Cauſa habet II. quæſtiones.

Prima, an ſit coniugiũ inter ſeruum & ingenuam. Sol. ſic: niſi error impediat. 1451

ii. ſi prius putabat hunc eſſe liberum & poſtea deprehenderit ipſum eſſe ſeruum: an poſſit eum deſerere. Sol. ſic. 1454

Trigeſima Cauſa habet V. quæſtiones.

Prima, an liceat reddere debitum vxori, quæ filium de ſacro fonte leuauit Sic, niſi ex conſenſu vtriuſque ſit factum. 1458.

ii. an ſponſalia contrahantur inter infantes Non 1464

iii. an ſpirituales, vel adoptiui filij poſſint naturalibus copulari. Non. 1464

iiii an liceat alicui commatrem vxoris ſuæ ducere in vxorem. Sic mortua vxor, ſi commaternibus matrimonium præceſſerit. 1458

v an clandeſtina deſponſatio manifeſtæ præiudicet. Non apud eccleſiam. 1470

Trigeſimaprima cauſa habet III. *quæſtiones.*

Prima an poſſit duci in vxorem quæ prius fuit polluta per adulterium. Solut. ſic, niſi adulter dederit ei fidem viuente viro, vel machinatus ſit in mortem eius. 1477

ii. an filia ſit inuita alicui in vxorem tradenda. Solutio. non. 1483.

iii. an poſt patris ſponſionem poſſit alii nubere. Sol. ſic, ſi non conſenſerit. 1486.

Trigeſimaſecunda Cauſa habet VIII. *quæſtiones.*

Prima an liceat ducere meretricem in vxorem. Sic. 1488

ii. an ſit vxor appellanda, quæ ducitur incontinentiæ cauſæ. Non 1495

iii. an mulier ſequatur arbitrium an liberti, an patris ſerui. Aui. 1504

iiii. an viuente vxore liceat aliqui ex ancilla filios querere. Non 1504

v. an ea quæ patiatur inuita, pudicitiam perdat. Non. 1514.

vi. an dulter adulterum dimittere poſſit. Non. 1523.

vii. an viuente dimiſſa aliam accipere poſſit. Non. 1525.

viii. ſi in hoc ſaltem infidelem ducere poſſit ea conditione, vt ad fidẽ conuertatur. Non. 1536

Trigeſimatertia Cauſa habet V. quæſtiones.

Prima an propter impotentiam coeundi ſit aliqua a viro ſeparanda. Sol. ſic. 1537

ii. an ſeparata poſſit ei nubere cum quo prius eſt fornicata. Solutio. ſic pœnitentia peracta 2540

iii. an ſola cordis contritione poſſit peccatum deleri. Solut. ſic, vbi facultas confitendi, non ſuppetit. 1552

NOTANDVM HIC quòd ratione huius tertiæ quæſtionis mota agitur de Pęnitentia, cuius tractatus per diſtinct. VII. eſt diſtinctus.

Prima quærit, an ſola cordis contritio deleat peccatum. Sic, ſi confitenti facultas deſit 1552

ij. an charitas ſemel habita poſſit amitti. Sol. ſic, in via. ſecus tamen in patria. 1603.

iij. an pęnitentia poſſit reiterari. Solu. ſic, præter ſolennem 1633

iiij. an peccata ſemel dimiſſa redeant Sol. non ſimpliciter. 1652.

v. quis modus debeat obſeruari in imponenda & accipienda pęnitẽtia. Sol. ad arbitrium proprij ſacerdotis diſcreti. 1677

vi. cui quis confiteri debeat. Solut. proprio ſacerdoti, ſi ſit diſcretus, alioqui alteri de eius licentia. 1683

vij. an pœnitentia timore mortis accepta ſit fructuoſa Sol. ſic. 1686

iiij quæſtio cauſæ ſupra proximæ eſt, an actus coniugalis ſit prohibitus tempore orationis. Sol. ſic. 1686

v. an vir ſine conſenſu vxoris. & ecõuerſo uouere poſſit continentiã. Sol. Non. 1693

Trigeſimaquarta Cauſa habet II. quæſtiones.

Primà an rea ſit adulterij quę credens maritum mortuum nupſit alteri Sol. non. 1702

ij. an redeunte priore cogenda ſit recedere à ſecunda, & ad priorem redire. Sol. ſic. 1702

Trigeſimaquinta Cauſa habet X. quæſtiones.

Prima an liceat aliquam ducere de propria cognatione Sol. non. 1708

ii. an liceat aliquam ducere de cognatione vxoris ſuæ Sol. Non. 1711

iij. vſque ad quem gradum debeat quis abſtinere à conſanguineis ſuis, & vxoris ſuæ. Sol. olim vſque ad 7. hodie vſque ad 4 1711

iiii. quare vſq; ad 7. gradum computatur conſauguinitas. Sol. ad inſtar ſeptem ætatum mundi. 1718.

v. quomdo gradus conſanguinitatis ſunt computandi Sol. ſicut oſtenditur in arbore, 1718

vi. qui iuſiurandum de propinquitate firmare debent. Sol. propinqui & vicini. 1731

vii an inceſtuoſi filii, reputentur. Sol. Non. 1736.

vii. ſi conſanguinei ignoranter coniuncti ſimul poſſint remanere. Solu. non, niſi ex diſpenſatione Papæ in quinto gradu vel ſupra. 1736

ix an matrimonium per falſos teſtes ſeparatum: ſi poſtea apparuerit eccleſiam fuiſſe deceptam, ſit reintegrandum. Sol. ſic. 1739.

x. ſi relicta alicuius in ſecundas nuptias tranſierit. an proles ex eius ſcepta poterit copulari conſanguineis prioris viri. Sol. Non. 3743

Trigeſimaſexta & vltima Cauſa habet II. quæſtiones.

Prima an virginem opprimens raptum committat. Sic. 1745.

ij. an rapta raptori nubere poſſit, vtique. 1747

TERTIA PARS EST de Conſecratione, quæ quinque diſtinctiones duntaxat complectitur.

Prima agit de conſuetudine eccleſiarum & miſſarum celebratione. 1752

ij de ſacramento Euchariſtiæ. 1776.

iij. de feſtiuitatibus per anni circulum celebrandis. 1826

iiii. de baptiſmi ſacramento. 1835.

v. de confirmatione & ieiunio. 1892

DECRE-

DECRETI TOTALIS MATERIA PER METRA NOTATVR SEQVENTIA.

DECRETVM DOMINI GRATIANI TRES habet partes principales. Prima eſt de diſtinctionibus, quæ ſunt vna ſupra centum. Et ſingulas diſtinctiones ſinguli verſus ſequentes luculenter aperiunt.

1 PRIMO legat quiſque diuinum ius,hominiſque. pagina 1
2 Altera dat textum, quo noſces iura Quiritum. 6
3 Canonico varia iuri dat nomina terna. 7
4 Quarta docet legum quæ cauſa, moduſque ſtatuit. 9
5 Ius naturale probat immutabile quinta. 12
6 Sexta notat vitium diſtinctio ludificantum. 18
7 Septima ſignat eos, qui leges compoſuere. 18
8 Parte octaua mores, naturaque pugnant. 19
9 Nona ſtatuta tenet naturæ cedere iuri. 24
10 In decima regum leges canon ſuperabit. 27
11 Canonis & ſecli, ſuperatur legibus vſus. 33
12 Id quod Roma tenet, diſcretio ſæpe relinquit. 38
13 Si perplexum te reddunt mala : tunc minus imple. 44
14 Non facias leuia, quo quis vitet grauiora. 47
15 Canonis hæc ortum dabit, apocryphoſque libellos. 48
16 Suadet Apoſtolici vim canonis iſta teneri. 54
17 Auctor ſit Papa, ſi concilium celebratur. 62
18 Dicitur hic quod bis ſynodus celebretur in anno. 66
Pri.c.apo ſtolicæ re- gulę & ij. 19 Hæc Decretalis referat quid epiſtola poſſit. 73
20 Biſdena Papæ ſanctorum dogma cedunt. 81
21 Inferior ſummum non iudicat hac prohibente. 84
22 Iſta locos diſtinguit, & ordinat eccleſiarum. 92
23 Ordinat hæc omnes maiores ſiue minores. 96
24 Poſt examen honos ordini eſt attribuendus. 108
25 Optat Apoſtolus hic,quod ſit ſine crimine præſul. 111
26 Si poſt baptiſma contentus coniuge ſola. 118
27 Nullus poſt factum præſumat nubere votum. 122
28 Iſta ſacratorum connubia pagina damnat. 125
29 Hac locus, & cauſa, tempus, perſona notantur. 133
30 Connubium ter dena probat contra Manichæos. 134
31 Tangitur hic quod contineant offerre volentes. 139
32 Deſere presbyterum,qui ſcorta palam retinebit. 145
33 Luſori bigamove ſacer non traditur ordo. 154
34 Fœmina Pontifici perſona domeſtica non ſit. 157
iij.ca.iiij. 35 Non vinolentus præſul, ſed ſobrius eſto. 164
cap.v.ca- pit. 36 Inſtruit hæc prudens quod debeat eſſe ſacrandus. 168
37 Hæc prohibet legere gentilia metra ſacratum. 170
38 Scripturas ſacras ſacrandus ſcire iubetur. 177
39 Vult hæc Pontifices callere negotia ſęcli. 182
40 Internis pars dena quater virtutibus ornat. 182

Sit mo-

m

	41	Sit modus ingreſſu,cunctis,verboq́ue,ciboq́ue.	188
	42	Clericus hoſpitijs peregrinos collocet omnis.	191
	43	Factis & verbis doctor ſis, atque pudicus.	193
	44	Vites ingluuiem, conuiuia, ſiue tabernas.	198
	45	Atque caue quenquam palma lingua ve ferire.	202
vi. c.vij.	46	Reſpuit hæc hominem diſtinctio litigioſum.	210
& viij.	47	Non bene præpoſitos domui, cupidoſq́ue repelle.	213
	48	Abijcitur ſacrandus in hac, ſi neophytus ſit.	218
ix.c. x.c.	49	Crimina non delet reliquorum, crimine vinctus.	220
xi. & xij.	50	An reparetur habet pars quinquageſima lapſus.	223
xiij.cap.	51	Sacrari vetat hæc homines, quos pondera ſtringunt.	254
	52	Præpoſitus primo datur hic præpoſterus ordò.	258
	53	Eſt ratione ne quis annexos ordinet vllos.	258
	54	Hæc prohibet ſeruos ſine libertate ſacrari.	259
	55	Cæſos iſta viros reijcit, membriſq́ue carentes.	270
	56	Condemnatur in hac generatio presbyterorum.	275
	57	Qui baptizatur æger, manet ordinis expers.	281
	58	Hæc vetat abbate monachos nolente ſacrari.	282
	59	Officium negat hæc: niſi ſit bene quiſque probatus.	282
	60	In ſacris præſul vult ſexageſima quòd ſit.	284
	61	Non Pontifices laicos aſſumere debes.	286
	62	Clerus,plebs,princeps: hic eligit,hæc petit,hic vult.	295
	63	Vſurpans laicus id vt eligat, audiat iſtam.	296
	64	Pars hæc Pontifices iubet à tribus eſſe ſacrandos.	314
	65	Cum diſſenſio fit, à pluribus edita ſtabunt.	317
	66	Vt ſacretur ab omnibus archiepiſcopus, hæc vult.	322
	67	Presbyter inſtitui valet hic à præſule ſolo.	323
	68	Si dubius præſul quos ordinet, hi reſacrentur.	323
	69	Si benedictus erit, lectoratum, dabit abbas.	327
	70	Expertes tituli pars ſeptuageſima pellit.	328
	71	Reſpice dicta patrum, ne promoueas alienum.	329
	72	Vlli non detur miſſoria, ni rogitetur.	332
	73	Illius hæc nobis formam diſtinctio præbet.	333
	64	Inuitus nullus erit ad ſacra trahendus.	335
	75	Diſtinguit tempus hæc in quo promoueatur.	340
	76	Temporibus vult hæc nos ieiunare quaternis.	343
	77	Rectos indicat hęc modulos interſtitiorum.	349
	78	Iſta dat annorum numerum, quo promouearis.	354
	79	Ad cardinales ſpectat delectio Papæ.	355
	80	Vrbes præſulibus pars octogeſima tradit.	359
	81	Crimine quòd careat ſacrandus, in hac replicatur.	372
	82	Præſul pauperibus dabis, & lapſos reparabis.	372
	83	Nunquam peccatis conſenſum des alienis.	377
	84	Sollicitus quod ſis, & monogamus, iubet iſta.	379
	85	Non præſul fides, hoſpites niſi noſceris eſſe.	382
	86	Corrigito,doceas: ſed non turpibus vllis.	384
	87	Libertos, inopes, viduas defendere debes.	393
	88	Reſpuitur clerus opus exercens, & auarus.	396
	89	Iſta beneficia te diſpenſare docebit.	401
	90	Placat diſcordes pars nonageſima fratres.	406
	91	Arte parabis opes: niſi ſit ſatis eccleſiæ res.	408
	92	Hæc plus corde probat domino quàm voce cauendum.	410
	93	cHæ dat obedire maioribus inferiores.	414
	94	Sub leuita vices Papæ geſtare valebit.	428

95 Presbyteris præſente licent hinc præſule multa. 429
96 Hic ſecli princeps non ordinet eccleſiæ res. 435
97 Eccleſiæ precibus huic princeps auxilietur. 447
98 Vult ius muniri peregrinos quinque ſigillis. 450
99 Vniuerſalem nullum ſinit iſte vocari. 451
100 Pallia prælatis donat centeſima multis. 454
101 Abſit vt vna duos habeat prouincia patres. 459

Decreti ſecunda pars principalis eſt de cauſis. quæ eſt XXXVI.

Prima cauſa.

Cauſa prior labem condemnat ſimonialem.

Septem quæſtiones primæ Cauſæ.

1 Delinquit qui res mercatur ſpirituales. 461
2 Eccleſias intrans non cogatur dare nummos. 529
3 Si pro præbendis dederis quid: dicere ſimon. 535
4 Ignaros maculant natos delicta paterna. 545
5 Vult rigor vt linquat natus ſibi quæ pater emit. 553
6 Ordinet ignaros ſi quos ſimon, tolerantur. 556
7 Abiurans hæreſim præſul poterit tolerari. 557

Secunda cauſa.

Accuſare docet, ac appellare ſecunda.

Octo quæſtiones ſecundæ Cauſæ: & in ea quinta præcedit quartam.

1 Si ſit cauſa patens, iuris non quæritur ordo. 575
2 Nemo ſuis rebus dijudicet expoliatum. 591
3 Talio punit eos, qui falſo crimina ponunt. 592
4 Si cadit accuſans, ſe non purget reus Inde. 599
5 Per teſtes binos præſul conuincitur aptos. 912
6 Qui cauſas differt appellans reijciatur. 614
7 Arguit inferior maiorem crimine vinctum. 640
8 Mandato legis datur accuſatio ſcriptis. 667

Tertia cauſa.

Tertia reſtituens tempus dabit induciarum.

Vndecim queſtiones tertię cauſæ.

1 Singula reſtituit ius omnibus expoliatis.
2 Inducias debet varias ſpoliatus habere. 670
3 Inducijs varium dat tertia quæſtio tempus. 673
4 Accuſare nequit hominem vir turpis honeſtum. 676
5 Ipſa domeſtica vox nulli nocet, aut inimica. 680
6 Sub ſenſore rerum proprio producere debes. 683
7 Hic non condemnet, ſimilis quem culpa remordet. 689
8 Solus Pontificem iudex non iudicet vnquam. 697
9 Pellitur accuſans abſentem, teſtificanſque. 704
10 Submouet a reliquis teſtem defectus in vno. 705
11 Mutua numquam ſit delatio iure vetante. 712

Quarta cauſa.

Quarta quis accuſet, quis poſſit teſtificari.

Sexta quæſtiones quintæ Cauſæ.

1 Accuſare nequit aliquos anathemate vinctus. 717
2 Impubes teſtis in cauſa criminis haud eſt. 718
3 Qui nequit accuſare, nequibit teſtificari. 718
4 Teſtis, & accuſans nemo ſimul eſſe valebit. 725
5 Non eſt ſtringendus anathemate, qui nequit eſſe. 727
6 Pontificis delator agit ciuilia tantum. 729

Quinta cauſa.

Quinta vocare docet, delatoremque ferire.

Sex quæſtiones quintæ Cauſæ.

1 Mulctant ſcriptorem famoſi flagra libelli. 730
2 Eſt condemnandus ſemel, & bis vterque vocandus. 732
3 Nemo procuret crimen, ciuilia curet. 724
4 Præſulis in ſynodo ſit condemnatio ſola. 736
5 Celans crimen obeſt multo plus quàm manifeſtans. 737
6 Aut caput, aut lingua delatori capuletur. 740

Sexta Cauſa.

Sexta dat infames, delatos atque forenſes.

Quinque quæſtiones ſextæ Cauſæ.

1 Non accuſabunt infames ſimonialem. 743
2 Accuſans verbo non vincit ſimplice Præſul. 753
3 Quære iudicium nunquam debes alienum. 755
4 Externi veniant, ſi ſit ſententia diſcors. 757
5 Si cadit accuſator, erit reus & exoneratus. 759

Septima Cauſa.

Septima Pontificem tangit catedram repetentem.

Duæ quæſtiones ſeptimæ Cauſæ.

1 Præſule viuente nullus det Pontificatum repetentem. 761
2 Nec Cathedram repetit præſul, quam ſponte relinquit. 790

Octaua Cauſa.

Octaua legitur deſertio Pontificalis.

Quinquæ quæſtiones Octauæ Cauſæ.

1 Vult ius ne ſtatuat ſucceſſorem ſibi præſul. 791

Nullus

2 Nullus amicorum mihi poſſit vt eligar inde. 802
3 Detur ab electo vitandi cautio damni. 803
4 Linquendus non eſt (niſi ſit ſententia) Præſul. 805
5 Ad dimiſſa redire ne quis papæ ſine ſcriptis. 805

Nona cauſa.

Soluere nona vetat alienos atque ligare.

Tres quæſtiones nonæ cauſæ.

1 Bannitus pręſul nequit ordinis eſſe miniſter. 806
2 Alterius patriæ clerum tendere vetamus. 809
3 Pontificis clerum primas non ordinet vllum. 813

Decima cauſa.

Dena dat, in ſacra quid ſumat epiſcopus ęde.

Tres quæſtiones decimæ cauſæ.

1 Baſilicæ iuri ſubduntur pontificali. 822
2 Nullus eccleſiæ præſul fructus alienet. 827
3 Nihil præter ſolidos pręſumat quærere binos. 834

Vndecima cauſa.

Præfigens vndena forum ligat atque relaxat.

Tres quæſtiones vndecimæ cauſæ.

1 Non coram laico clericus producitur vllus. 840
2 Officij punit tales ſuſpenſio culpas. 859
3 Seu bona, ſeu mala ſit ſententia dic timendam. 859

Duodecima cauſa.

Eccleſię res ac propria biſſena docebit.

Quinque quæſtiones vndecimæ cauſæ.

1 Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere. 902
2 Accipiens vel emens res eccleſiæ ſibi reddat. 916
3 Linquas eccleſiæ totum quod habebis ab illa. 951
4 Ex re communi quęſitas diuide terras. 953
5 Si fortaſſe voles teſtari, de proprio des. 954

Tertiadecima cauſa.

Tertia poſt decimam decimas, & funera tractat.

Duæ quæſtiones tertiadecimæ cauſæ.

1 Eccleſiæ dandæ baptiſmali decimæ ſunt. 958
2 Tempora longa trahunt ius funeris, & decimarum. 961

Decimaquarta cauſa.

Improbat vſuras poſt denam quarta voraces.

Sex quæſtiones decimæquartæ Cauſæ.

1 Quiſque poteſt licite ſua quærere, dummodo non plus. 978
2 Pro propria valet eccleſia quis teſtificari. 980
3 Si tulerit plus quam dederit quis fœnus habetur. 982
4 Non petat vſuras laicus, vel clericus vllas. 984
5 Ex male quæſitis eleemoſyna non fit egenis. 987
6 Si male parta tenet, & digne non pœnitet vllus. 992

Decimaquinta Cauſa.

In dena quinta furor, & mulier memorantur.

Octo quæſtiones decimæquintæ Cauſæ.

1 In furia pœnam non des, nam ſat furor urget. 995
2 Pro patrociniis non quęrat munera clerus. 1003
3 Sola voce ne quis condemnari mulieris. 1004
4 Nullas luce Dei cauſas tractare ualemus. 1008
5 Infami detur purgatio probra neganti. 1011
6 Extorquenda rei pęnis confeſſio non eſt. 1015
7 Solus non tollit pręſul quem præſtat honorem. 1015
8 Ordine non ſumpto tua te probra facta repellant. 1017

Decimaſexta cauſa.

In ſextadecima prębent monachi ſacramenta.

Septem quæſtiones decimęſextæ Cauſæ. Et in ea quinta quæſtio tertium locum occupat.

1 Dantur in hac monachi paſtores eccleſiarum. 1021
2 Pleno poſſeſſas dabit abbas iure capellas. 1059
3 Eccleſias iure terræ non vindicat abbas. 1060
4 Temporis eccleſiæ tollit pręſcriptio iura. 1061
5 Hęc quadragena dabit dominus ius religioſus. 1076
6 Vſurpans ſine iudicio rem, decidet a re. 2077
7 Si dedit eccleſiam laicus, non hanc retinebis. 2082

Decimaſeptima Cauſa.

Septima poſt decimam prohibet diſſoluere vota.

Quattuor quæſtiones cauſæ decimæſeptimæ.

1 Nulli facta Deo liceat dimittere vota. 1098
2 Gonſaldus tenuit ſua quæ dimiſerat æger. 1180
3 Abbas ad propria monachum nunquam ſinat ire. 1101
4 Dum reddit illicite, quæ contulit illa manebunt. 1102

Decimaoctaua cauſa.

Fratribus abbatem bis nona dat inſtituendum.

Duæ quæſtiones decimæoctauæ Cauſæ.

1 Si monachus fiat præſul.bona parta bipartit. 1119
2 Inſtituit præſul abbates a grege lectos. 1120

Decimanona Cauſa.

Dat decimanona præſul clero monachatum.

Tres quæſtiones decimænonæ Cauſæ.

1 Pontifices clerum non impediant monachandum. 1133
2 Præſule nolente clauſtrum bene clericus intrat. 1134
3 Multus canonicos canon prohibet monachari. 1136

Vigeſima Cauſa.

Biſdena pueri traduntur religioni.

Quatuor quæſtiones vigeſimæ Cauſæ.

1 Quem pater offert,ſi placet exit cum ſit adultus. 1140
2 Extrahit clauſtræ puerum pater illico, ſi vult. 1145
3 Cogitur inuitus nemo retinere cucullam. 1147
4 Strictius ad clauſtrum monacho tranſire licebit. 1150

Vigeſimaprima Cauſa.

Ter ſeptima docet veſtes geſtare decntes.

Quinque quæſtiones vigeſimæprimæ cauſæ.

1 Prima ſit in titulo,ſit commendata ſecunda. 1152
2 Præſulis eccleſiam ſine ſcriptis nemo relinquat. 1155
3 Hæc prohibet clero tractare negotia ſecli. 1159
5 Si proprium linquas cenſorem;ſis anathema. 1161

Vigeſimatertia cauſa.

Iurantes falſum damnat biſdena ſecunda.

Quinque quæſtiones vigeſimæſecundæ cauſæ.

1 Peccat periurans,non iurans quando neceſſe. 1161
2 Non eſt periurus iurans veluti putat eſſe. 1171
3 Pare maiori quanquam malus eſſe putetur. 1183
4 Debent iurata mutari,turpia ſi ſint. 1183
5 Si periurare cogis,periurus haberis. 1193

Vigeſimaſecunda cauſa.

Biſdena terna tractantur bellica geſta.

Octo quæſtiones vigeſimætertiæ cauſæ.

1 Ex iuſta cauſa multis licet arma mouere. 1202
2 Pro rebus licite bellum geritur repetendis. 1207
3 Ius eſt dum læſis ſociis ſuccurritur armis. 1309
4 Inferri uindicta valet, quæ crimine purget. 1213
5 Occidens iudex peruerſos,inde meretur. 1250
6 Ad bona præcipiunt compelli iura malignos. 1272
7 Eccleſiæ rebus ſunt hæretici ſpoliandi. 1275
8 Si ſis de clero,tu nunquam belliger eſto. 1278

Vigeſi-

Vigeſimaquarta Cauſa.

Hæreſiarcharum dat nomina bis duodena.

Tres quæſtiones vigeſimaquartæ cauſæ.

1 Si ſis hæreticus, tua ſit ſententia nulla. 1295

2 Sunt poſt facta mali nonnunquam corripiendi. 1320

3 Ob domini labem non damnetur domus eius. 1325

Vigeſimaquinta cauſa.

Biſdena quinta iuut priuilegia tacta.

Duæ quæſtiones vigeſimæquintæ cauſæ.

1 Tuta ſit eccleſia, quam lex priuata tuetur. 1346

2 Et ſi ſubſequitur lex altera derogat illi. 1352

Vigeſimaſexta cauſa.

Biſdena ſexta ſunt ſortilegi reprobati.

Septem quæſtiones vigeſimæſecundæ cauſæ.

1 Qui ventura ſciunt per ſortes ſortilegi ſunt. 1363

2 Peccat qui ſcriptis vel ſortibus abdita quærit. 1363

3 A perſis reprobæ ſumunt exordia ſortes. 1367

4 Quattuor hic genera Varro fert ſortibus eſſe. 1367

5 Ceſſent ſortilegi, ne ſint anathemate ſtricti. 1370

6 Quando neceſſe ſubeſt, vinctos a præſule ſoluens. 1378

7 Aegris non dentur pœnæ, ſed not ficentur. 1383

Vigeſimaſeptima cauſa.

Edocet an ſponſas ducant ter nona uouentes:

Duæ quæſtiones vigeſimaſeptimæ cauſæ.

1 Si ſit ſolenne, dirimit connubia votum. 1390

2 Sponſum ſponſa, virum non vxor deſerit umquam. 1411

Vigeſimaoctaua cauſa.

Biſdena octaua gentiles nubere noſces.

Tres quæſtiones vigeſimaoctauæ cauſæ.

1 Inter gentiles connubia dicimus eſſe. 1424

2 Deſerat vxorem vir Chriſtum deſpicientem. 1449

3 Vir poſt baptiſma reliquam ducens, bigamus ſit. 1450

Vigeſimanona Cauſa.

Coniugium ſeruile tenet vigeſimanona.

Duæ quæſtiones vigeſimanonæ cauſæ.

1 Connubii vires perſonæ diſſipat error. 1451

2 Inſcia, cui nupſit dimittat libera ſeruum. 1454

Trigeſima cauſa.

Terdena claret cognatio ſpiritualis.

Quinque quæſtiones trigeſimæ cauſæ.

1 Fonte leuans proprium puerum non vincula ſoluit. 1458

2 Infantes prohibet ius coniugium celebrare. 1464

3 Tu naturalem non iungito ſpirituali. 1464

4 Vxor compatris vxoris non mihi nubat. 1468

5 Fœdera non fiant clandeſtina coniugiorum. 1470

Trigeſimaprima cauſa.

Terdena prima mœcho polluta negatur.

Tres quæſtiones trigeſimæprimæ cauſæ.

1 Ni certis cauſis mœcham bene ducit adulter. 1477

2 Inuitam ſponſo non det natam pater ulli. 1483

3 Tunc niſi conſenſum dederit, reliquo bene nubit. 1486

Trigeſimaſecunda cauſa.

An meretrix nubat, tangit terdena ſecunda.

Octo quæſtiones trigeſimæ ſecundæ Cauſæ.

1 Turpia linquentem bene ducit vir meretricem. 1488
2 Obſtat coniugio ſacro complenda libido 1495
3 Liber auus neptem ſponſat ſeruo patre natam. 1504
4 Illicito prolem coitu quærat ſibi nullus. 1504
5 Non ſine mente caro fertur violata puellæ. 1514
6 Non valet vxorem mœchus vir linquere mœcham. 1523
7 Non aliam ducas, vxore ſuperſtite prima. 1536
8 Non duc gentilem ſi ſpondeat eſſe fidelem.

Trigeſimatertia Cauſa.

Terdena terna friget, compunctio, votum.

Quinque quæſtiones trigeſimatertiæ Cauſæ.

1 Si vir ſit gelidus, ab eo ſeiungitur vxor. 1537
2 Nubere mœcha poteſt mœcho ſeiuncto marito. 1540
3 Quæritur an crimen purget contritio ſola.

Tractatus de pœnitentia habens ſeptem diſtinctiones hic inſeritur.

1 GRatia diuina contritis crimina delet. 1552
r ¶Quæ orientem verſus.] Scilicet noui & vet. teſt. Sed tamen legitur, ꝙ Daniel in Babylonica captiuitate orabat verſus templum, & Iudæi ſimiliter. templum autem erat verſus orientem, & in Salomone legitur: mane ad ſolem orabis. ſed dic, quod illa faciebant in veneratione templi.

Orãdum e[ſt] verſus orientem.

ADDITIO. Poteſt tamen dici ſecundum Io. Damaſ. ꝙ octo ſunt cauſæ quare eccleſiæ ſic ſunt ordinatæ, ꝙ fideles orent verſus orientem, quæ habentur in Archid. hoc loco.

Oleo q̃ membra ſunt vnguenda.

ſ ¶Oleo] Oleo in ſcapulis, & pectore, vt de conſecrat. diſt. 4.

diſtin 4. deinde. tertio in vertice fit vnctio: ſed hoc fit criſmate, vt de conſec. diſtinct. 4. poſtquam aſcendit. ſed larga acceptione hic appellatur oleum criſma. ſicut econuerſo. infr. 65. diſtin. Illud ſuperfluum. Ioan.

baptizamus: verbis abrenunciare Satanę & Angelis eius informamus. Vnde hęc, & alia in hunc modum non pauca, niſi quia tacita & myſtica traditione à Patribus eccleſiaſtico more, reuerentiori diligentia ſunt in monaſteriis obſeruata ſilentio, quam publicata ſcripto?

α ¶ Ex dictis.] *Hoc caput antea citabatur* ex Auguſtino in lib. ex dictis Baſilij, *in codice Vercellenſi eſt*: vnde Auguſtinus ait; vel ex dictis Baſilij, & *retenta eſt poſterior pars huius diſiuncti, quoniam ita citant Burchar. & auctor* Pannormię, *Iuo autem citat ex lib. Baſilij de ſpirituſancto, c. 27. quomodo in margine eſt indicatum Caterum, quoniam multis locis gloſſa obſtitit, ne emendaretur, neceſſarium viſum eſt integrum B. Baſilij locum & græce & latine aſſerre.*

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα, ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅς τις γε κἂν κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν, ὡς οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιϊστῶντες τὸ κήρυγμα. οἷον, ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον μνησθῶ, τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι, τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχήν, ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχύν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες; εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον, ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως; τί δὲ αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρῖσιν τίς λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, πόθεν; ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; οὐκ ἐκ τῆς ἀδημοσιεύτου ταύτης καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ καὶ ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν; καλῶς ἐκεῖνοι δεδιδαγμένοι τῶν μυστηρίων τὰ σεμνὰ σιωπῇ διασώζεσθαι.

.i. Dogmatum, & inſtitutorum, quæ in eccleſia ſeruata ſunt, alia quidem habemus ex doctrina, quæ literis conſignata eſt; alia vero ex Apoſtolorum traditione ad nos tranſmiſſa, in miſterio recepimus, Quæ utraque eandem uim ad pietatem habent: atque his nemo ſane contradixerit, qui uel exigua legum eccleſiaſticarum peritia ſit pręditus. Nam ſi aggrediamur ea, quæ non ſcripto, ſed tantum conſuetudine conſtant, repudiare, imprudentes Euangelio & quidem in præcipuis ipſius patribus efficiemus: uel potius ipſamet inſtituta ad inane quoddam nomen redigemus. Exempli cauſa (vt quod primum, maximeque commune eſt, primo loco commemorem) eos, qui in Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine ſpē poſuerunt, figura crucis ſignari, ecquis ſcripto docuit? dum oramus ad orientem ſolem, ecquæ nos literæ docuerunt? Verba inuocationis, cum panis Euchariſtiæ & calix benedictionis offertur, quis ex ſanctis Patribus ſcripta nobis reliquit? Non enim ijs contenti ſumus, quorum Apoſtolus, & Euangelium mentionem fecerunt; ſed alia quoque cum antea, tum poſt dicimus, vt pote quæ magnum momentum ad ipſum myſterium habeant, doctrina non ſcripta, ſed tradita eruditi. Benedicimus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, atq; illum ipſum præterea, qui baptizatur, ex qua ſcriptura? nonne occulta, & myſtica traditione? Quid? ipſam olei unctionem quis ſermo ſcriptus docuit? Quòd homo ter mergendus ſit, unde accepimus? Abrenunciare Satanæ, atque Angelis eius, & reliqua omnia quæcumque in baptiſmo obſeruamus, quæ ſcri-

Conſuetudinem.] CASVS. huius cap. per ſe patet. a ¶ conſuetudinem.] inf.d. 12.cap. nos conſuetudinem, & inf diſt.prox.omnia.contra ibi enim dicitur, ꝙ quamuis conſuetudo non ſit contra fidem, tamen eſt repellenda. Sol. hic de tolerabili, ibi de ſuperſtitioſa & intolerabili conſuetudine: & omnes auctoritates intelligendæ ſunt, quæ contra illud c. reclamare videntur.

e ¶ Particularis.] Sed contra infra. ca.diſt.100. contra morem, vbi dicitur, ꝙ particularis conſuetudo non excuſat, ſed tantum generalis. Sed hoc uerum eſt in illis, quæ tantum ex priuilegio poſſunt haberi, vbi non valet conſuetudo, niſi vniuerſalis ſit.

Cōſu... partic... an ca...

Sed

ptura iuſſit? Annon hæc ipſa minime vulgata, ſed ſecreta doctrina, quam quieto, minimeque curioſo ſilentio Patres noſtri cuſtodierunt; probe quidem illi intelligentes, myſteriorum maieſtatem taciturnitate ſeruari?

Item Pius Papa .i. in decretis, decreto ſeptimo.

¶ Laudabilis eſt conſuetudo, quæ nihil fieri contrarium vſurpat. Cap. VI.

Conſuetudinem[a] laudamus, quæ tamen contra fidē[b] catholicam nihil vſurpare dignoſcitur.

Burc.l.3.c.124. Anſ.l.4.c.42. Iuo p.4.c.65. Pann.l.2.c.157. Poly.l.3.tit.23.

¶ *Verba huius capitis, quæ antea tribuebantur B Auguſtino, leguntur in editione conciliorum Colonienſi tribus tomis inter decreta Pij.I decreto ſeptimo, & in epiſtola eiuſdem Pij ex codice ſexdecim librorum, lib.3.cap.19 quam etiam citant Burchardus, Iuo, & auctor Pannormiæ: cuius tamen epiſtolæ omnia fere verba habentur 1.lib.regeſti B. Gregorij (qui citantur in Polycarpo (epiſt.75. & ea, quæ ad hoc caput pertinent, referuntur infra.diſt.13.c.nos conſuetudinem.*

Item B. Auguſtinus ad Caſulanum, epiſt.86.

Anſel.l.4.c.42. Burc.l.3.c.126. Iuo p 4.c.58. Pann.l.2 c.128. Poly.l.3.tit.23. c.fin.

¶ Vbi auctoritas deficit, mos populi, & maiorum inſtituta pro lege ſeruantur. Cap. VII.

IN his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura; mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege[c] tenenda ſunt. Et ſicut α præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum[d] coercendi ſunt.

α Et ſicut.] *Hinc vſque ad finem non ſunt in epiſtola indicata: ſed à Burchardo etiam & Iuone, & in pannormia referuntur.*

Item in libro de fide Chriſtiana.

¶ *Hodie inter opera B. Augu. nullum extat hoc titulo. In epiſtola vero ad Ianuarium, quæ eſt 118.cap.1. & 2. hæc eadem ſententia copioſe exponitur.*

¶ Auctoritate & traditione generali, vel ſpeciali eccleſia regitur. Cap. VIII.

CAtholica eccleſia per orbem terrarum diffuſa trib. modis probatur exiſtere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas eſt ſcripturarū, aut traditio vniuerſalis, aut certe propria & particularis[e] inſtitutio. Sed auctoritate[f] tota[g] conſtringitur, vniuerſali traditione maiorum, nihilominus tota: priuatis vero conſtitutionibus, & proprijs informationibus vnaquæq; pro locorum varietate, prout cuique viſum eſt ſubſiſtit, & regitur[h].

Item in libro contra Manicheos.

b ¶ Contra fidem.] id eſt, contra bonos mores, & ꝙ ita * ſit exponendum; habes de conſecra.diſt.4.ſi nō ſanctificatur. vbi ex neceſſitate oportet facere eādem expoſitionem.

**Longe rectius exponitur ibi in glo.c.ſi non ſanctificatur.de conſec. diſt. 4. Vide Turrecre.ſuper hoc cap.*

IN his.] CASVS. Quærebat Caſulanus ab Augu. vtrum conſuetudines eſſent ſeruandæ, vbi nihil ſtatuit diuina ſcriptura certum? Et reſpondet, quòd ſic: & tūc ꝓ lege ſeruādæ ſūt; & ſicut transgreſſores legum ponūtur, ita & contemptores eccleſiaſticarū cōſuetudinū puniri dēnt.

c ¶ Pro lege.] Semper diuturni mores pro lege ſeruantur, vt in fr.diu.proxi. diuturni, ſic ſu.ead.diſt. cōſuetudinis.

d Cōſuetudinū.] no. ꝙ æq; punit trāgreſſor conſuetudinis vt tranſgreſſor legis, vt 1.q.7.ſi quis omnē. & ſup.ea.eccleſiaſticarum.vnde ſicut canonice non licet obuiare legi ſine licentia Papæ, ſic nec conſuetudini 1, vt dicitur in hoc eo.c. & tñ de communi cōſenſu poſſunt venire cōtra conſuetudinem etiam iuramento firmatam. ſi cauſa ſubeſt, vt extra de his q̄ fi.à ma.par.cap.cum in cunctis: ſed contrarium eſt in ſtatutis.15.q.6. auctoritatem.Ioan 2.

Conſuetudinis trāſgreſſor punitur vt tranſgreſſor legis.

1 Antiquæ conſuetudinis ordo ſub decreto mādatur obſeruari, vt 10. q.1.decernimus.in pri.

2 Ad idē ex. de iureiur. ſicut noſtrū. Archid.

CAtholica eccleſia. CASVS. Tria ſunt quibus eccleſia per orbem diffuſa regitur, & ſubſiſtit.ſ. ſcriptura ue.& no.te. & traditio patrū, & vniuerſalis & particularis inſtitutio, vel cōſuetudo. Primis duobus modis vniuerſaliter tota regit̄ eccleſia: particularis vero inſtitutione, vel conſuetudine nō tota, ſed pro locorū varietate regitur, & gubernatur, prout vnicuiq; viſum eſt.

f ¶ Sed auctoritate.] Scilicet ſcripturæ.

g ¶ Tota.] Eccleſia.

h ¶ Regitur.] Quia quælibet prouincia abundat in ſuo ſenſu, vt 76.diſt.vtinam.& extra de ſepul. ca.certificari.

Palam.]

PAlam.] CASVS. Manichæi dicebant, ꝙ auctoritas Rom. eccl. in re dubia non debat introduci ad fidẽ faciendã. Contra quos inuehitur Aug. dicẽ, quod auctoritas Rom. eccl. ad fidem faciendam valet, cum ſit ab ipſis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus confirmata. a ¶Pa- vt 20. diſt. de libellis, & ſic ſeruandæ ſunt leges Apoſtolicæ, ſicut leges Petri. 19. d. ſic omnes.

d ¶Et tot.] arg. ꝙ priuilegium, quod a pluribus epiſcopis datur præualet illi quod à paucioribus datur, & argu. 19. diſt. in canonicis 1.

¶Valet ad fidem catholicæ auctoritas eccleſiæ. Cap. IX.

PAlam eſt [a], quòd in re dubia, ad fidem [b] valeat auctoritas eccleſiæ catholicæ [c], quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum vſq; ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet epiſcoporum ſerie, & tot [d] populorum cõſenſione firmatur.

¶*Apud B. Auguſtinum lib. 11. contra Fauſtum Manichæum cap. 2. legitur.* Et vides in hac re (de fide exemplarium loquitur) quid eccleſiæ catholicæ valeat auctoritas, quæ ab ipſis, &c. *Hanc verò epiſcoporum ſucceſſionem potiſſimum in ſede Petri, & in libro contra epiſtolam Fundamenti, & in epiſt. 165. de ſchiſmate* Donatiſtarum, *merito certiſſimum putauit eccleſiæ catholicæ indicium.*

Item Leo Papa ad epiſcopos per Siciliam conſtitutos, epiſt. 4. c 6.

¶Ab Apoſtolicis inſtitutis non licet recedere. C. X.

Anſel.l.1.c.45. Poly.l.1.tit.17.

HOc veſtræ indicimus charitati, vt ab Apoſtolis inſtitutis nullo vlterius recedatur exceſſu, quia inultum poſt hoc [e] eſſe non poterit, ſi quiſquam Apoſtolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Item Innocentius I. ad Decentium [f] epiſcopum Eugubinum, epiſt. 1.

¶Ab omnibus ſeruari debet, quod Romana ſeruat eccleſia. Cap. XI.

Burc.l 3.c. 125. Anſ.l.1.c.41. Iuo p.4.c.67. Poly.l.1.ti.17.& l.3. tit. 24.

† *al. auctoritatem debeat aliunde accipere, vel exemplum.*

QVis neſciat, aut non aduertat, id quod a principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari? nec ſuperinduci, aut introduci aliquid, quod aut † auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? præſertim cum ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, inſulaſque interiacentes, nullum inſtituiſſe eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus [g], aut eius ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes: aut legant, ſi in iſtis prouincijs alius [h] Apoſtolorum inuenitur, aut legitur docuiſſe. Quòd ſi non legunt, quia nuſquam inuenitur, oportet eos hoc ſequi, quod eccleſia Romana cuſtodit, a qua eos principium accepiſſe non dubium eſt, ne dum peregrinis ſermonibus † ſtudent, caput inſtitutionum videantur omittere. † Sæpe dilectionem tuam ad vrbem veniſſe, ac nobiſcum in eccleſia conueniſſe, & quem morem [i], vel in conſecrandis myſterijs, vel in cæteris agendis arcanis teneat [k], cognouiſſe α. Quod ſufficere arbitraremur ad informationem eccleſiæ tuę, vel reformationẽ,

† *al. aſſertionibus.*
† *al. amittere.*

HOc veſtræ. CASVS. Quidam epi ũolebant recedere ab inſtitutis, & cõſuetudine Ro. ec. ſed Leo Papa ꝑcipit ne hoc faciãt, qa de cætero non poterit inultum remanere.

e ¶Poſt hoc.] Arg. ꝙ grauius punitur delictum iteratum, vt 15. q. 8. hi qui.

f ¶Ad Decentium.] Iſte, fuit electus in epiſcopũ, & licet ſciret conſuetudines Rom. eccl. tamen petijt a Papa, vt ſcribat eas pp maiorẽ auctoritatem. 23. di. quamquam.

QVis neſciat.] CASVS Quidã cui nota erat inſtitutio, & conſuetudo Rom. ecc. electus in epm in ciuitate quadam vbi erant hoĩes qui ſuperinducebãt aliter inſtitutiones, & conſuetudines, q̃ B. Petrus docuit, & ſucceſſores ipſius, quod patefaciẽs epiſcopus dño Papę ſupplicauit, vt ſibi inſtitutiones Ro. Ec. ſcriberet, quibus ſuum populum erudire volebat. Cui Papa reſpondet, dicẽs: Licet noueris conſuetudinẽ noſtram. in qua toties interfuiſti, vt ſufficiat ad informationẽ eccleſiæ tuæ: quia tamen auctoritate noſtra tuum vis populũ informare: faciemus, qđ petiſti, vt populũm tuũ inſtruas, & errãtes cõmoneas, aut nobis indices, vt qui ſint ſcire valeamus.

g ¶ Petrus Apoſtolus.] vel aliq̃s ex eiꝰ mãdato, vt Paulꝰ: nã Petrus Paulo dedit licentiam prędicãdi auctoritate Dñi dũ dicit: Segrega emihi Paulum & Barnabã vt 75. diſt. quod die.

1 Arg. contra text. de pœni. & remiſ. lib. 6. c. indulgentiæ

2 Non vr. hęc bona ex poſitiuo quia nullus Apoſtolus fuit Petro contrarius: & ideo alii ſubaudiunt primo ex xii. nulluſ niſi Petrus, vel ab eo cõmiſſus. Arc.

a ¶Palam eſt.] In his tribus c. loquitur de generali conſuetudine Rom. eccl. quam etiam in alijs eccleſiis ſtatuit obſeruandam.

b ¶Ad fidem.] Scilicet. adſtruendam.

c ¶Catholicæ.] ſ. Romanæ, ad quã recurrit in dubijs,

h ¶Alius.] ideſt contrarius. 2. ſic ponitur 11. q. 3. c. 2.

i ¶Morem.] Sic conſtrue, ſatis certum haberemus dilectionem tuam agnouiſſe quẽ morẽ in celebrandis, &c.

K ¶Teneat.] Scilicet Rom. Eccl. vel teneat, ideſt, tenere debeat dilectio tua.

a ¶ Haberemus] ſcilicet tuam dilectionem.
b ¶ Duxiſſet.] dilectio tua.
c ¶ Ignorare.] hic indicat eum ſcire, & neſcire: ſed vulgariter loquitur: quaſi dicat, ſatis crederetur te ſcire, niſi à me quæreres.

tione deuiare non debemus: ſed cum ratione poſſumus quod probat per duo. cap. proxi. à contrario ſenſu. Ioan.
ADDITIO. Et male. Nam non eſt in eo argumentandum à contrario ſenſu, ſecundum Lau. ſed contra hoc dictum

d ¶ Auctoritate.] cū iſte epiſcopus hoc ſua auctoritate poterat facere, & per confirmationem Papæ nihil noui iuris datur 1, vt inf. diſt. proxi. præceptis, qui enim confirmat, nihil donat; vt extra de fid inſtr. inter dilectos: in quo eſt ergo maioris auctoritatis? Dicunt quidā, ꝙ ſolet plus timeri, & c. vt 23. d. quāquam. immo dico, quod auctoritas Papæ, vel eius confirmatio id qđ min' fuit validū facit validum, vt extra de trāſac. c. 1. Itē quia nulli præter auctoritatem Roman. Pōt. licet illud reuocare, vt extra de confir. vti. vel inut c. 2. 2.
e ¶ Nouitates.] inf. 33. di. & hęc aūt ſcripſimus. & ff. de conſti. prin. ī rebus ſup. 4. diſ. erit autem lex.
f ¶ Alterius] ſcillicet contrariæ bonis moribus, ſic ſoluitur cōtra. inf d. prox. noluit. contra ſic Inſt. de ſatiſda. §. vlt.

1 Ad hoc 25. q. 2. non tam nouū. & no. ſup. ea. q. in ſumma. ibi videas. Arch.

Confirmationis Papalis effectus.

2 De hoc ēt legiť, & no. 17. q. 4. frater. & extra de tranſa venieš. ibi' videas. & de conſti. c. pe. & per Inn. extra de deci. dudum.

ſi prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, & ſatis certum, haberemus [a], niſi de aliqnibus conſulendos nos eſſe duxiſſet[b]: quibus idcirco reſpondemus, non quòd te aliqua ignorare,[c] credamus; ſed vt maiori auctoritate [d] tuos inſtituas: vel ſi qui à Romanę eccleſię inſtitutionibus aberrant, aut cōmoneas, aut nobis indicare non differas: vt ſcire valeamus, qui ſint, qui aut nouitates [e] inducunt, aut alterius [f] eccleſiæ quam Romanæ, exiſtimant conſuetudinem eſſe ſeruandam.

α ¶ Cognouiſſe.] *Locus hic in originali concilij quatuor tomorum inſerto ſic habet*, cognouiſſe non dubium eſt. Quod ſufficere ad informationem eccleſiæ tuæ, vel reformationē, (ſi prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt) ſatis certum haberem: niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſes. *Sed ob gloſſam præcipue in ver. morem non eſt mutatum.*

DISTINCTIO XII.

Quod [g] abſque diſcretione iuſtitiæ nulli agere licet.

Vnde Calixtus Papa primus omnibus epiſcopis ait in epiſtola prima ad Benedictum epiſcopum.

¶ Nulli agere licet ſine diſcretione iuſtitię contra diſciplinam Romanæ eccleſiæ. Cap. I.

Anſ. l. 1. c. 12.
Poly. l. 1. c. 17.

NOn decet à capite membra [h] diſcedere: ſed iuxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium omnia membra caput ſequantur. Nulli vero dubium eſt, quòd Apoſtolica eccleſia mater eſt omnium [i] eccleſiarum, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem patris; ſic & vos voluntatem veſtrę impleatis matris, quæ eſt eccleſia: cuius caput, vt prædictū eſt, Romana exiſtit eccleſia. Quidquid ergo ſine diſcretione [k] iuſtitiæ contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

Item Gregorius β Papa quartus.

β ¶ Gregorius.] I*ntegrum hoc caput inuenitur in epiſtola Gregorij quarti vniuerſis epiſcopis per Galliam, Germaniā, Europā, & vniuerſas prouincias conſtitutis: quæ eſt in codice ſupra cita-*

QVod abſq;. Hæc diſtinctio diuiditur in tres partes. In quarum prima ꝓbat ꝙ bona cōſuetudo ſeruāda eſt ſcđa ibi, [Hoc aūt] tertia ibi, [De his.] CASVS. in ſuperiori di. oſtendit, ꝙ cōſuetudo Rom. Ec. eſt ſeruāda Nūc. vero oſtēdit, quod à conſuetudine Rom. ec. non eſt recedēdū ſine cauſa, & ſine diſcretione. Et ad hoc ꝓbandum inducit prima duo cap. à contrario ſenſu. Addit etiam, ꝙ bona conſuetudo eſt ſeruanda, mala vero reſecanda: & quòd conſuetudo metropolit. eccleſiæ eſt ſeruanda in prouincia, exceptis monaſterijs.
g ¶ Quod.] ideſt, vt noua conſuetudo teneatur. In hác 12. diſtin. magiſter proſequitur materiam præcedentis diſtin. ſcilicet, quod conſuetudo ſit ſeruanda, quæ non eſt contraria iuri naturali, vel cōſtitutioni. In fine dicit, quod omnes eccleſiæ debeant ſeruare conſuetudinem Metropolitanæ eccleſię, vt inf. ead. diſt. de his: niſi ſint monaſteria, vt ibi dicitur. Ponit autem in principio duo c. per quæ vult interpretari vlt. c. præcedentis diſtin. vbi dicitur, quòd à conſuetudine Rom. Ecc. deuiare nō debemus: & ſic intelligit, quòd ſine diſcre-

dictum Lau. eſt 56. diſt. c. 2. in fi. Hu. tenet contra.
NOn decet.] CASVS. quidam epiſcopi deuiabant à regulis Rom. Ecc. quare Calixtus Papa ſcripſit omnibus epiſcopis, vt ipſi tanquam membra Roma. Eccl. quæ eſt caput, non diſcedant ſine diſcretione: ſed voluntatem eius faciant velut ſuæ matris: ſicut Chriſtus venit facere voluntatem patris.
h ¶ Membra.] ſic inf. de conſec. diſt. 3. celebritatem, & in auth de eccle. titu in princip. 3. Et eſt hic ar. idem iuris eſſe in toto, quod in parte 4, vt 1. q. 3. ſi quis epiſcopus vbi idem hoc.
i ¶ Omnium.] ergo & Græcorum, vt 24. q. 1. rogamus.
K ¶ Diſcretione.] nunquid ergo cum diſcretione licitum eſt contra illam agere? certe non, vt 17. q. 4. §. qui autem. vnde hic vacat arg. à contrario ſenſu.

3 Lauren.
4 Nā quod ius eſt in toto quo ad totū: eſt in parte quo ad partē. ff. de adm. tuto ī duo. & de verſu. qui ſcit in prin. ſecundum lo. de Fant.

Præ-

PRæceptis.] CASVS. Quidam Patriarchæ, vel archiepiſcopi contra ſtatuta Ro. eccleſiæ faciebant epos ſine ſnia ſedis Apoſt. alios deponendo: quos Greg. reprehendit, dicens, ꝙ accuſatio epiſcoporum, & depoſitio ſicut quæſtio fidei tm̄ ad ſedē Apoſtolicam ſpectant: ſicut antiqua ſtatuta declarāt, quæ Greg. in hoc c. confirmat, nihil nouum circa hoc ſtatuendo: quare præcipit eis Greg. ne caput ſuum omittant, vnde normam aſſumere debent, & qui contra hoc fecerit, deponatur.

a ¶ Non dura.] Quamuis graue, & intolerabile ſit, tn̄ adimplendum eſt; vt 19. diſt. in memoriā. & 100. d i. contra morem. vel aſſignetur rō quare adimpleri nō poſſit, vt extr. de reſcrip. ſi quando.

b ¶ Non nouum.] arg. ꝙ non dr̄ nouū, quod qñque ſtatutū fuit: licet modo renouetur 1, vt 24. q. 1. Achatius, & 24. q. 1. non ſatis. vnde ſi epiſcopus iurauit, ꝙ nō alienabit nouū feudum, tn̄ feudum de nouo vacans poteſt licite alienare, vt extra de feu. ex parte. Item habes hic, ꝙ per cōfirmationē Papæ non datur ius nouum, vt extra de confir. vti. vel inuti. cum dicta. Quid iuris ſit, dixi de hoc p diſt. prox. c. vlt.

1 Et eſt arg. contra illos, qui innouatas quæſtiones vilipendunt 22. diſ. renouantes. 10. q. 1. antiquos. Lau.

c ¶ Cauſatio epiſcoporum.] Solus enim Papa poteſt cōdemnare epm, licet ab alio poſſit abſolui, vt 3. q. 4. quamuis &c. dudū. & 5. q. 4. duodecim. Item ſolus Papa reſtituit eum, vt 2. q. 6. ideo 1. Item ſolus agit de eorum renunciatione, vt 6. q. 3. denique. & de eorum mutatione, vt 7. q. 1. mutationes, & de eorum exemptione, vt 16. q. 1. frater.

Papa ſolus condemnat epiſcopos.

te, Bibliotheca monaſterij Dominicanorum. Initium vero eſt etiam in epiſtola Anaſtaſii II. ad Anaſtaſium Auguſtum, c. 6.

¶ Apoſtolicis præceptis nullus ſuperbè reſiſtat. C. II.

Anſel. l. 5. c. 20. Polyc. l. 1. tit. 17. †abeſt ab ori. & aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus.

PRæceptis Apoſtolicis non dura[a] ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiā, quæ a ſancta Romana [eccleſia†], & Apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur, ſi eiuſdē ſanctæ Dei eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrū, communionem habere deſideratis. *& poſt multa.* ¶Non nouum[b] aliquid præſenti iuſſione præcipimus; ſed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus: cum nulli dubiū ſit, ꝙ non ſolum Pontificalis cauſatio †[c], ſed omnis ſanctæ α religionis relatio ad ſedem Apoſtolicam, quaſi ad caput eccleſiarum debeat referri, & inde normā ſumere, vnde ſumpſit exordium; ne caput inſtitutionis videatur omittere. Cuius auctoritatis ſanctionem omnes teneant ſacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolicæ petræ, ſuper quam Chriſtus vniuerſalem fundauit eccleſiam, ſoliditate diuelli. Si quis hæc † Apoſtolicæ ſedis præcepta non obſeruauerit, percepti honoris eſſe hoſtis non dubitetur.

† *al. accuſatio.*

† *al. hoc præcepto ſedis Apoſtolicæ præcepta*] orig.

α¶Sanctæ religionis.] *Sic emendatum eſt ex ipſa epiſtola, & aliquot manuſcriptis Gratiani codicibus, inductis his vocibus,* ſpei Romanæ eccleſiæ.

Item Leo ix. Michaeli epiſcopo Conſtantinopolitano, epiſt. 1. c. 29. & Nicolaus 1. epiſt. 2. ad Photium.

¶ Non eſt reſiſtendum conſuetudini, cui canonica non obſtat auctoritas. Cap. III.

Iuo p. 4. c. 233. & par. 5. c. 44. Pann l. 2. c. 155.

SCit ſancta Romana eccleſia, quòd nihil obſunt ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſuetudines[d]; ſi illis canonica non obſiſtat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus: vnde nil iudicamus eis debere, vel poſſe reſiſtere †.

† *al. reſiſti.*

¶ *Caput hoc confectum eſt ex duobus longe diuerſis locis. Nam vſque ad ver.* ſi illis, *ſumptum eſt ex prima epiſtola, ſeu libello Leonis ix. aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani epiſcoporum, c. 29. vbi loquens de Romana eccleſia ait:* Scit namque, quia nihil obſint ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſuetudines, quando vna fides per dilectionem operās bona, quæ poteſt, vni Deo commendat omnes. *& hæc fere ab Iuone, & in Pannormi. referuntur. Altera vero pars accepta eſt ex epiſtola ſecunda Nicolai ad Photium quæ incipit,* Poſtquam B. Petro. *Ibi enim habentur hæc:* De conſuetudinibus, quas nobis opponere uiſi eſtis, ſcribentes per diuerſas eccleſias diuerſas eſſe conſuetudines: ſi illis canonica non obſiſtat auctoritas, pro qua obuiare debeamus: nihil iudicamus, vel eis reſiſtimus.

SCit ſctā.] CASVS. Reuertitur modo Gratianus ad propoſitū ſuum, oſtendens ꝙ conſuetudo quæ non obuiat iuri naturali, vel conſtitutioni, eſt ſeruanda. Dr̄ ergo in hoc c. ꝙ bene poſſunt diuerſæ conſuetudines p locis & tpibus obſeruari, dūmodo illis canonica auctoritas nō obſtaret, nec obeſt ſaluti credentiū.

d ¶Conſuetudines.] vt 31. di. aliter. & de conſe. diſ. 4. de trina. & de conſecr. diſt. 2. quotidie.

ADDITIO. Ad idem infra, ea. diſt. illa.

Item Hieronymus ad Lucinium, epiſt. 28.

¶Conſuetudines, quę fidei non officiunt, vt à maioribus traditæ ſunt, obſeruentur. Cap. IIII.

ILlud breuiter te admonendum puto, traditio-

ILlud.] CASVS Lucinius inueniebat varias

variis conſuetudines, & diuerſa, vnde dubitabat vtrum altera deberet alteri præiudicare & de hoc Hieron. conſulebat, qui reſpondit dicens, ꝙ conſuetudines à ſanctis patribus traditæ obſeruari debent quæ fidei non obſtant nec vnius loci conſuetudo alterius loci conſuetudine debet ſubuerti. Tria aũt ſequẽtia capitula plana ſunt.

a ¶ Traditiones.] i. cõſuetudines. 8. diſt. quæ contra mores.

b ¶ Præſertim.] i. tantum. ſic ponitur 11. q. 3. ſi quis epiſcopus dãnatus, & 16. q. 3. per ſingulas. 7. q. 1. ſi quis presbyter & 27. q. 2. multorũ. Et dic non officiant. id eſt, quæ fidei nõ aduerſẽtur vel moribus bonis, vt inta ea oĩa

c ¶ Contrario more.] arg. eſt hic contra epiſcopos qui ſic argumentantur contra eccleſiam aliquam: ex quo aliæ eccleſiæ hoc; vel illud faciunt: ergo & iſta idem faciet. Reſpõdeatur ergo eis, ꝙ conſuetudo vnius eccleſiæ non ſubuertitur pp contrarias conſuetudines aliarũ. ar tñ eſt pro eis, 100. diſt. contra morẽ extra de cenſi. ex parte i. arg: cõtra extra de ca. mo. dilectus circa fi. 1o. Sol. q̃libet eccleſia faciat id qđ aliæ faciũt de iure cõi. 61. diſt miramur niſi preſcripſerit, vt extra de præſcri. auditis. vel niſi habeat priuilegiũ 16. q. 1. hinc ẽt. B. Ex his duobus c. vr̃ ꝙ iudex delegatus iudicabit ſecundũ conſuetudinem loci, vt inf ea. d. illa. & ſup. d. 8. c. q̃ cõtra mores, vbi dicitur, nulla ciues, vel peregrini. & extra de conſue. cum olim. in fi. & de cog. ſpiri. ſuper eo. & optime extra de eo, q mit. in poſſ. cum veniſſet. & C. de ædi pri an in totum, vbi dr̃, ꝙ iudex ſeruabit 2, ea quæ in oppido frequẽter ſeruata ſunt 3 Et legatus ſeruabit conſuetudinem prouinciæ: nam magnum exiſtimant ꝓuinciales ſibi ſeruari cõſuetudines ſuas. ff. de offi. procon. obſeruare. Item lex præcipit, ꝙ iudex ſeruet conſuetudinẽ ꝓuinciæ. ff. de teſta. l. 3. in fi. E contra ꝓbat. ꝙ iudicabit ſcđm ius Romanum. vt ſup. d. proxi. c. vlt. & c. conſuetudinis, & in ſatiſdatione dicit lex ſeruãdã conſuetudinem vrbis Romanæ, vt inſti. de ſatiſd. §. vlt extra de ſen. & re iud. in cauſis &c. cum cauſa. & 25. q. 2. ſeruatis in fi. Itẽ qa delegatus non ſua, ſed delegãtis vice fungitur 4. vt 93. diſt. vlt. extra de offi. dele. ſane 2 ff de offi. eius cui mãda. eſt iuriſdictio. l. 1. & 3. Itẽ magnum ſequeretur incõueniẽs ſi ſcđm conſuetudinem loci iudicaretur, quia ſi illa loca haberent diuerſas conſuetudines in quibus iudicatur iã ſequeretur ꝙ eadem cauſa regereẽ ſcđm conſuetudines cõtrarias. 12. q. 2. monemus. Itẽ vr̃, ꝙ ſcđm cõſuetudinem rei ſit iudicãdũ: tũ qa actor ſp ſequitur forũ rei, vt 11. q. 1. experiẽtiæ. tũ qa fauorabiliores rei ſunt, q̃ actores. ff. de reg. iur. fauorabiliores. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ ſi aliqui ſe ſponte ſubiciant iudicio alicuius, vel ſponte petant iudices delegatos, ꝙ ſemper ſecundum conſuetudinem delegantis iudicandũ ſit. Si autem inuitis datus ſit iudex: tunc iudicabitur ſecundum conſuetudinem litigantium, & potius ſcđm conſuetudinẽ rei, q̃ actoris, vt in d. l. fauorabiliores. Melius p̃t diſtingui, aut appellatur ad Papam aut non: ſi propter appellationem obtinetur iudex, dico tunc delegatum dẽre ſequi conſuetudines illius loci a quo eſt appellatum, qa iudex appellationis tenetur ſequi legem prioris ſñiæ, vt in authen. coll. 8. vt cum de ap. cog. in princ argu. ad hoc extra de teſt. Raynutius. vbi iudex ap. ſequitur conſuetudinem loci à quo fuit appellatũ. Sed ſi ſine ap. impetretur iudex: tunc tenetur ſequi conſuetudinem delegantis. arg. ad hoc ff de cond. & dem. quæ conditio. in fi. Io. Ego credo, ꝙ iudex iudicabit ſecundum conſuetudinem rei, cum actor forum rei ſequatur: vt extra de for. compe. cum ſit generale. niſi ratione cõtractus. vel maleficij factus ſit de foro alterius: quia tunc ſeruabitur conſuetudo loci vbi contraxit, vel vbi deliquit. vt 8. d. quæ contra mores & extra de for. compe. c. vlt. con.

c ¶ Contrario more.] C. de temp. in integ. reſt. l. vlt. contra ubi dicitur, ꝙ abſurdum eſt ex locorum differentia aliquod induci diſcrimen Sol. verum eſt, quod propter loca diuerſa non debet induci ius diuerſum: niſi alia ratio ſubſit 29. diſt. ſciendum.

d Ridiculum eſt.] ff. de interdictis, & relegatis, l. relegatorum. § ultimo.

Diuturni. Hoc dicitur Inſti. de iure naturali. §. ex non ſcripto.

f Conſuetudo] ubi non eſt contraria iuri ſcripto.

g ¶ Contra longam.] Sed longum eſt illud quod eſt x. uel xx. annorum, ut C. de preſcri. long. temp. per totum. Non ergo requiritur, ꝙ conſuetudo excedat hominum memoriam, ut dicunt quidam uel etiam, ꝙ ſit præſcripta. Sed illud uerum eſt, ubi conſuetudo non eſt contraria, uel quando eſt uetuſta: ita ut excedat memoriam hominum ff. de aqua plu. arcen. in ſumma §. item parus. quia tunc habetur loco conſtitutionis. ut l. hoc iure. §.

1 Et c. ſopire vbi de hoc, &c. ſuper eo. vbi de hoc. extra de offi. archi. ca. fi. vbi plene đ hoc p Inn. & facit ad hoc quod not. extra đ decimis, quoniã. Iudex iudicando an loci conſuetudinem ſeruare dẽat.

2 In iudicãdo.

3 Scilicet in ſimili genere controuerſiarum. Archid.

4 Idem Bal. in l. aduerſus. C. ſi ad uer. rem iu. & Alex. de Imo. in l. ſolet. ff. de iuriſ. om. iu. circa prin.

---

nes[a] eccleſiaſticas, præſertim[b] quæ fidei non officiunt, ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt, nec aliorũ conſuetudinem, aliorum contrario more[c] ſubuerti.

Item Nicolaus Hincmaro archiepiſcopo.

¶ Traditiones à Patribus inſtitutæ non ſunt infringendæ Cap. V.

Ridiculum eſt[d], & ſatis abominabile dedecus, vt temporibus noſtris vel falſo inſimulari ſanctam Dei eccleſiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus à Patribus ſuſcepimus; pro libitu ſemper errantium infringi patiamur. Iuo p. 4. c. 212. Pann. l. 2. c. 156.

¶ Habetur in epiſtola ſcripta Hincmaro, & cæteris archiepiſcopis & epiſcopis in regno Caroli eccleſias regentibus, quæ extra in codice iã memorato Bibliothecæ Dominicanorũ, & ex ea caput hoc locupletatum eſt. Nam antea breuius erat, vt etiam apud Iuonem & in Panormita.

Item Iuſtinianus Inſtitutionum lib. 1. tit. 2.

¶ Diuturni mores pro lege ſunt habendi. Cap. VI. Iuo. p. 4. c. 164. Pann. l. 2. c. 160.

Diuturni[e] mores conſenſu vtentium approbati legem imitantur.

Item Cod. lib. 8. tit. quæ ſit longa conſuetudo. l. 1.

¶ Quidquid contra longam conſuitudinem fit, reuocari oportet. Cap. VII.

Conſuetudo[f] præcedens, ratio, quæ conſuetudinẽ ſuaſit, tenẽda eſt. Et quidquid contra longã[g] con- Iuo p. 4. c. 202. Pann. l. 2. 162.

C õſuetudo rei ſeruanda …

in e.§.ductus aquæ. ff de aquâ quoti. & æſti.ubi autem eſt iuri contraria,requirunt ea, q̄ no.ſ.8. diſt. fruſtra. 1

NOs conſuetudinem.] CASVS. In Numidia erant multi Donatiſtæ,quos cum ad eccleſiam redibant archiepiſcopi,|& primates de cõſuetudine in epiſcopos pro-

ſionis & proprie. Item eſt hic argu. quòd perſona, quæ aliàs eſt ineligibilis ratione conſuetudinis fiat eligibilis.& ſic extra de clericis coniug.cũ olim 2. & ff. de decu.non tantum.in fi.arg contra, extra de conſuet. cum venerabilis. Item habes hic, quòd diſpenſatur in uno

1 Sub.& tūc ſequitur: uel quæ eſt uetuſtate ſua, ꝓ excedit memoriam hominum. ff. de aqua plu. ar. l.in ſumma. §. Caſſius. Tunc aut lo co con ſtitu- tion s h obe. tur. ut d. l. hoc iure §. ductus aquę. Laur.

ſuetudinem fiet,ad ſolicitudinem ſuam reuocabit præſes prouinciæ.

α ¶Quidquid.) *In originali eſt*, & ne quid contra longam conſuetudinem fiat, *ſed quoniam rubrica videtur magis conuenire lectioni Gratiani,quæ eſt etiam apud Iuonem,& in Panormita; non eſt mutatum.*

Itē Gregorius vniuerſis epiſcopis Numidiæ,li.epi 75.

¶Immota permaneat conſuetudo, quæ contra fidem catholicam nihil vſurpare dignoſcitur. Cap. VIII.

ſupra.diſt.11.c.con ſuetudinem.
Iuo p.4.c.204.

NOs conſuetudinem, quæ tamen contra fidē catholicam nihil vſurpare dignoſcitur, immotam [a] permanere concedimus,ſiue de primatibus [b] conſtituendis, ſiue de cæteris capitulis, exceptis ijs, qui ex Donatiſtis ad epiſcopatum perueniunt: quos prouehi ad primatus dignitatem(etiam cum [c] ordo [d] clericorum β eos ad locū eundem deferat)modis omnibus prohibemus [e]. Sufficiat autem illis commiſſæ ſibi plebis † curam gerere,non autem etiam illos antiſtites, quos catholica fides in eccleſiæ ſinu & edocuit,& genuit,ad obtinendum culmen primatus anteire.

† *tantum modo*] orig.

β ¶Ordo clericorum.] *Sic etiam legitur in aliquot uetuſtis Gratiani,& in aliquibus B.Gregorij codicibus: ſed auctor gloſſæ non videtur habuiſſe verbum* clericorum : *quemadmodum neque Iuo,neque pleraque Gratiani manuſcripta exemplaria, neque aliqua etiam B.Gregorij operum editiones.*

Idem Gregorius ad Maximum Salonitanum epiſcopum lib.7.reg.epiſt.81.

¶Non negantur quæ conſuetudinis ſunt. Cap. IX.

QVemadmodum illicita perpetrari non patimur, ſic [f] quæ ſunt conſuetudinis non negamus.

Idem Gregorius ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum,reſp.3.

¶Non locus conſuetudinem, ſed conſuetudo locum commendat. Cap. X.

Iuo p.2.c.80.

NOuit fraternitas tua Romanę eccleſię cõſuetudinē, in qua ſe meminit enutritā. Sed mihi placet, vt ſiue in Romana,ſiue in Gallicorū † [g], ſiue in qualibet eccleſia aliquid inueniſti, quod plus omnipotēti Deo poſſit placere, ſolicite eligas, & in Anglorum eccleſia, quæ adhuc in

† *Gallicanorum*] orig.

† *Gallicana.*] Iuo.

ordine cum aliquo, qui tamen non poteſt ꝓmoueri ad ſuperiorem ordinē, ut 34. diſt. lector & 1. q.5.c.1.& q.7. ſaluberrimum.ꝓ poteſt.n. aliquis habere minorem honorem, qui non poteſt habę re maiorem,vt ff. de interd.& rele. relegatorum.§. vlt.& 15. quæſt.vlt.c.1.
c ¶Etiā cū.].i.quis.
d ¶Ordo.]Licet ſint talis ordinis, ꝙ poſſint eſſe primates.
e ¶Prohibemus.] 23.q.4.ipſa pietas 3. ver.item ſi contra.1. q.1.ſi quis hæreticę. 1.q.1.cap.1.& c con uenientibus contra. Sol.de iure communi eſt, ꝙ nullus rediens ab hæreſi poteſt ordinari. 1. q.7. c. 1.ſed diſpenſatur cum eis multipliciter. Diſpenſat enim cum eis quandoque ſemiplene,quādo ad minores ordines ꝓmouentur, vt 1.q.1. ſi quis hæreticæ,plena eſt,qn̄ poteſt fieri ſacerdos, & non ultra 1.q.7 cõueniētibus.plenior quādo pōt fieri epiſcopus: ſed non primas, vt hic, pleniſſima quando ad omnes ordines, & dignitates promouetur.23.q.4. ipſa pietas.1o.

QVemadmodū.] CASVS. huius capit. per ſe patet.
f ¶Sic.]ſimilis comparatio eſt. 2 quæſt. prima,ſicut ſine. lo.

NOuit.] CASVS. Gregorius miſit Auguſtinum monachū ſuū ad pdicādū

2 Pōt dici id quod dicit in hac decr. plus fieri ꝑ ſcandalū vitandum: q̄ propter conſuetudinē: vt in hoc c. nos conſuetudinem.

Hoc cap. potius eſt cõcordātia cū hoc, & ibi tales permittātur epāli, ſm Hugo. Rediens ab hæreſi an poſſit ordinari.

promouebant: cum hæc conſuetudo eſſet contra eccleſiaſticas conſtitutiones. Dicit ergo Papa in cæteris articulis conſuetudinem eſſe ſeruandam. In promotione vero Donatiſtarum ſeruari non debet, licet in dignitatibus ex diſpenſatione tolerentur, cum in quibuſdam antea conſiſtebant.
a ¶Immotam.]Contra extra de conſue. cum uenerabilis, ſed ibi de conſuetudine circa ſtatuta canonum, ut 22.q.1.& iurabunt.
b ¶De primatibus.] ar. eſt hic,ꝙ cõſuetudo attenditur in electione,ut 24.q.1.pudenda,in fi. & extra de elect. cum inter uniuerſas, & c.cum eccleſia. de cauſa poſſeſ-

Anglicis,qui fuit,& conuertit eos, & factus eſt ibi epiſcopus. Vnde quæſiuit à Gregorio, an ſcd̄m conſuetudinem Romanæ eccleſiæ,quam Aug.bene nouit, deberet Angliam informare? Et reſpondet Greg. ꝙ ubicunque inueniret bonas conſuetudines, illas aſſumat,quibus in unū collectis Anglicorū mores informet. nec debet ꝑ loci dignitatē conſuetudinem approbare quia nō res ꝑ loca,ſed loca ꝑ res,& conſuetudines ſunt amanda.
g ¶Siue in Gallicorum.]ſup.proxi diſt.c.vlt.contra.Sed ibi de generali conſuetudine. Vel ibi de illa,quæ conſiſtit in ordine.54.diſt.ex antiquis, hic de illa,quæ conſiſtit in obſequijs.

Cõſuetudo in electione attenditur.

a ¶Res.]

a ¶Res.] id est conſuetudines, quaſi dicat non ideo eſt [illegible] conſuetudo mala, quia bonus locus eſt. 40.diſt. non loca.

ADDITIO. Nec bona conſuetudo repellenda eſt, ideo quia locus ſit vilis ac ignobilis, ſecundum Hug.

e ¶Liberas.] Hic dicit Aug. quod liberum eſt Sabbato ieiunare quantum ad extraneos, non quantum ad illos vbi talis cōſuetudo ſeruata eſt. Sed contrariū dicit Inn. 3. de conſecr. diſt. 3. Sabbato. Sed ibi loquitur de conſilio. Vel ſpecialiter illud præcipitur Romanis. 75. diſt. vt. [illegible]

f ¶So-

fide noua eſt, inſtitutione præcipua, quæ de multis eccleſijs colligere poteris †, infundas. Nō enim pro locis res[a], ſed pro rebus † loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſque eccleſijs quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt, elige: & hæc quaſi in faſciculum collecta apud Anglorū mentes in conſuetudinem depone.

† *potuiſti*] orig.
† *bonis rebus*] ori.

Item Auguſtinus ad Ianuarium, epiſt. 118. c. 1.

¶Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habendum. Cap. XI.

ILla autem, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quę quidem toto terrarum orbe obſeruantur, datur intelligi[b] vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs concilijs, quorū eſt in eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata[c], atq; ſtatuta retineri[d]: ſicuti quod Domini paſsio, & reſurrectio, & aſcenſio in cœlū, & aduentus de cœlo Spiritus ſancti, anniuerſaria ſolennitate celebrantur: & ſi quid aliud tale occurrerit, quod ſeruetur ab vniuerſa, quacumq; ſe diffundit, eccleſia. ¶Alia vero, quæ per loca terrarū, regioneſq; variantur, ſicuti eſt quòd alij ieiunant Sabbato, alij vero non; alij quotidie communicāt corpori & ſanguini dominico, alij certis diebus accipiūt; alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi Sabbato tantū & dominico, alibi tantū dominico; & ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt; totum hoc genus rerū liberas[e] habet obſeruationes. Nec diſciplina vlla eſt in his melior graui, prudentiq; Chriſtiano, quam vt eo modo agat, quo agere viderit eccleſiā, ad quamcunque forte deuenerit. Quod enim neq; contra fidem, neq; contra bonos mores iniungitur †, indifferēter eſt habendū; & pro eorum inter quos viuitur, ſocietate[f] ſeruandū eſt. Mater mea a Mediolanū me conſecuta inuenit eccleſiam Sabbato non ieiunantē: cęperat fluctuare quid ageret. Tūc ego cōſului de hac re beatiſsimæ memoriæ virū Ambroſium. At ille ait, cū Romam venio, ieiuno Sabbato; cū Mediolani ſum, non ieiuno. Sic etiā tu, ad quam forte eccleſiam veneris[g], eius morē ſerua, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quẽquam tibi. Hoc, cū matri renunciaſſem, libenter amplexa eſt[h].

ibidem c. 2.

ſere idem epiſt. 119 cap. 18.
† *al. eſſe conuincitur.*

a ¶Mater mea.] *In hoc capite, quemadmodū & in ſequenti, multa*

ILla autem.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte quærebat Ianuarius ab Auguſtino, quare gnaliter per totū orbem ſeruētur paſſio Dñi, reſurrectio, & aſcenſio: & his ſimilia: cū non inueniatur in auctoritate, quod illa ſeruari pcipiat? Et rñdet Augu. quod iō ſeruantur, quia intelligere debemus, & credere hoc eſſe traditum ab Apoſtolis vel a cōcilijs ſtatutum: vnde debent ab vniuerſis ſeruari. In ſcda parte, quæ incipit ibi, [Alia uero.] dr, quod particulares conſuetudines liberam habēt obſeruantiā: nec ad alios q ibi non habitant, pertinēt: ſicut eſt de ieiunio Sabbati, & de quotidiana ſumptiōe corporis Chri, & de his ſimilibus, & hic probatur exēplo Ambroſij. Nam cū mater Auguſtini iuiſſet Mediolanū, & dubitaret utrum deberet ieiunare die Sabbati: cum ibi eccleſia nō ieiunaret, Aug. conſuluit Ambroſium ſuper hoc, qui reſpondit: Cum ſum Romæ, Sabbato ieiunio: cum ſum Mediolani, nō ieiuno, & tu Auguſtine ad quā cumq; eccleſiam veneris, eius morē ſerua: ne ſcandalum generetur alicui ppter te. Hoc cum Au. renūciaſſet mri, libēter amplexa eſt.

Cōſuetudo præſumitur iuſta.

b ¶Intelligi] argu. quòd præſumēdum eſt conſuetudinē eſſe iuſtam, & ex iuſta cauſa proceſſiſſe, niſi probetur contrarium arg. contra, intra eadem diſt. omnia, & 68 diſt. choriepiſcopi. & extra de cenſi peruenit, ubi habes, quod licet ordo choriepiſcoporum diu ſeruatus ab omnibus fuerit: tamen aboletur, quia cauſa inſtitutionis ignoratur 1. Sed illa conſuetudo mala fuit & oneroſa, & ideo fuit extirpata. Hic autem loquitur de bona conſuetudine, & non oneroſa, ut in Auth. de referen. §. fi. Item eſt hic argu. quòd ex tempore præſumitur aliquid eſſe debitum, ut 18. q. 2. ſeruitium.

1 Poteſt dici ſecūdum Laur. quod ibi non negat Damaſus eos in concilijs inſtitutos fuiſſe: ſed cauſam inſtitutionis dicit ſe negare.

c ¶Commendata.] eſſe.

d ¶Retineri.] id eſt, ut retineantur.

f ¶Societate.] arg. quod quilibet tenetur viuere ſecundum conſuetudinem illorum inter quos verſatur, ut ſupra 8. diſtinct. quæ contra. & 41 diſtinct. quiſquis. F. Vnde verſus.

Si fueris Romæ, Romano viuito more:
Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.

g ¶Veneris.] arg. quod viatores tenentur ſequi conſuetudinem loci ad quem veniunt, ut hic. & ſup. di. 8. quæ cōtra arg. contra. ff de iud. hæres abſens. Sol. ut in diſtinct. 100. quæ contra: quia refert an ſint moraturi, an cito receſſuri, vel an ſit conſuetudo apparens uel latens.

h ¶Amplexa eſt.] ſed fortè non libenter ieiunauit.

HOC

HOC AVTEM Hæc eſt ſecunda pars, in qua dr̃, ꝙ licet conſuetudo non ſit contra fidem, ſi tamen arguat, remouenda eſt ſi pōt fieri. ſine ſcandalo. Io. de Fan.
CASVS Hic aſſignat Gratianus, ꝙ ſupradicta cap. loquuntur de generali cōſuetudine, vel particulari rationabili, quæ omnino ſeruari debent, & ſi malæ, vel onerosæ conſuetudines ſint, reſecari debent opportunitate inuenta. & ad hoc probandum inducit capitulum ſequens.

a ¶ Hoc autem.] quod ſupra dictum eſt de conſuetudine ſeruanda.

OMnia.] CASVS. Quædam conſuetudines onerosæ inueniebantur, quæ nec auctoritatibus ſcripturarum, nec in concilijs epiſcoporum; nec conſuetudine vniuerſali roboratæ erant, & vix ratio poterat inueniri quare eſſent inuentæ. Vnde Ianuarius ab Auguſtino quæſiuit, an tolerandæ eſſent? Et reſpōdet, ꝙ nō immo reſecandæ cum ſe facultas obtulerit, quia Deus voluit religionem Chriſtianam liberam eſſe in pauciſſimis ſacramentis: nec eam voluit ſeruilibus oneribus premi, quæ hodie in tantum eccleſiam premunt, vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum quam noſtra qui licet legē Chriſti non ſuſceperint, legalibus tamen ſacramentis, non præſumptionibus ſubijciuntur humanis.

ſunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ad hoc tamen loco vſque ad finem, quoniam verba B. Auguſtini apte erāt in epitomen redacta, nihil additum eſt.

2 *Hoc autem*[a] *de conſuetudine illa intelligendum eſt, quæ vel vniuerſalis eccleſiæ vſu, vel temporis prolixitate roboratur. Cæterum ſi pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum, variæ conſuetudines introducātur, inuenta opportunitate reſecandæ ſunt potius, quam obſeruandæ.*

Vnde Auguſtinus ſcribit ad inquiſitiones Ianuarij, epiſt. 119. c. 19.

¶ Reſecanda ſunt quæ neque auctoritate, neque moribus Vniuerſitatis comprobantur. Cap. XII.

Iuo p. 4. c. 206. pann. l. 2. c. 168

OMnia talia,[b] quæ neq; ſanctorum ſcripturarū auctoritatibus continentur, nec in concilijs epiſcoporū ſtatuta inueniuntur, nec conſuetudine vniuerſalis † eccleſiæ roborata ſunt, ſed diuerſorum locorum diuerſis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix, aut omnino nūquam inueniri poſſint cauſæ[c], quas in eis inſtituendis homines ſecuti ſunt, vbi facultas[d] tribuitur, ſine vlla dubitatione reſecanda exiſtimo. Quamuis. n. neque hoc inueniri poſſit, quomodo contra fidem ſint; ipſam tamen religionem[e], quam pauciſſimis[f], & manifeſtiſſimis[g] celebrationum ſacramētis miſericordia Dei eſſe liberam voluit, ſeruilibus oneribus † premunt, vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum qui etiam ſi tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen ſacramentis †, non humanis præſumptionibus ſubijciuntur.

† vniuerſæ.] orig. Iuo, Fann.
† al. adeo ſeruilib.
† ſarcinis.]

Item ex Concilio Toletano 11. c. 3.

¶ Omnes prouinciæ eundem in pſallendo modum teneant, quem metropolitanam ſedem † habere cognouerint. Cap. XIII.

† al. prouinciales.
† al. eccleſiam.

3 DE ijs, qui contra Apoſtoli voluntatem[h] circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic ſancto concilio, vt metropolitanæ ſedis auctoritate coacti vniuſcuiuſq; prouinciæ & ciues[i], rectoreſq; eccleſiarum vnum eundemq; in pſallendo teneant modum, quem in † metropolitana ſede cognouerint inſtitutum, nec aliqua diuer-

Ephes. 4.
† al. à

b ¶ Omnia talia.] loquit̃ de cōſuetudine irrōnabili, ne ſit contra ſup. eo. illud.

c ¶ Cauſæ.] ar. ꝙ nō ſufficit dicere ita ſtatutum eſt, niſi cauſa ſtatuti aſſignetur, vt extra de cenſi. peruenit int 2. q. 5. conſuluiſti inf. de cōſe. diſ. 1. placuit. inf. 68. d. choriepiſcopi. ar. contra ff. de leg. non omnium 1.

Statuti cauſa eſt aſſignāda.

d ¶ Facultas.] ideſt, vbi poteſt fieri ſine ſcandalo, vt 50. d. vt conſtitueretur.

1 De hoc extra de reſcr. ſi qñ. 23. q. 4 Nabuchodonoſor. i prin.

e ¶ Religionem.] Chriſtianam.

f ¶ Quam pauciſſimis.] arg. cōtra illos qui nimias fundunt orationes, ff. qđ met. cau. l. 1. quia gaudēt breuitate Moderni, vt not. ff. eo. tit. l. 1.

g ¶ Manifeſtiſſimis.] ſup. d. 4 erit.

DE ijs.] Hæc eſt tertia pars, in qua dr̃, ꝙ cōſuetudo ĩ celebrādis officijs, quā obtinet metropolitana eccleſia dēt obſeruari in omnib. eccleſijs, exceptis monaſterijs in quib. celebrātur officia ſecundum regulā beati Benedicti. Hug.
CASVS. Quidā erāt ep̃i, qui nō ſeruabāt ordinē in diuinis officijs, quē ſeruabat metropolitana eccleſia, quare ſtatutum fuit ĩ cōcilio Tolet. vt oẽs ep̃i eundem modū in officijs ſeruent, qui in eccleſia metropolitana ſeruat̃. abbates vero officia publica. i. veſperas, matutinas, & miſſas celebrent ſicut in eccleſia principali celebrantur, alia vero officia dicant ſicut in eorū regula continetur. Et hæc in prima parte. In ſecunda parte quæ incipit ibi. [Quiſquis.] dr̃, ꝙ ſi quis contra hoc fecerit. 6 menſib excōicationi ſubdatur. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Sub iſta.] dr̃, ꝙ metropolitani debent epiſcopos prouinciæ cogere ſupra dictum modum ſeruare, & epiſcopi ſibi ſubiectos rectores ſupradictam regulam ſeruare compellant.

h ¶ Voluntatem.] ſ. doctrinis variis nolite abduci, vt ſu. d. proxi. nolite.

i ¶ Ciues.] ciues ergo cantant 1 cum clericis, & dicunt amen, 38. d. ſeduło.

1 Ideſt, reſpondent.

a ¶ Sui

Monaſteriorum regimē ad quem ſpectet.

a ¶ Sui epiſcopi.] Arg. ꝙ regimen oīum monaſteriorum ſpectat ad epm 1 vt 9.q.3.ꝑ ſingulas,& 16.q.1.q vere. & 61.diſt.obitum.Sed nonne monaſteria monachorum potius ſunt ſm abbatem regenda, ad quem tota poteſtas monaſterij ſpectat.18.q.2.c.nullā ? Sed illud verum eſt de regulis viuēdi nō de regulis cātādi 12.q.1. non dicatis. b ¶ Publica.] Scilicet clericorum ſæcularium, quorum officia publica ſunt, cum ipſi populum habeant:ſed monachi non ſemper habent populum, vnde ipſi non faciunt publica officia, vt 19.q.1.interdicimus. c ¶ Adſtringat.] Argu.metropolitanum poſſe ſuſpēdere,& excōicare ſuum ſuffraganeum, vt inf. 18 d. placuit, & cap.ſi epiſcopus.inf.10 q 3 qa cognouimus .1 1.q.3 ſi quis epiſcopus.

1 Dicit Hug. ꝙ hoc non colligit hic, & eſt Senſus ſm voluntatem ſui epiſcopi, qa epiſcopus, hoc etiam velle debet: nō ꝙ eis formam huius rei dare dēat. Arc. inf.16. q. 1. Agapitus.

Metropolitanus ſuffraganeos excommunicat.

dæi qui crucifixerunt Chriſtum, peccauerunt mortaliter.de pœn.d.1.periculoſe, & ſi non occidiſſent, ſimiliter peccaſſent mortaliter, quia feciſſent cōtra cōſciētiā, q̄ dictabat eis contrariū, qa dictū erat eis. Quicunq; fecerit ſe filiū Dei, morte moriatur, & oē qđ fit cōtra conſcientiam

Perplexitatis va[illegible]

ſitate cuiuſque ordinis, vel officij a metropolitana ſe patiātur ſede diſiungi.Sic enim iuſtum eſt, vt inde vnuſquiſque ſumat regulas magiſterij, vnde honoris cōſecrationē accipit, vt iuxta maiorum decreta, ſedes, quæ vnicuiq; ſacerdotalis dignitatis eſt mater, ſit eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Abbatibus ſane, indultis officijs, quæ iuxta volūtatem ſui epiſcopi[a] regulariter illis implenda ſunt, cętera officia publica [b], ideſt veſperas, matutinum, ſiue miſſam aliter quàm in principali eccleſia celebrare non liceat. ¶Quiſquis autem horum decretorum violator extiterit, ſex menſibus communione priuatus apud metropolitanū ſub pęnitentiæ cenſura permaneat corrigēdus; quatenus apud illum, & præteritæ tranſgreſſionis culpā lachrymis diluat, & neceſſariam officiorum doctrinam ſtudioſe addiſcat. ¶Sub iſta regula diſciplinæ, non ſolū metropolitanus totius ſuę prouincię pōtifices, vel ſacerdotes adſtringat [c]; ſed etiam cæteri epiſcopi ſubiectos ſibi eccleſiarū rectores obtemperare his inſtitutionibus cogant.

α ¶Prouinciæ ciues.] *In codice Lucenſi peruetuſto bibliotheca Regis catholici, & in concilijs impreſſis, in margine legitur,* prouinciæ pontifices: *quę dictio in fine huius capitis repetita oſtendit hanc eſſe veram lectionem. Verum in omnibus conciliorum editionibus in textu, & duobus codicib. Vaticanis legitur,* ciues.

P Lacuit.] CASVS. huius, capituli planus eſt, q de eadē materia loquitur cū ſuperiori.

d ¶Placuit inf. de cō ſec.d.5 cōuenit. iſtis tamen capitulis derogatur per cōtrariā conſuetudinem 2.

Item ex concilio Bracarenſi 1.c.19.

¶Ordo ſeruetur in matutinis, & veſpertinis officijs vnus, & idem. Cap. XIV.

Sentētia habetur ēt in Toletano 4.c.2.

PLacuit [d] omnibus communi conſenſu, vt vnus atque idem pſallendi ordo in matutinis, vel veſpertinis officijs teneatur, & non diuerſæ, ac priuatæ, neque monaſteriorum β conſuetudines cum eccleſiaſtica regula ſint permiſtæ.

β ¶Neq; monaſteriorum.) *In concilio ipſo poſtremo Coloniæ excuſo, abeſt vox,* neque. *In cæteris autem editionib. ſic legitur,* priuatæ monaſteriorum conſuetudines cōtra eccleſiaſticas regulas ſint permixtæ.

DISTINCTIO XIII.

I Tem aduerſus.] Hæc diſtin. diuiditur in duas partes, ſecūda, ibi, [Eſt tamen.] CASVS. Supra in 5. diſt. oſtendit Gratianus ius naturale pręferri alijs in origine, & dignitate, & ſup. in 8.d.oſtēdit, quod præfertur amplitudine. In hac vero 13. diſtin. oſtendit, quod præfertur in ſententię rigore, quia nulla diſpēſatio admittitur cōtra ius naturale in ꝑceptis, & ꝓhibitionibus, niſi duo forte mala ita vrgeāt vt neceſſe ſit alterū eligi, & ad hoc probandum inducit ſequentia.

ITem aduerſus [e] naturale ius nulla diſpenſatio admittitur, niſi forte duo mala ita vrgeant vt alterum eorum neceſſe ſit eligi.

Vnde in concilio Toletano 8.c.2.legitur.

e ¶ Itē aduerſus.] Aſſignauit magiſter differentiam iuris naturalis ad alia iura in origine, & dignitate, & amplitudine: nunc aſſignat differentiam eiuſdem iuris ad alia iura in ſniæ rigore 3 nam contra alia iura admittitur diſpenſatio 25. quæſt.1.c.ſi.3.ſed contra ius naturale, quod conſiſtit in præceptis, & prohibitionibus nunquam: magiſter tamē excipit, vnum caſum de ꝑplexitate, & male. Videamus ergo quid iuris ſit de perplexitate. Dicunt quidam, ꝙ aliquis poteſt eſſe perplexus inter duo mortalia, vt Iuſcientiam, ædificat ad gehennā.28.q.1.c.1.§. ex his.extra de præſcrip.qm̄. Itē vt dicunt, poteſt aliquis eſſe perplexus* inter mortale, & veniale, vt cum aliquis q̄rit ali quē inimicū ſuum, quem ſcio eſſe in loco aliquo, ſi dico quærenti illū eſſe in loco illo, pecco mortaliter 4. quia prodo eū ſi nego eū eſſe, ibi, pecco ſaltem venialiter, vel ēt mortaliter ſi ſum perfectus, vt 22.q 2.ne q̄s. ſi taceo, ex taciturnitate mea præſumitur eum eſſe in loco illo. Itē in alio exemplo. ſi vxor petit debitum a viro, & vir negat,

3 Vt inf.diſ. prox.§.conſuetudinis & e ſeq.

* Vide D. Tho.3.ſen. d.38 q.1 quarium.

Mendacium ſaluans aliquē a morte an ſit mortale.

4 27.q.2.ſi tu 35.q.5.ſi dicat.

negat, peccat mortaliter ſi reddit, vr̃ peccare venialiter; quia delectatio carnis non pōt eſſe ſine ueniali pc̃tō, vt vr̃ 33.q 4.vir cum propria, & ſic eſt perplexus 1. Similiter videtur, ꝙ aliquis poteſt eſſe perplexus inter duo venialia, vt ſi aliquis ſimplici verbo promiſit ſe bibere plus

le opinetur vtrumque eſſe malum.
b ¶Neceſſitas.] ideſt cauſas, vel refertur ad opi. ſtultam.
c ¶Reſoluere.] ideſt facere.
d ¶Quod minori] Secundum ꝙ ipſe opinatur, cum alterum illorum non obligat ipſum.

…eſt ne… …ſitate ad …ud ma… …perpe… …um, ſe …Laur.

Iuo p.12.q.17.
Pann.li.8.c.119.
† *al. tentare*] *al. temperare*] *al. temerare.*
† *obligati*] orig. Iuo, Pan. & Grat.
† *al pia*] *al. pio*] *al pietatis acumine.*]
† *al. Illinc*] Grat.
† *percutiamur*] orig.
† *al hinc*] Grat.

¶Minus malum de duobus eligendum eſt. Cap. I.

DVo mala [a], licet ſint omnino cautiſſime pręcauenda, tamen ſi periculi neceſſitas [b] ex his vnū perpetrare† compulerit; id debemus reſoluere [c], quod minori [d] nexu noſcitur obligare †. ¶ Quid autem ex his leuius, quid ve ſit grauius, puræ † rationis acumine inueſtigemus. Et enim dum peierare [e] compellimur, creatorē quidē offendimus; & nos tantummodo maculamus. Cū vero noxia promiſſa complemus, & Dei iuſſa ſuperbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipſos crudeliori gladio trucidamus. Illic [f] enim duplici [g] culparum telo perimimur †, hic † [h] tripliciter iugulamur.

¶ *In ipſo concilij capite multa antecedunt, & ſequuntur quæ perlegenda ſunt.*

…b.40.

Item Gregorius in moralibus, in c.40. Iob. lib.32. cap. 18.19. & 20.

† *al. per ſuggeſtionum.*
† *al. inuĕtionibus*] orig.

¶De eodem. Cap. II.

NErui [i] teſticulorū [k] Leuiathan [l] ꝑplexi ſunt [m] q al ſuggeſtionū † illius argumenta implicatis [n] inuĕtis. † [o]

e ¶Peierare.] Secus dum ꝙ talis opinatur non enim peierat, licet nō ſeruet tale iuramentum, vt 22.q.4. ſi aliquid.
f ¶Illic.] ideſt iuramento.
g ¶Duplici.] Non intelligas, ꝙ in homicidio tria peccata cōmittant 3. & in piurio duo: ſed ibi dicit, ꝙ in homicidio tres offenduntur: in periurio duo. Et eſt hic ar. quòd qui plures offendit, plus peccat 94.di. ſi quis aūt legationem, & 11.q. 3. præcipue. Item eſt hic ar ꝙ pro illo potius eſt iudicādū pro quo plures rationes faciūt, ut ext. de proba. licet, in fi. & q potiora iura oſtenderit obtinebit. 21. d. 1. & C. de edi. diui Hadr. tol. l. ult. Sic & deterior eſt cauſa illius, contra quē plura faciunt. vt 28. diſt. de Syracuſanæ Item contrariū hic ſignatur. 22.q.5. ille qui. vbi dr̃, ꝙ periurium ſit maius homicidio: ſed ibi ſoluit.
h ¶Hic] Scilicet in homicidio.

Homicidiū tres, piuriū duos oſtendit.
3 Sub. Sed vnū tantum ſed hoc dicitur ad exaggerationem. arg. 23. q.5. relegentes ſecundū Lau.

plus quā poſſit: ſi plus bibat peccat uenialiter. 25. d. vnū orarium. §. criminis. ſi cōtra uerbum ſuum facit, peccat venialiter, vt 22.q.2. primū. Sed dicēdū eſt, ꝙ nullus pōt eſſe perplexus inter duo mala, qa ſm hoc ſequeretur, ꝙ aliquis ex neceſſitate teneret̄ facere malū: ſed dicit canō, ꝙ Deus nunq̄ redderet interitū, niſi ſpōtaneū reperiretur homo habere delictū, vt 23.q 4. Nabuchodonoſor ver. vaſis iræ. Præterea ſi ex neceſſitate teneremur aliqd mali facere, lex q̄ illud ꝓhibet, eſſet impoſſibilis; cum tn̄ omnis lex debeat eſſe poſſibilis 2. ut s̄. d. 4. erit. perplexio ergo quantū ad rē nihil eſt: ſed quantū ad animū, & ad ſtultā opin. alicuius perplexio aliqua eſt: vnde Iudæi non erant perplexi niſi quantū ad animū, & ideo debuiſſent conſulere peritiores, vt Apoſtolos, vel ſacras ſcripturas. In alio exemplo dr̃, ꝙ ille, q interrogatur debet tacere: nec hoc ei nocet, ſi alter ex taciturnitate ſua aliquid præſumat. Abſit. n. ꝙ ea quæ, &c. vt 23, q.5. de occidendis, præterea nō ſemper ſequitur, ꝙ qui tacet cōſentiat, vt 86. d. tanta. Quod aūt obijcit de vxore, nō credo ꝙ talis delectatio ſit aliquod peccatū, vt 32.q.2. qd quid. Si tamen uis tenere, ꝙ ſit ibi veniale peccatum, dicas cum H. vir debet mulierem petentem debitum prudenter eludere, promittendo ſe poſtea facturū donec ipſa efferueat: & ſi nec ſic illa deſiſteret, tunc vir det ei copiam corporis ſui, vt quàm cito mulier expleuerit libidinem ſuam, ſtatim vir ſecedat, nec procedat ad actum.

…Item q ex …ceſſitate …ccat, pœ… …m nō me…ur, quia …luntarios …s, &c.15. …1. illa.

…oitus con…galis, an …eat pec…o,

DVo mala.] CASVS. Statutū fuit in cōcilio Tolet. ꝙ quoties duo mala inſtant, ita ꝙ alterum eligi ſit neceſſe: illud debet eligi, quod minus grauat: & illud vitari, quod magis, & hoc in prima parte. In ſcd̃a q̄ incipit ibi, [Quid autē.] oſtenditur qđ grauius, & quod leuius. Nam ſi iuraui hominē interficere, magis pecco interficiendo, quam deierando; quia occidendo tripliciter pecco, deierando tantum dupliciter, & ideo eligendum.
a ¶ Duo mala.] Intellige quantum ad fatuā illius op. qui ſe credit perplexū; & ſic intelligas omnia verba hic poſita; non enim vtrumque illorum malum eſt: licet il-

NErui teſticulorū.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte oſtenditur, ꝙ perplexitas ꝓuenit ex ſuggeſtione diaboli. In ſecunda parte, quæ incipit ibi: [Quid melius,] ponuntur tria exēpla ꝑplexitatis. Vnum eſt de illo, qui iurat ſe celare oīa ſecreta ſocij ſui, quē ſcit velle interficere maritū adulteræ ſuæ; ſed timet eum propter iuramentū, qđ fecit, manifeſtare. Secundū de eo, qui malo p̄lato obedientiā fecit, timens ſi nō obediat ei ēt in malo, propter obedientiam quam ei fecit. Tertiū exemplū eſt de eo, qui per ſimoniā prælaturā acquiſiuit, qui timet peccare ſi gregē ſibi cōmiſſū derelinquat. In tertia parte, quæ incipit ibi. [Eſt tamē.] datur conſiliū quid in huiuſmodi perplexitatibus ſit faciendum. Nam dicitur, ꝙ de duobus malis minus malū eſt eligendum, & hoc probatur exemplo Pauli, qui conceſſit minima, ideſt matrimonia, & coitum cōiugalem cauſa incontinentiæ, ut maiora, & grauiora vitentur, ſcilicet fornicationes.
i ¶Nerui] ideſt ſuggeſtiones diaboli neruoſæ, ideſt callidæ, & illaqueantes.
K ¶Teſticulorum.] Teſticuli dicuntur ſuggeſtiones eius quia ſicut teſticuli ſunt miniſtri, & inſtrumenta humanæ generationis, & in ſe contiuent omne incentiuum libidinis 4 ita ſuggeſtiones diaboli generant in hominibus vitia, & ad omnia illicita accedunt. ſup. 8. diſt. ſed penſandum.
l ¶Leuiathan.] ideſt, diaboli.
m ¶Perplexi ſunt.] ideſt, perplectentes, & ſic omnia verba intelligas actiue.
ADDITIO. Perplectentes dicit, quòd reddunt hominem perplexum, in ueritate tamen perplexio nihil eſt. Archid.
n ¶Implicatis.] ideſt, implicantibus.
o ¶Inuentis.] ideſt, inuentionibus.

4 Ad hoc 44. diſt. §. 1.

a ¶Par-

illigantur, vt pleroſq; ita peccare faciant, quatenus ſi fortaſſe fugere peccatũ appetant, hoc ſine aliquo peccati laqueo non euadant, & culpã faciant, dũ vitant, ac nequam ſe ab vna valeant ſoluere, niſi in alia cõſentiant ſe ligari. ¶Quod melius oſtẽdimus, ſi qua ex cõuerſatione hominum illigationis huius exempla proferamus † *et nonnullis interiectis.* ¶Ecce quidã, dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri ſimilẽ ſibi vitã ducenti, quòd ſecreta illius omni ſilentio contegat, ſe iureiurando conſtringit. ſed is, cui iuratum eſt, adulterium perpetrare cognoſcit, ita vt etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is aũt, qui iuſiurandũ præbuit ad mentẽ reuertitur, & diuerſis hinc inde cogitationibus impugnatur, atq; hoc ſilere formidat, ne ſilẽtio † adulterij ſimul & homicidij particeps [a] fiat, & prodere trepidat, ne reatu ſe periurij obſtringat. Perplexis ergo teſticulorum neruis ligatus eſt, quia in quãlibet partem declinet, metuit, ne à tranſgreſſionis cõtagione [b] liber nõ ſit. ¶Alius cuncta, quæ mundi ſunt, deſerens, atq; per oĩa frangere proprias voluntates quærens, alieno ſe ſubdere regimini appetit, ſed eũ qui ſibi apud Deũ præeſſe debeat, minus cauta inquiſitione diſcernit: cui fortaſſe is, q̃ ſine iudicio eligit, cũ præeſſe iã cœperit, agere †, q̃ Dei, ſunt, prohibet; q̃ mundi ſunt, iubet. Pẽſans itaq; ſubditus, vel q̃ ſit culpa inobediẽtiæ, vel qđ cõtagiũ ſæcularis vitæ, & obedire trepidat, & nõ obedire, formidat [c], ne aut obediẽs, Deũ ĩ ſuis p̃ceptis deſerat; aut rurſus nõ obediẽs, Deũ in electo priore contẽnat. *et inf.* ¶Alius pẽſare põdus honoris eccleſiaſtici negligẽs, ad locũ regiminis pręmijs aſcendit. Sed quia oẽ quod hic eminet, plus mœroribus afficit, q̃ honoribus gaudet, dũ cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocat, doletq;, ſe ad laborẽ cũ culpa perueniſſe, & q̃ ſit iniquũ quod admiſerit, ex ipſa fractus † difficultate cognoſcit: Reum igitur ſe cum impenſis pręmijs agnoſcens, vult adeptæ ſublimitatis locum deſerere: ſed timet, ne grauius delictum ſit ſuſcepti gregis cuſtodiã reliquiſſe; vult ſuſcepti [d] regis curam gerere, ſed formidat, ne deterior culpa ſit, regimina paſtoralis gratiæ † empta poſſidere. Per honoris ergo ambitum, ligatum culpa hinc inde ſe cõſpicit. Eſſe quippe ſine reatu criminis neutrũ videt, ſi aut ſuſceptus ſemel grex relinquatur, aut rurſum ſacra actio ſæculariter empta teneatur. Vndiq; metuit, & ſuſpectus latus omne pertimeſcit, ne aut ſtans in empto regimine non digne lugeat, quod non etiam deſerens emendat α, aut certe regimen deſerẽs, dũ aliud flere nititur, rurſus aliud de ipſa gregis deſtitutione committat. *& infra.*

2 ¶Eſt tamẽ quod ad deſtituẽdas Beemoth verſutias ſubtiliter †, vt dũ mens inter minora, & maxima peccata conſtringitur, ſi omnino nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligantur: quia & qui murorũ vndique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi ſe in fugam

Ibid. c.17.

† *al. conferamus*] orig.

† *al. ſilendo.*

† *agi*] orig.

† *fructus*] orig.

† *al. gregis.*

Ibid. c.20.

† *vtiliter*] orig. vt infra.

a ¶Participes.] ſm opinionem eorũ ſtultã ſp intelligas.
b ¶A tranſgreſſionis contagione.] Iſte admonebit illum ne faciat, vt 2.q.1. ſi peccauerit. Si nolit ceſſare, faciat qđ dr̃ 22.q.5. hoc vĩ, & ſic liberauit ſe, q̃a ſacramenta non fuit inuentũ, ut eſſet vinculũ iniquitatis. 22.q 4. inter cætera, vnde ſi quis iurauit alium non accuſare, tamen poteſt denũciare crimen eius, vt ext. de iureiur. quemadmodu in fi. cum aũt nõ poteſt probare, debet tacere, vt 2.q.7. plerique. Si autem poteſt probare, faciat quod dicitur 2. q 1. ſi peccauerit. Vel dicat alij ſic: frater ſcias, quod quidã te vult occidere; nõ tamen nominãdo aliquem. extra de offi. iudi. ordina ſi ſacerdos. Contra tamen eſt extra de fur. qui cum fure. ſed nõ eſt contra: quia fur non manifeſtauerat furtum indicanti.

Iuramẽtum non eſt iniq̃tatis vinculum.

c ¶Formidat.] Quid ſi ſubditus credit, ꝙ præceptu prælati ſit contra Deum? ſecure non obediat: quia licet generaliter iurauerit ei obedire in omnibus, nõ tamen eſt intelligendũ niſi de licitis & iuſtis & honeſtis 1. vt 11.q.3. non ſemper. & ca. ſi dominus & c. Iulianus, & ext. de iureiuran. ad noſtrã 2. & c. venientes. ff. de pig. obligatione, generali. Sed ſi dubitet an ſit contra Deũ, obedire debet, vt 23.q.1. q̃d culpat in fi. Vtrũ autẽ teneatur recipere ordines ab eo quẽ ſcit ſimoniacum eſſet, no. 1.q.1. ſi quis à ſimoniacis.

Subditus an ſemp̃ teneatur obedire prælato.

1 Ad hoc extra lib 6. de iureiur. contingit.

d ¶Suſcepti.] Iſte ſi vult ſaluari, dimittat locũ, & ſit in p̃petua pęnitentia, vt 1.q.1. ſi q̃s neq; & q. 7. requiritis. & extra de ſimo. Matthæus. non tamen dimittat ſine auctoritate Papę 2. vt 7.q.1. mutationes. & cap ſuggeſtum. Sed credo, vt Ioã. de Fan. dicit, ꝙ bene poteſt dimittere ſine licẽtia Papę, quia rem habet furtiuam: vnde ipſam tenetur ſtatim reſtituere; aliter nõ pęnitet. 14.q.6. ſi res aliena & fur ſemper eſt in mora; vt ff. de cõd. fur. ſi ꝓ fure. §. vlt. Sed ar. contra extra de renun. c. niſi & c. poſt tranſlationẽ. Sed illa intelligũtur in his qui non per hoſtiũ intrauerunt, vt 1.q.1. ordinationes.

2 Iſta etiam fuit ſententia Hug quã 1. quit Laur. Ad hoc 6 q. 3. denique. Archid.

EST TAMEN. Hæc eſt ſecunda pars diſtinct. in qua con-

conſulit quid in prædictis perplexitatib. faciendum ſit. Arch.

a ¶Præcipitat.] Quid ſi præcipitet ſe in fugam, & moritur, vtrum peccet mortaliter, quæritur? Et diſtinguendum eſt 1, ꝙ ſi non ita eſſet altus murus, quē bñ pręſumebat ſe euadere, non peccat mortaliter: aliter ſic. Arg. pro primo. 23. q. 5. de occidendis. pro ſecundo arg. 23 q. 5. ſi non licet & c. non eſt noſtrum, & maxime ſi ex honeſta cauſa ſe præcipitaſſet, vt extra de ſepult. ex parte 2.

b ¶Conceſſit.] i. conceſſum oſtendit, ſicut alibi exponitur da. i. datum pronuncia, vt 23. q. 5. remittuntur, §. hinc notandum.

c ¶Minima.] ideſt, matrimonia. 2.

d ¶Maiora.] ideſt, fornicationem. Vel minima appellat immoderatam exactionē debiti coniugalis, & illud potius permiſit Apoſtolus, quam fornicationem, vt 22. q. 1. 2 quidquid, & ſecundum hoc proprie ponitur conceſſit ſecundum priorem intellectum. ponitur conceſſit, ideſt, conceſſum oſtendit.

e ¶Et quia] Argu. contra H. qui dicit, ꝙ vir nunquam poteſt cognoſcere vxorem ſine peccato, vt not. 33. q. 4. vir cum propria.

f ¶Sed pro ſuſcipienda.] Et cauſa reddendi debitum, vt not. 32. q. 2. quidquid.

g ¶Minimus.] Quoties enim ſine captione nihil fieri poteſt, id faciendum eſt qđ minus captioſum eſt vt ff. de reg. iur. quoties, & l. ſemper.

h ¶Sine venia.] Simile dř alibi. Quod permittimus, nolentes præcipimus, vt 31. q. 1. hac ratione.

præcipitat[a], vbi breuior murus inuenit. Hinc Paulus, cū quoſdam in eccleſia incontinentes aſpiceret, conceſſit[b] minima[c], vt maiora[d] declinarent, dicens. [Propter fornicationem autem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat.] Et quia[e] tunc ſolum coniuges in admiſtione ſine culpa ſunt, cum non pro explenda libidine, ſed pro ſuſcipienda[f] prole miſcentur, vt hoc ēt, quod cōceſſerat, ſine culpa (quàmuis minima) non eſſe monſtraret, illico adiunxit: [Hoc aūt dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperiū.] Non enim eſt ſine vitio, quod ignoſcitur, non præcipit. Peccatum profecto vidit quod poſſe indulgeri præuidit. Sed cum in dubijs conſtringimur, vtiliter minimis[g] ſubdimur, ne in magnis ſine venia[h] peccemus. ¶Itaq; plerūque neruorū Beemoth iſtius perplexitas ſoluitur, dum ad virtutes maximas per commiſſa minora tranſitur.

1. Cor. 7.

Ibidem 6.

a ¶Emendat.] *Hoc loco in originali videtur conſtructio verborū perturbata, & reſtituenda ex Gratiano.*

DISTINCTIO XIV.

Verum[i] hoc in vna eademq; perſona intelligitur. Cæterum an in diuerſis eadem diſpenſatio locum habeat, videlicet, vt committamus minora, ne alij grauioribus implicentur, merito quæritur.

De his ita ſcribit Auguſtinus li. Quæſt. ſuper Gen. c. 42.

¶Non ſunt a nobis aliqua committenda delicta, ne alij grauiora committant. Cap. I.

Iuo p. 9. c. 117.
Gen. 19.

Quod ait[k] Sodomitis Loth: [Sunt mihi duæ filię, quę nondum nouerūt viros: producam illas ad vos, vtimini illis quomodo placuerit vobis, tātum in viros iſtos ne faciatis iniquum:] quoniam proſtituere volebat filias ſuas hac compenſatione, vt viri hoſpites eius nihil a Sodomitis tale paterentur, vtrum admittenda ſit compenſatio flagitiorum, vel quorumcumque peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat; an potius perturbationi Loth, non conſilio tribuendum ſit,

Verum.] Hæc d. diuidit in duas partes, ī quarū prima, ꝑbat, ꝙ nullus debet peccare minus, vt maior ſiue grauior alius nō peccet. Secunda ibi, [Conſuetudinis] CASVS. Hoc dicit Gr. ꝙ illud quod dictum eſt in ſuperiori diſ. de minori malo eligendo, intelligendum eſt cū duo mala circa eandem perſonam contingunt, ſed ſi circa diuerſas contingant, vtrū minus malum ſit eligēdum, & faciendum, vt alius vitet maius, quæritur in hac diſt. & probatur qđ nō, ꝑ capitulū ſequens, dř ēt, ꝙ ius conſuetudinis, vel ꝯſtitutionis relaxatur qñq;.

i ¶Verum.] In hac d. 14. quęritur, an aliquis debeat minus malum committere vt alter euitet grauiꝰ malum? Et dicēdum eſt ꝙ non, vt inf. c. ꝑxi. & cōtiteatur iſte, §. ad id qđ. dixerat ī ſuperiori diſ. ſ. quod cū duo mala nobis inſtant. minus eſt eligendum: ſed hoc non eſt verum circa diuerſas perſonas.

Minus malū de duobꝰ eſt faciendum.

Quod ait Sodomitis.] CASVS. Legitur in Geneſi, ꝙ miſit Dñs duos Angelos in ſpecie iuuenū ad Sodomam ſubuertendam, & cū hoſpitarent in domo Loth, venerunt Sodomitæ ad domum eius volentes eis abuti: Loth autem ne illi violarentur, obtulit eis duas ſuas filias, vt illi Sodomitæ potius cum illis fornicarentur, q̃ hoſpites aliquid paterentur. ſ. opus Sodomiticum. Modo quærit Augu. an talis compenſatio ſit admittenda ſ. an Loth potius debuit conſentire fornicationi filiarum, quam vt illi cum hoſpitibus opus Sodomiticū facerent. Et reſpondet ꝙ talis compenſatio periculoſa eſt, & hoc eſt attribuendum perturbationi Loth.

K ¶Qđ ait.]. Verba sūt Aug. & incipit ibi, merito q̃rit.

a ¶Peri-

[...]pitans [...]n morta[...] [...]r peccet. Hęc fuit [...]

[...] Sub. quæ [...] minima [...]ſpectu con[...]entiæ. 17. [...] nuptia[...]m.

quia hoc dixerit, merito quæritur. Et nimirum periculoſiſſime [a] admittitur hæc compenſatio [b]. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotę, nullo modo imitanda eſt.

2 *Conſuetudinis autem, vel conſtitutionis rigor nonnunquam relaxatur.*

Vnde Leo Papa ait ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum, epiſt. 90. ante caput 1.

¶Quæ conſtitutiones valeant temperari, vel quæ non. Cap II.

SIcut quædam ſunt [c], quæ nulla poſſunt ratione cõuelli; ita multa ſunt, quæ aut pro neceſſitate temporũ [d], aut pro conſideratione ætatum [e] oporteat temperari: illa conſideratio † [f] ſemper ſeruata, vt in ijs, quæ vel dubia [g] fuerint aut obſcura, id nouerimus ſequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrarium; nec decretis ſanctorum Patrum inueniatur aduerſum.

Pann. in prolo. c. 12. Ordo verborum nõ reſtitutus ob gloſsã † *conditione*] ori.

DISTINCTIO. XV.

QVoniam de iure naturali [h], & conſtitutione, vel cõſuetudine haſtenus diſſeruimus, differentiam, qua inuicem diſcernuntur, aſſignantes; nunc ad eccleſiaſticas conſtitutiones ſtylum vertamus, earum originem & auctoritatem, prout ex libris ſanctorum Patrum colligere poſſumus breuiter aſſignantes.

¶Quo tempore cœperint canones generalium conciliorum. Cap. I.

CAnones generaliũ cõciliorum (vt Iſidorus ait lib. 6. Pann. l. 2. c. 104.

a ¶Periculoſiſſime.] Hic dicit Aug. ꝙ nemo debet minus malum committere, vt alter euitet maius malum: & intelligunt hoc quidã, quòd nemo debet minus mortale committere, vt alius euitet maius mortale, ſed veniale debet committere, vt alter euitet mortale nam etiam animam quis debet ponere pro ꝓximo 1, & ſic mortẽ temporalẽ poteſt aliquis ſubire, ne alter incurrat pęnam ęternam. de pœn. diſt. 2. charitas. §. & proxi. ſed pro veniali debetur tantũ pœna temporalis 2, ꝓ mortali æterna, 13. q. 1. nemo. ergo aliquis poteſt peccare venialiter, ne alter peccet mortaliter. Itẽ quia Apoſtolus dicit: Orabam eſſe anathema pro fratrib. meis: ſed nemo anathematizatur niſi pro mortali, vt 11. q. 3. nemo. Itẽ cum virtus, & vitiũ ſint contraria, nec ſe compatiantur, vt 32 q. 1. cum renunciatur, ſed venialia ſimul cum virtutibus inſunt homini. non ergo proprie dicuntur vitia, vt de pœn. diſt. 3. ſepties. Alij dicunt, quòd nullum peccatum debet homo facere, vel pro ſuo bono, vel alterius, vt 23. q. 5. cũ homo. ver. quid ſi alius non enim Deus vult tale dãnũ cũ tali lucro cõpẽſari, vt 33. q. 5. ſi dicat. non enim debet quis crimen ſuum alienis commodis impendere, vt 46. d. ſicut non ſuo. Præterea neq; pro ſalute alterius temporali, vel æternali debet quis peccare venialiter. quia nullus perducendus eſt ad ſalutem 3 opitulãte mẽdacio, vt 22 q. 2. c. faciat, & c. primum. Io. Sed quare redarguitur hic Loth. ab Aug. cum alibi commẽdetur ab Ambroſio, vt 32. q. 7. offerrebas? Sed Ambroſius conſiderauit pietatem quam habuit ad hoſpites. Aug vero delictum filiarum, 26. d. c. 1. & 2.

Veniale pñ ne quis committere, vt alter euitet mortale.

1 De pe. d. 2. qui vult. & ſeq.

2 25. d. peccata.

Ad Rom. 9.

3 De hac materia not. ex ne. cler. vel mo. c. 3. in gl. argu ꝙ, &c. Arch.

b ¶Hoc compenſatio.] Arg. ꝙ non eſt admittenda compẽſatio in malis, vt 24. q. 5. forte, & 23. q. 5 c. 1. & 32. q. 8 non ſolum, & 1 q. 1. non eſt putanda. admittitur tamen compenſatio in criminibus, vel excipiendo, vel replicando, vt 32. q. 6. nihil, & ff. ſolu matr. viro. verũ eſt in iudicijs admittitur compenſatio, non in foro pœnitentiali. 34. q. 5. quod Deo.

Cõpenſatio in pñiali foro nõ admittitur.

CONSVETVDINIS Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis: in qua dicitur quando rigor eſt relaxandus, & quando non. Io. de Fan.

CASVS. Iſte §. continuatur ad illud, quod dictum fuit ſupra in principio 13. d. vbi dictum fuit, ꝙ aduerſus ius naturale non admittitur diſpenſatio: ſed hic dicitur, ꝙ conſuetudinis, vel conſtitutionis rigor relaxatur, quandoque etiam hoc probatur in ſeq c.

SIcut.] CASVS. Quæſitum fuit a Leone Papa, vtrum contra conſuetudinem, & conſtitutiones poſſit diſpenſari, qui reſpondit, dicens, ꝙ ſicut ſunt quædã cõtra quæ diſpenſari non poteſt, vt ius naturale; ſic quædam ſunt, vt conſuetudines, & conſtitutiones, contra quas ratione temporum, & ætatum poteſt diſpenſari: hac habita diſcretione, vt in dubijs nihil contra Euangelium, vel decreta fiat Patrum.

c ¶Sicut quædã ſunt.] Vt præcepta decalogi, & forma 4 baptiſmi, & forma conficiendi 5 corpus Chriſti, de conſec. d. 4 proprie, & d. 2. accipite.

4 Ext... bap...

5 De con... d. 2. c. 2.

d ¶Temporum.] Vt 1. q 7. quod pro remedio, & 81. diſ. presbyter, & 34. d. fraternitatis.

e ¶Aetatũ.] Vt j. 33. q. 2. in adoleſcẽtia 6. & 86. d. tanta.

f ¶Conſideratione.] inf. 19. d ſciendum.

g ¶Vel dubia.] Extra de ſponſ. iuuenis.

QVoniam de iure.] Hæc diſ. diuiditur in duas partes. In prima quæritur, & probat ex quo tempore habuerunt concilia ortum. Secunda ibi, [Quintum vero.]

CASVS. Supra de naturali iure, conſuetudine, & conſtitutione dixit Gratianus, inter iſta differentiam aſſignando. In hac vero d. reuertitur ad conſtitutiones eccleſiaſticas: & earum originem, & auctoritatem breuiter oſtendit.

h ¶Quoniam de iure naturali.] Hactenus tractauit magiſter de naturali 7 iure: hic incipit tractare de iure canonico. aſſignat itaq; rationem, & originẽ ipſius, & oſtendit quæ opuſcula recipiantur ab eccleſia, & quæ non.

CAnones.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In 1 parte oſtenditur, ꝙ a tpe Conſtantini canones generaliũ cõciliorũ inceperunt: Ipſe. n. primo dedit auctoritatẽ Chriſtianis libere congregandi: cum eccleſia antea fuiſſet paſſa perſecutionem. In 2. parte, quæ incipit ibi, [Inter cætera.] dr̃, ꝙ ſub quatuor Imperatorib. ſunt quatuor concilia vniuerſalia celebrata. ſ. ſub Cõſtantino Theodoſio ſeniore, Theodoſio iuniore, & Martiano, & oſten-

6 Hoc... tur de... nili... ſed... concor... tur de... ad hoc... q. 7. tẽp... & c. hoc.

7 Sub... diuerſion... & di... cætera... multiplic... aſſignans... cõpetent... ad tractand... de iure can... nico deb... deret nu... ad, &c. H...

oſtendit q in .. is fuerit reprobatū: & quod iſta quatuor concili. & his ſimilia debent inuiolata ſeruari. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Synodus.] ponit etymologias iſtorum nominum. ſ. ſynodus concilium, & cœtus.

a ¶Conſtantini.] infra. 16. diſt. Iſidorus. contra. ibi dicitur a tempore Clem..tis fuerunt celebrata concilia. Reſpon. quod ante ..runt celebrata: ſed non ita generaliter 1: & ita hoc verbū .. gñaliter, ſoluit contrarium.

b ¶Apoſtolos.] Apoſtoli enim fecerunt primū ſymbolum, ſ. Credo in Deum Patrem ſed Nicæna ſynodus fecit, Credo in vnum Deum 2. & dr̃ aſyn, qđ eſt cum, & bolos: quod eſt morſellus: quia quilibet Apoſtolorum de ſuo morſello aliquid appoſuit:

c ¶Cccxviij.] Alibi dicitur de ccc. epiſcopis, vt 10. q. 1. hanc. Sed dic quòd minor numerus non excludit maiorem. ff. de iniuſt. iuran. cum furti.

d ¶Quam de inæqualitate.] Dicebat. n. patrem maiorẽ filio, & filium maiorem ſpiritu ſancto. 24. q. 3. quidam. ver. Agriani. Hug.

etymol. c. 16.) a temporibus Conſtantini [a] cœperunt. In præcedentibus namque annis perſecutione feruente, docendarum plebium minime dabatur facultas: inde Chriſtianitas in diuerſa hæreſes ſciſſa eſt; quia non erat licentia epiſcopis in vnum conueniendi, niſi tempore ſupradicti Imperatoris: Ipſe enim dedit facultatem Chriſtianis libere congregari. Sub hoc etiam ſancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta fidem Euangelicam, & Apoſtolicam, ſecundum poſt Apoſtolos [b] ſymbolum tradiderunt. ¶Inter cætera autem cōcilia, quatuor eſſe ſcimus venerabiles ſynodos, quæ totā principaliter fidem complectuntur, quaſi quatuor Euangelia, vel totidem paradiſi flumina. ¶Harum prima Nicæna ſynodus cccxviij. [c] epiſcoporum Conſtantino Auguſto imperante peracta eſt: in qua Arrianæ perfidiæ condemnata blaſphemia, quam de inæqualitate [d] ſanctæ Trinitatis idem Arrius aſſerebat, conſubſtantialem Deo patri Deum filium eadem ſancta ſynodus per ſymbolum definiuit. ¶Secunda ſynodus cl. Patrum ſub Theodoſio ſeniore Conſtantinopoli [e] congregata eſt, quæ Macedonium [f] ſpiritum ſanctum Deum eſſe negantem condemnans, cōſubſtantialem patri & filio ſpiritū ſanctum demōſtrauit, dans ſymboli formam, quam tota [g] Græcorum & Latinorum confeſſio in eccleſijs prædicat. ¶Tertia ſynodus Epheſina [h] prima cc. epiſcoporum ſub iuniore Theodoſio Auguſto edita eſt, quæ Neſtorium duas perſonas [i] in Chriſto aſſerentem, iuſto anathemate condemnauit, oſtendens manere α in duab. naturis vnam [k] Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam. ¶Quarta ſynodus Chalcedonenſis. dcxx. ſacerdotum ſub Martiano principe habita eſt; in qua Eutychem [l] Conſtantinopolitanum abbatem verbi Dei & carnis vnam naturam renunciantem, & eius defenſorem [m] Dioſcorum; quondam Alexandrinum epiſcopū & ipſū rurſus Neſtorium cū reliquis hęreticis vna Patrum ſnīa damnauit, prædicans eadem ſynodus Chriſtum Dominum de Virgine ſic natum, vt in eo ſubſtantiā diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. ¶Hæ ſunt quatuor ſynodi principales, fidei [n] doctrinā pleniſſimè prædicantes. Sed, & ſi qua ſunt concilia, quæ ſancti patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt, poſt iſtorum quatuor auctoritatẽ omni manẽt ſtabilita vigore; quorum geſta in hoc opere [o] condita continentur. ¶Synodus aūt ex græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilij β verò nomẽ tractum eſt ex more Romano. Tempore enim quo cauſę agebantur, cōueniebant omnes in vnum, communiq; intẽtione tractabant. Vnde concilium a cōi intentione dictum

e ¶Conſtantinopolis.] ſup. ca. ſicut.

f ¶Macedonium.] qui dixit ſpiritum ſanctum ſeruum patris & filij, vt 1. q. 1. eos qui. 24. q. vl. quidam, ver. Macedoniani.

g ¶Quā tota] Hoc nō habemus: qa nō habemus niſi Apoſtolorū, & Nicęnū, & Athanaſii, Quicunque vult.

h ¶Epheſina.] Hoc dicit ad drĩam ſecūdæ, q̃ fuit reprobata, vt infra 16. d. quoniam ſanctæ.

i ¶Perſona.] Verbi & hominis.

K ¶Vnā.] Vna eſt ꝑſona: ſed hẽt duas naturas, ſ. diuinā & humanā. inf. c. ſicut. ver. quintum.

l ¶Euthychẽ.] Qui poſt reſurrectionem Chr̃m habuiſſe vnā naturā dixit, ſ. diuinam. 16. diſ. c. 6. ver. quarta.

ADDITIO. Habet. n. vtrāq; ext. de hæreticis, cū Chr̃s. vbi notat Ala. ꝙ ante illam diffinitionẽ, de qua loqtur ipſa decre. contrariū dicere licebat, cū ꝓhibitū nō eſſet: ſed poſt, nequāq̃ ergo, qđ prius non fuit fidei articulus, poſt conſecrationem factus eſt fidei articulus. Archid.

m ¶Defenſorẽ.] Peccabat ergo ĩ fidẽ, ex quo erat defenſor hęreticorū, vt 24. q. 1. c. 1. q. 3. qui aliorum. & extra de hær. vrgentis 3. ſicut dicit lex de latrone. C. de his qui latr. occ. l. 1. Sed cōtra 21. d. in tm̃. & 24. q. 2. ſane profert. verſ. item Romanorum, ibi. n. dicitur, ꝙ Dioſcorus non peccauit in fide. ſed expone, non peccauit in fide, id eſt non peccauit in fide tantum: quia in hoc peccauit, quod auſus fuit Papam Leonem excommunicare 21. diſt. in tantum.

n ¶Fidei.] Articulos.

o ¶In hoc opere.] Iſidori: ne ſit contra 19. diſt. ſi Romanorum verſ. præſertim.

1 Quid di.. litera, generaliter in.. t ſolutio ..m. Hugo. ..ur. & Ar..id.

2 Notandū ꝙ Damaſus papa conſti.., ut ſymbolū cantaretur in Miſſa ex decreto ſanctæ ſynodi vniuerſalis apud Cōſtantinopolim celebratæ Arch.

3 Parum aut nihil facit, ſed melius eod. tit. ſicut & c. excommunicamus § credentes. Pet.

quaſi conſilium;conſilium,quaſi conſidum,d. in l.literam tranſeunte: vel concilium dictum eſt a communi intentione,eo quod in vnum dirigant omnem mentis obtutũ. Cilia enim oculorum ſunt: vnde qui ſibimet diſſentiunt, nou agunt concilium: quia non conſentiunt in vnum. Cœtus verò conuentus eſt,vel congregatio,a coeundo, ideſt a conueniendo in vnum.Hinc etiam conuentus eſt, nuncupatus, eo quòd ibi homines conueniunt in vnum; ſicut a conuentu cœtus dicitur,ſic & concilium a societas multorum in vnum.

¶ *Caput hoc habetur etiam in conciliorum collectione Iſidori ante ipſius præfationem,non autem in codice bibliothecæ Dominicanæ: in quo tamen vſque ad verſiculum* , Inter cætera . *ponitur etiam(quemadmodum & in aliis)ante initium concilii* Nicæni.

α ¶Manere.) *In pleriſque antiquis Gratiani exemplaribus,* & *Iſidori codice impreſſo legitur,vt eſt emendatum.Sed in aliis eorundem manuſcriptis , & impreſſis Gratiani legitur,* manere in Chriſto duas naturas,& unam Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam.

β ¶Concilij uerò.] *Apud Iſidorũ in lib.*Etymol.*locus hic mendosè legitur. Verum in præfatione eiuſdem Iſidori editioni Pariſienſi conciliorum præpoſita, quæ cum aliquot vetuſtis codicibus collata eſt;ſic legitur* ; Concilij uerò nomen tractum ex cõi intentione, eo quòd in unum dirigant oẽs mentis obtutũ Cilia enim oculorum ſunt.unde & qui ſibimet diſſentiunt, non agunt concilium,quia non ſentiunt unum.Cætus uerò conuentus eſt,uel congregatio a coeundo, i. conueniendo in vnum, unde & conuentus eſt nuncupatus , quòd ibi homines conueniant.Sicut conuentus,cœtus,uel concilium a ſocietate dicitur multorum in unum.*In Gratiani codicibus ſunt multæ varietates, ex quibus ea lectio retenta eſt,quæ viſa eſt melior,quamuis adhuc aliquid fortaſſe deſideretur.*

De quatuor vero † *concilijs ſcribit , B.Gregorius ita dicens,lib.* 1.*Regiſti,Epiſt.* 24. † *al.quoque.*

¶De auctoritate quatuor conciliorum. Cap. II.

SIcut S.Euangelij quatuor libros,ſic quatuor concilia ſuſcipere,& venerari me fateor;Nicænum ſcilicet,in quo peruerſum Arij dogma deſtruitur.Conſtantinopolitanum quoque,in quo Eunomij & Macedonij error cõuincitur,Epheſinum etiam primũ,in quo Neſtorij impietas iudicatur.Chalcedonenſe vero,in quo Eutychis,Dioſcorique prauitas reprobatur,tota deuotione complector , integerrima approbatione cuſtodio: quia in his velut in quadrato lapide,ſanctæ fidei ſtructura conſurgit,& cuiuslibet α vitæ, atque actionis norma conſiſtit.¶Quintum quoque cõcilium pariter veneror, in quo epiſtola,quæ Ibæ dicitur [a],erroris plena reprobatur,in quo Theodorus perſonam mediatoris [b] Dei & hominum in duab. ſubſtantijs [c] ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur,& in quo ſcripta quoq; Theodoriti,per quæ B. Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur. Cunctas verò, quas præfata veneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo;quas venerantur,amplector:dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta; ſe, & non illa deſtruit, quiſquis præſumit [d] aut ſoluere, quos religant †; aut ligare †,quos ſoluunt. † *al.ligans,* † *al.religare.*

α ¶Cuiuslibet.) *Apud B.Gregorium legitur.* Et cuiuslibet uitæ,atque actionis exiſtat,quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur , tamen extra ædificium iacet.Quintum,&c.*& in ſequentibus ſignificantur tria capitula,quorum occaſione nonnulli quintam ſynodum non recipiebant.*

De iiſdem etiam Gelaſius in concilio habito Romæ cum lxx. epiſcopis ſcribit dicens.

SIcut ſancti Euangelij.] CASVS.In prima parte huius c. dicit Greg. quòd ita vult ſeruare quatuor concilia ſicut quatuor Euãgelii libros: & oſtendit in vtroque iſtorũ quid fuerit reprobatũ. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Quintũ] dicit Greg.ꝙ quintũ conciliũ vult venerari, in quo tria sũt reprobata.ſ.epiſtola erroris plena,q̃ Ibę dicebatur , & opinio Theodori, qui perſonam Chriſti mediatoris Dei & hominũ in duabus ſubſtantiis ſeparabat , ideſt perſonis,dicẽs Chriſtũ duas hr̃e perſonas: & ſcripta Theodoriti,q vitã B. Cyrilli, & fidẽ reprehẽdebat: & qui ſupradicta cõcilia nõ obſeruat, ſeipsũ deſtruit.

a ¶Ibę dicitur.] Ab inuentore.

b ¶Mediatoris.] i. Chriſti. Ioan.

c ¶Subſtãtiis.] Scilicet perſonis.

d ¶Preſumit.] Vr̃ ergo, ꝙ Papa nõ poſſit deſtruere ſtatuta cõcilii: qa orbis maior ẽ vrbe 93.d.legim⁹. circa med.vnde req̃rit Papa cõſensũ cõci-

† al. Quas ſcripturas.
Iuo.c.l.3.c.210.
Iuo p.4.cap.64.
Pann.l.2.c.91.
Polyc.l 3.titu.20.

¶Quæ † concilia ſancta Romana Eccleſia ſuſcipiat. Cap. III.

SAncta Romana Eccleſia poſt illas veteris teſtamenti & noui ſcripturas, quas regulariter ſuſcipimus, etiam has ſuſcipi non prohibet: Sanctam ſynodum Nicenam cccxviij. patrum, mediante Conſtantino Maximo Auguſto, in qua Arrius hæreticus condemnatus eſt: Sanctam ſynodum Conſtantinopolitanam, mediante Theodoſio ſeniore Auguſto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam ſynodum Epheſinam, in qua Neſtorius damnatus eſt conſenſu beatiſſimi Papæ Cæleſtini, mediante Cyrillo Alexandrinæ ſedis antiſtite, & Arcadio epiſcopo ab Italia deſtinato: Sanctam ſynodum Chalcedonenſem, mediante Martiano Auguſto, & Anatolio Conſtantinopolitano epiſcopo, in qua Neſtoriana, & Eutychiana hæreſes ſimul cum Dioſcoro, eiuſque complicibus damnatæ ſunt: ſed & ſi qua ſunt concilia à ſanctis patribus hactenus inſtituta, poſt † iſtorum quatuor auctoritatem & cuſtodienda, & recipienda decernimus, & mandamus a. ¶ Iam nunc ſubijciendum eſt de opuſculis ſanctorum patrum, quæ in eccleſia catholica recipiuntur. ¶ Opuſcula beati Cypriani martyris, & Carthaginienſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula beati Athanaſij Alexandrini epiſcopi. ¶ Item opuſcula beati Gregorij Nazianzeni epiſcopi. Item opuſcula beati Baſilij Cappadociæ epiſcopi. Item opuſcula beati Ioannis Conſtantinopolitani epiſcopi. ¶ Item opuſcula Theophili Alexandrini epiſcopi. ¶ Item opuſcula beati Cyrilli Alexandrini epiſcopi. ¶ Item opuſcula beati Hilarij Pictauienſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Ambroſij Mediolanenſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Auguſtini Hipponenſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuſcula B. Proſperi viri religioſiſſimi. ¶ Item epiſtolam beati Leonis Papæ ad Flauianum Conſtantinopolitanum epiſcopum deſtinatam: cuius textum quiſpiam ſi vſq; ad vnum iota diſputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit; anathema ſit. ¶ Item opuſcula, atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à ſanctæ Romanæ eccleſiæ conſortio deuiauerunt, nec ab eius fideli † prædicatione ſeiuncti ſunt, ſed communionis ipſius, gratia Dei, vſque ad vltimum diem vitæ ſuæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epiſtolæ, quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Romana pro diuerſorum Patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendæ ſunt. ¶ Item geſta β ſanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis irradiant. Quis ita † eſſe catholicorum dubitet. & maiora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei, & adiutorio vniuerſa tolerāſſe? Sed ideo ſecundum antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in ſancta Romana eccleſia non leguntur: quia & eorum, qui conſcripſere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis † ſuperflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur: ſicut cuiuſdam Quirici †, & Iulitæ; ſicut Gregorii, aliorumq; huiuſmodi paſſiones, quæ ab hęreticis perhibentur conſcriptæ. Propter quod, vt dictum eſt, ne vel leuis ſubſannandi oriretur occaſio, in ſancta Romana eccleſia non leguntur. Nos tamen cum prædicta eccleſia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis quam hominibus noti ſunt, omni deuotione veneramur. ¶ Item vitas patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium Heremitarū, quas tamen vir beatiſſimus ſcripſit Hieronymus, cum omni honore ſuſcipimus. ¶ Item Actus B. Silueſtri Apoſtolicæ ſedis præſulis, licet eius, qui conſcripſit, nomen ignoremus; à multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vſu multæ hoc imitantur eccleſię. ¶ Item ſcripta de inuentione ſanctæ Crucis Dominicæ, & alia ſcripta de inuentione capitis B. Ioannis Baptiſtæ, nouellæ quidem † reuelationes ſunt, & nonnulli eas catholici legunt: Sed cum ad catholicorum manus peruenerint, B. Pauli Apoſtoli ſententia procedat, [Omnia probate, quod bonum eſt, tenete.] ¶ Item Ruffinus vir religioſus, plurimos eccleſiaſtici operis edidit libros: nonnullas etiam ſcripturas interpretatus eſt: ſed quoniā B. Hieronymus in aliquibus eum de arbitrii libertate notauit, illa ſentimus, quæ prædictum B. Hieronymum ſentire cognoſcimus: & non ſolum de Ruffino, ſed etiam de vniuerſis †, quos vir ſæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuſcula, quæ uir beatiſſimus Hieronymus

Margin notes:
† al. præter.
Anſel. l.6.c.193.
† fide, vel prædicatione.] ori. & Burch.
Nicolaus in epiſtola impreſſa ad epiſcopos Gal-
† al. iſta.
† al. dictis.
† al. Cyricii
† quadam reuelationes] ori. 1. Theſ. 5.
† al diuerſis] orih.
† al. religioſe.

Gloss:
cili. 19. diſtin. Anaſtaſius. arg. cōtra. 17. di. §. hinc etiā & extra de electio. ſignificaſti. vbi dr̄ ꝙ conciliū nō pōt Papę legē imponere. & 35. q. 9. veniam. Sed intellige, quod hįc dicitur, circa articulos fidei. 25. q. 1. ſunt quidam.

liæ cuius initium. [Quamuis.]

SAncta Romana Eccleſia.] CASVS. In hoc cap. ponūtur fere eadē, quæ dicta ſunt in illo cap. canones. & ī c. ſicut. Dicit .n. Gelaſius, ꝙ ſupra dicta quatuor concilia vult venerari & ſi qua alia fuerunt a ſānctis Patrib. inſtituta: & oſtendit q̄ opuſcula ſanctorum Patrū in eccleſia recipiantr. a ¶ Cy-

ronymus

a ¶ Cyrici.] al. Quirici.

ADDITIO. Apocryphum dicitur occultum & ſecretum ab apo, quod eſt de ; & cryſis, quod eſt ſecretum. inde liber dicitur apocryphus, id eſt, occultus & ſecretus: ſcilicet cuius auctor ignoratur: non tñ ab eccleſia recipitur, ſed reprobatur. quaſi dicatq́, non in eccleſia, ſed remote & ſecrete ab eccleſia eſt legẽdus, ſecũdum Hug. Vñ dic apocrypha

† al. Chronica] orig.

ronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus reliqua autem omnia cum auctore ſuo dicimus eſſe renuenda. ¶ Item Chronicon † Euſebij Cæſarienſis, atq; eiuſdem hiſtoriæ eccleſiaſticæ libros, quamuis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & poſtea in laudibus, atq; excuſatione Origenis ſchiſmatici vnum cõſcripſerit librum: propter rerum tamen notitiam ſingularem, quę ad inſtructionem pertinet, vſquequaque non dicimus renuendos. ¶ Item Oroſium virum eruditiſſimum collaudamus, quia valde nobis neceſſariam aduerſus Paganorum calumnias ordinauit hiſtoriam, miraque breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paſchale opus, quod heroicis deſcripſit verſibus, inſigni laude proferimus†. ¶ Item Iuuenci ɣ nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. Cæterum, quæ ab hæreticis, ſiue ſchiſmaticis conſcripta, vel prædicata ſunt, nullatenus recipit Catholica, & Apoſtolica eccleſia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & à catholicis vitanda ſunt, credimus eſſe ſubdenda. In primis Ariminenſem ſynodum à Conſtantino Cæſare Conſtantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vſque in æternum confitemur eſſe damnatam. Item Itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis lib. viii. apocryphum. Actus nomine Andreæ apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Philippi apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Petri apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ apoſtoli, apocryphi. Euangelium nominę Thadæi, apocryphum. Euangelium nomine Thomæ apoſtoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphum. Euangelium nomine Barnabæ, apocryhum. Euangelium nomine Bartholomæi apoſtoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreæ apoſtoli, apocryphum. Euangelia, quæ falſauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quæ falſauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de S. ♪ Maria, & de obſtetrice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Paſtoris, apochryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius † diſcipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur theſaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adæ [vel † Geneſeos, apocryphus. Centimetrum de Chriſto Virgilianis compaginatum verſibus, apocryphum. Liber, qui appellatur Actus Teclę, & Pauli apoſtoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus, & S. Xiſti † nomine ſignatus eſt, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Thomę apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur tranſitus † S. Mariæ, apocryphus. Liber qui appellatur pœnitentię Adę, apocryphus. Liber Ogię nomine gigantis, qui ab hereticis cum dracone poſt diluuium pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber qui appellatur teſtamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia S. Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Iamnis, & Mambrę, apocryphus. Liber, qui appellatur, ſortes Apoſtolorum † apocryphus. Liber Luſanę apocryphus. Liber canonum Apoſtolorum, apocryphus. Liber Phyſiologus, qui ab hęreticis conſcriptus eſt, & B. Ambroſij nomine pręſignatus, apocryphus. Hiſtoria Euſebii Pamphili, apocrypha. Opuſcula Tertulliani †, ſiue Africani, apocrypha. Opuſcula Poſthumiani, & Galli, apocrypha. Opuſcula Montani, Priſcillę, & Maximillę, apocrypha. Opuſcula omnia Fauſti Manichęi, apocrypha †. Opuſcula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha †. Opuſcula Caſſiani preſbyteri Galliarum, apocrypha. Opuſcula Victoriani Pictauienſis † apocrypha. Opuſcula Fauſti Rhegienſis Galliarum, apocrypha. Opuſcula Frumentii †, apocrypha. Epiſtola Ieſu ad Agabarum regem, apocrypha. Paſſio Georgii, apocrypha. Paſſio Cyrici [a], & Iulitę, apocryphia. Scriptura; quę appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria omnia, quę non Angelorum, vt illi confingunt, ſed dœmonum magis arte conſcripta ſunt, apocrypha. ¶ Hęc, & omnia his ſimilia, quę Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus etiam Samoſatenus, Photinus & Bonoſus, & qui ſimili errore defecerunt, Montanus quoque cum ſuis obſcœniſſimis ſequacibus, Appollinaris, Valentinus, ſiue Manichęus, Fauſtus †, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cœleſtius †, Donatus, Euſtathius, Iouinianus, Pelagius, Iulia-

† al. præferimus] orig.

Burch. l. 3. c. 221.
Iuo par. 4. c. 65.
Pann. l. 2. c. 123.

† decem] ori.

† al. Eſitini] al. Heſychius.

† al. Lentius] al. Lentins.

† Abel] orig.

† al. Sixti

† tranſitus idest aſſumptio] orig.

† al. Iob] o.

† qui appellatur, laus Apoſtolorũ] orig.

† Tertulliani apocrypha. Opuſcula Lactantij apocrypha. Opuſcula Africani apocrypha] orig.

† Opuſcula Commodiani apocrypha] orig.

† Opuſcula Tatij, Cypriani apocrypha. Opuſcula Arnobij apocrypha. Opuſcula Tyconij apocrypha] ori.

† al. Pictabienſis.

† al. Frumentiæ c.] orig.

† Africanus] orig.

† al. Caliſtus.

Ioannes Cuſmienſis. Cæleſtinus, & c. orig. Priſciano de Hiſpania Valerius Cõſtantinopolitanus, Maximus Vnicus, Lampetius. † *Hæreticorumque diſcip.*] ori. Burc. lib. 3. c. 222. Iuo p. 4. c. 67 Pann. lib. 2. c. 90.

Iulianus, & † Latienſis Cœleſtinus, Maximinus, Priſcianus † ab Hiſpania, Lampedius, Dioſcorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, equibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Acacius Conſtantinopolitanus cum conſortibus ſuis, nec nõ omnes hæreſes, quas ipſi, eorumque diſcipuli, ſiue ſchiſmatici docuerunt, vel cõſcripſerunt: quorum nomina minime retinentur, non ſolum repudiata, verum etiam ab omni Romana, & Apoſtolica eccleſia eliminata, atq; cum ſuis auctoribus, auctorumque ſequacibus ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata. ¶Cæterum, qui libri in eccleſiaſticis officiis per anni circulum a nonnullis legantur, quòd ritum illum Apoſtolica non reprobat, ſed ſequitur eccleſia, pro fidelium ædificatione adnotandum cẽſuimus. Quidam, quòd in ſeptuageſima ponunt Pentateuchum vſq. in 15. diem ante Paſcha, 15. die ponunt Hieremiam vſque in cœnam Dñi. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ. [Quomodo ſedet ſola ciuitas, &c.] & tres de tractatu Sancti Auguſtini in pſalmum 54. ([Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſtola ad Corinth. [Conuenientibus vobis in vnum.] Secunda lectio incipit: [Similiter & calicem poſtquam cœnauit,] Tertia. [de ſpiritalibus autem nolumus vos ignorare fratres. In Paraſceue tres lectiones de lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu ſancti Auguſtini in pſalmum. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. [& tres de Apoſtolo, vbi ait in Epiſtola ad Hebræos, [Feſtinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namque pontifex.] Tertia. [De quo grandis nobis ſermo.] In Sabbato ſancto tres lectiones de lamentatione Hieremiæ prophetæ, & tres de tractatu ſancti Auguſtini in eundem pſal. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in Epiſtola ad Hebræos, [Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim teſtamentum eſt.] Tertia, Vmbram enim habens lex futurorum bonorum. [In Paſcha Domini homilias ad ipſum diem pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis) † Paſchæ ponunt actus Apoſtolorum, & epiſtolas canonicas, & Apoclypſim vſque in octauas † Pentecoſtes: In octauis Pentecoſtes ponunt libros Regum, & Paralipomenon vſque in Kalend. Auguſti. In Dominica prima menſis Auguſti ponunt Salomonem vſque in Kalendas Septembris. In Dominica 1. Septemb. ponunt Iob, Tobiam †, Heſter, Eſdram vſque in Kalen. Octobris. In Dominica prima menſis Octobris ponunt librum † Machabæorum vſque in kalendas Nouembr. In Dñica prima menſis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vſque in kalendas Decemb. In Dominica prima menſis Decembris ponunt Eſaiam prophetam vſque ad † Natiuitatem Domini. In Natali † Domini legunt primum de Eſaia tres lectiones. Prima lectio, [Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, &c.] Secunda, [Conſolamini, conſolamini.] Tertia, [Conſurge, conſurge.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes. In Natali S. Stephani homilia de ipſo die. In Natali S. Ioannis ſimiliter. In Natali Innocentium ſimiliter. In Natali S. Silueſtri ſimiliter. In octaua Natalis Domini homilia de ipſo die. In Dominica prima poſt Natiuitatem Domini ponunt epiſtolas Pauli vſque in Septuageſimam. In Epiphan. lectiones tres de Eſaia. Prima lectio incipit, [Omnes ſitientes.] Secunda, [Surge, illuminare Hieruſalẽ.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes.

Margin: Treni. 1. — 1. Cor. 11. — 1. Cor. 10. — Heb. 3. — Heb. 5. — Heb. 9. — Heb. 10. — † *al. octaua.* — † *al. octauã.*

Margin: pha Grece, Latine ſecreta. Et quia in cameris ſolẽt virgines abſcondi, & ſecrete morati, ſecundum Io. de Fan. inde eſt, ꝙ virgo in Hebræo alma, in Græco apocrypha, Latine dicitur ſecreta.

Margin: † *Iudith. Heſter.*] Iuo. † *libros.*] Iuo. † *al. in natalem.* † *al. in vigilia natalis Domini*] Bur. & Iuo. & ordo Romanus. *Eſa. 9. Eſa. 40. Eſa. 51. Eſa. 55. Eſa 60. Eſa 61.*

α ¶Mandamus.] *Poſt hoc verbum in Decreto Gelaſii ſequitur continenter.* Item opuſcula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Iuo, & Pannormia habent vt Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis diſcrepant collectiones ab originali, vt ſatis certo ſtatui non poſſit, quæ vera, & pura ſit Gelaſii lectio; nec magnopere ſit mirandum, ſi nonnulla ſint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tuto emẽdari poterant, ea ſunt emendata: cæteris locis partim indicatæ varietates, partim, quoniam omnes indicare infinitum fuiſſet, labor hic ad libros audiendi accurato lectori eſt relictus.*

β ¶Item geſta.) *Hinc vſque ad finem capitis omnia abſunt a pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus; quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamen eiuſdem Gelaſii vſque ad verſ.* Cæterum qui libri, *& apud Burchardum, & Iuonem referuntur proximè poſt ſuperiora.*

γ ¶Iuuenci.) *Antea legebatur;* Item Vincentij. *reſtituta eſt vera lectio ex Gelaſio, Burchardo, & Iuone. De quo Iuuenco meminit B. Hiero. in Cathalogo.*

ð ¶De S.Maria.]*In collectione Iſidori legitur,*& de Maria obſtetrice. *Apud Burchardum,*& de Maria vel obſtetrice. *Apud Iuonem uero,*& de ſancta Maria,vel de obſtetrice Saluatoris.

e ¶Cæterum.] *Hinc vſque ad finem neque in collectione Iſidori neque in vllo veteri codice Gratiani eorum, quę collata ſunt, inueniuntur. A verbo tamen,*in Septuageſima ponunt,*referuntur a Burchardo,& Iuone ſine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelaſio ipſo cum lxx.epiſcopis.Fere autem omnia habentur ſparſim in libro,qui ordo Romanus nuncupatur.*

ζ ¶Pentateuchum.)*Apud Iuonem legitur,*Heptateucum,*vt vltra quinque libros comprehendat librum Ioſue, & Iudicum, qua voce,ac librorum coniunctione Beatus Hieronymus ad Lucinum ſcribens vtitur.Alij verò Heptaticum appellant,vt ſanctus* Gregorius,*lib.7.in l.2.epiſt.48.& li.10.epi.21.& alibi,& Rabanus in prefatione in Hieremiam,& ordo Romanus,c. de Septuageſima.*

η ¶In Pſalmum 54.)*Sic etiam apud Iuonem. In ordine Romano,c.de officijs diuinis a Cœna Domini vſque in octauas Penteco ſtes,& apud Burchardum legitur.*in pſalmum 63.)*ideſt,*Exaudi Deus orationem meam,cum deprecor.*Itemque in c.de ordine in nocte Paraſceues,*Tres tractatus de Auguſt.pſal.63.

θ ¶In octauis.)*Ipſam diem octauam ſolitam fuiſſe proferri nomine multitudinis,ideſt octauas, notabitur infra de conſec. d.3. cap.pronunciandum.*

ι ¶In Natali Domini.) *Burchardus, & Iuo habent in* Vigilia Natalis Domini,*& ita in ordine Romano,c.quod inſcribitur,* In Chriſti nomine, incipit ordo catholicorum librorum,qui in Eccleſia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet,vt Gratianus.*

DISTINCTIO XVI.

APoſtolorum [a] *verò canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, ſicut quidam aſſerunt, dicuntur eſſe translati* α *ſunt quinquaginta.*

α ¶Translati.)*In titulo qui præponitur canonibus Apoſtolorum in collectione Iſidori,& in concilio Stephani Papæ iiij.(cuius magnam partem Deus dedit Cardinalis in ſua canonum collectione refert) pro voce,* translati,*habetur,* prolati, *Dionyſius certe Exiguus,nullam huius verſionis mentionem facit,& aliqui ſcriptores ſolent epiſtolas Clementis hoc modo citare,*Ex dictis Petri Apoſtoli per Clementẽ prolatis, *vt auctor Polycarpi,& alii.*

Hos non recipiendos, ſed inter apocrypha deputatos Iſidorus ſcribit dicens.

¶Apoſtolorum canones Apoſtolica reijciuntur auctoritate. Cap. I.

CAnones [b] dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec ſedes apoſtolica recepit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo quòd ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur, quamuis in eis vtilia [c] inueniantur, tamen ab auctoritate canonica, atque Apoſtolica eorum geſta conſtat eſſe remota, atque inter [d] apocrypha deputata.

¶*Caput hoc eſt in præfatione Iſidori ad collectionem conciliorũ, quæ ex bibliotheca eccleſiæ Toletanæ deſcripta Romã miſſa eſt. Nam in illa,quæ vulgatæ Iſidori collectioni,de qua initio dictum eſt,præponitur,contrarium potius videtur dici,& refertur infra c.Placuit,hac eadem diſt.ſi modo idem eſt Iſidorus.*

APoſtolorũ.] Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. Secũda ibi,] Et ſoluta.] CASVS.In hac 16.diſtin.oſtendit Gratianus canones Apoſtolorum eſſe recipiendos: primo tamẽ ponit quandam cõtrarietatẽ de canonib. apoſtolorum primo de non recipiendis, & poſtea de recipiẽdis,& eam ſoluit

a ¶ Apoſtolorum.] Hic intitulatur. 16. d.in qua ꝓbat,ꝙ canones Apoſtolorum ſunt recipiendi: poſtea oſtendit quo tẽpore, & quo reſidente in papatu,vel Imperio qđlibet concilium eſt celebratum. Et nota, ꝙ Gratianꝰ ponit quandam contrarietatem de canonibus Apoſtolorum, & eam nõ ſoluit, ꝓbat enim auctoritate Iſidori,ꝙ canones Apoſtolorum non ſunt recipiendi, qa ſunt apocryphi: poſtea probat auctoritate Zephirini, & Leonis, quòd ſunt recipiendi, & non ſunt apocryphi.Sol. breuis eſt, qa illi canones ſunt recipiendi, qa veris Apoſtolis ſunt editi: ſed illi,non quia pſeudo apoſtolis ſunt editi ſu.prox.di.ver. item geſta.

CAnones.] CASVS. Quærebatur ab Iſidoro an canones,qui dñr Apoſtolorum,ſint approbandi: & reſpondet quoniã ab hæreticis ſub noĩe apoſtolorũ ſunt compoſiti, nec Rom.ecc. nec ſancti Patres eos approbauerunt,quãuis in eis multa vtilia inueniãtur,tamen apochryphi reputantur.

b ¶Canones.] Sic cõſtrue:quamuis in eis canonibus,qui canones dicuntur Apoſtolorum.

c ¶Vtilis.] Argu. ꝙ vtile vitiatur ꝑ inutile 1,vt no.ſup. di.9. ſi ad ſcripturas.

1 Ad idem 3.q. 9. pura Archid.

d ¶ Atque inter

Apocrypha.] id eſt, ſine certo auctore*, vt ſapientia Salomonis: liber Ieſu filij Sirach. qui dicitur eccleſiaſticus: & liber Iudicum, & Tobiæ: & liber Machabæorum: hi apocryphi dicuntur, & tamen leguntur, ſed fortè non generaliter.

d ¶ Orthodoxæ.] Id eſt, rectę: orthos, rectum; doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, id eſt, catholica recta, ſcilicet in qua rectè gloriamur. Ioan. de Fan.

e Placuit.] Ex his tribus cap. ſurgit contrarietas, quam Gratianus non ſoluit, nec ponit: ſexta ſynodus dicit lxxxv. capitula canonũ Apoſtolorum eſſe ſeruanda: Zepherinus lx. & Leo quinquaginta. quidã 2. ita ſoluunt, ꝙ ſexta ſynodus fuit ante Zepherinũ, & Zepherinus añ Leonem, & obſeruabantur lxxxv. canones, prout dicit ſexta ſynodus, ſed poſtea in deſuetudinem abierunt xxv. & remanſerant lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore x. ex illis perierunt, & ſic remanſerunt cautum 10. vt dicit Leo. Sed hæc ſolutio ſtare non poteſt: nam Zepherinus pceſſit. vj. ſynodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt inf. ea. diſtin. cap. ſexta. qui longo tẽpore fuit poſt Zepherinũ, vt ex chronicis apparet. Omiſſis alijs ſolutionibus, dic ꝙ non contradicũt ſibi: qa dicebat ſynodus lxxxv. fuiſſe capitula: Leo dicebat quinquaginta fuiſſe capitula: Zepherinus nõ dicit de capitulis, ſed de ſententijs: & poteſt eſſe, quod in vno capitulo ſint ſententiæ plures.

1 ius mũdi, i. de nobis in hoc mundo remanentibus. quid ſ. facere debeamus. Io. de Fan. & Hu.

2 Vt Goffredus.

Sexa.

Zepherinus autem econtra ſcribit epiſcopis per Siciliam conſtitutis, epiſt. 1.

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 105. Poly. l. 3. tit. 20.

¶ Apoſtolorum canones ſunt recipiendi. Cap. II.

Sexaginta α ſententias Apoſtoli præſcripſerunt † cum alijs plurimis epiſcopis, & ſeruandas cenſuerunt.

† al. præfixerunt.] orig.

α ¶ Sexaginta] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habent,* Sexaginta *Itemque originale in margine. Sed in textu,* Septuaginta. *Polycarpus,* Quinquaginta.

Item Leo β Papa nonus contra epiſtolam Nicetæ abbatis.

¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apoſtolorum inter apocrypha deputantur. Cap. III.

Iuo p. 4. c. 105. Pann. l. 2. c 124.

Clementis [a] librũ, id eſt Petri Apoſtoli itinerarium [b] & Apoſtolorũ canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis [c] quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ † [d] fidei adiungenda.

† al. regulis orthodoxis.] al. regulis orthodoxæ.]

β ¶ Item Leo.] *Hoc caput ſumptum eſt ex reſponſione Humberti legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi cõtra Latinos editum: quæ Romæ in Nonaſterio S. Mariæ nouæ, & in multis priuatis bibliothecis extat manuſcripta. Merito autẽ potuit citari Leo ix. quod eius auctoritate, & iuſſione Humbertus legatus ſedis Apoſtolicæ ea ſcripſerit.*

Item vi. ſynodus, cap. 2.

Cap. IIII.

Iuo p. 4. c. 106. Pann. l. 2. c. 125.

Placuit [e] huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula.

Epiſtola α Iſidori in capite canonum.

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 125.

Iſidorus β ſeruus Chriſti lectori ſuo conſeruo. ¶ Propter eorum auctoritatem cęteris concilijs pręponimus [f] canones, qui dicuntur Apoſtolorum, licet à quibuſdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiũt, & ſancti Patres eorum ſententias ſynodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones. *Itẽ infra.* ¶ Primo quidem ordo, vt prędictũ eſt, de celebrando concilio inſertus habetur; & poſtmodum canonum Apoſtolorum, ac primorum apoſtolicorũ (id eſt à Sancto Clemente vſque ad Sanctum Syluestrum) decretorum,

ISIDORVS, CASVS. Probat Iſidorus in hoc c. canones Apoſtolorum eſſe recipiendos tribus rationibus. Primo, qa plures eos receperũt. Secũdo, quia Sancti Patres eorum ſententias confirmauerũt, & eas inter canonicas conſtitutiones poſuerunt. Tertio, quia poſiti ſunt & inſerti in Breuiario, in quo decreta diuerſorum conciliorum poſita ſunt: quod factum fuit a Clemente vſque ad Silueſtrum. Quę autem ſequuntur, plana ſunt.

Sexaginta.] CASVS. Tria ſequentia capitula plana ſunt.

a Clementis.] Id eſt, qui ſub nomine Clementis compoſitus eſt ab hæreticis.

b ¶ Itinerarium.] Qui actus Petri continet, quos per orbem itinerando peregit 1.

c ¶ Exceptis.] Impropria videtur hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonibus, aut à falſis. Non de falſis: quia nullus ex illis obſeruatur. Item non de veris: quia nullus eorum eſt apocryphus. Vel dic, ꝙ hoc nomen, canones, ſumitur large, tam pro veris, quàm pro falſis canonibus, vt ponitur infra 32. diſt. §. verum.

1 Vel dic, ꝙ ideo itinerarium appellatur, quia ibi agitur de itinere, i. de actione hu-

f ¶ Præponimus.] Argumen. quòd illi qui ſunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. diſtinctio. in canonicis 3. vnde licèt Ancyrana ſynodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt infra ead. diſtinct. cap. ſexta. ibi. [Prima adnotatio, &c.] argum. extra de reſcript. ab excommunicato.

3 Ad idem ff. de pact. l. maiorẽ. Archid.

atque diuerſorum conciliorum breuiarium interpolatur ſequens ordinem ſuum.

α ¶ Epiſtola.] *Hęc epiſtola ab Iuone vocatur præfatio in opus canonum, & eſt ea, quæ Iſidori nomine eſt præpoſita tomis conciliorum, licet in vetuſtiore editione, in qua purior eſt Iſidori collectio nonnulla verba deſiderentur. Eſt autem confectum hoc caput ex duobus locis illius prefationis. Nam verba illa,* Propter eorum auctoritatem, &c. *vſque ad uer.* conſtitutiones, *non longe abſunt ab initio. Reliqua uero ſunt in extremo.*

β ¶ Iſidorus ſeruus.] *In pãnormia eſt eodem modo atque apud Gratianum. Apud Iuonem, & in manuſcriptis collectionis illius codicibus eſt,* Iſidorus Mercator ſeruus Chriſti cõſeruo ſuo, & parenti fidei † in Domino ſalutem. *In vulgatis autem conciliorum editionibus*, Iſidorus peccator, ſeruus, &c.

Item cum Hadrianus Papa ſextam ſynodum recipiat cum omnibus canonibus ſuis, cum etiam ſancta octo vniuerſalia concilia profeſſione Romani Pontificis ſint roborata in ſexta † autem ſynodo ſiue in ſeptimo concilio Apoſtolorum canones ſint recepti & approbati: patet, quòd non ſunt inter apocrypha deputandi: Vnde ſcribit Hadrianus Papa Tharaſio Patriarchæ.

¶ Sexta ſynodus auctoritate Hadriani corroboratur. Cap. V.

SExtam α ſynodum ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis.

α ¶ Sextam.] *Hoc habetur in ſecunda actione ſeptimæ ſynodi in epiſtola Hadriani ad Tharaſium. Sed eo in loco Hadrianus refert uerba ſynodicæ epiſtolæ à* Tharaſio *ad ſe miſſę. Et hic* Gratianus *non refert, propriè eius epiſtolæ uerba. In uerſione.n. Anaſtaſij bibliothecarij ſic legitur,* Inuenimus autẽ in prędicta ſynodica epiſtola ſanctitatis veſtrę, poſt plenitudinem fidei, & confeſſionem ſacri ſymboli, & omnium ſanctarum ſex ſynodorũ, & de ſacris venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione digniſſimum cõtinens. Quare & eaſdem ſanctas ſex ſynodos ſuſcipio cum omnibus regulis, quę iure, ac diuinitus ab ipſis promulgatę ſunt. *Et hæc quidem poſtrema uerba ſunt etiam in illa ipſa Tharaſij epiſtola, quod ex concilio* Græco, *& noua interpretatione clarè apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conſcripſerit: quod ex quarta actione ſextæ β ſynodi facile abſoluitur.

β Sextę.] *in ſecundo & xij. Vaticanis, eſt,* ſextę alias ſeptimę, *& uere ſeptima eſt, ſed ob gloſam nihil eſt mutatum.*

Ait enim Petrus epiſcopus Nicomediæ.

Sexta ſynodus canones conſcripſit. Cap. VI.

HAbeo librum α continentem canones ſanctæ ſextæ ſynodi. Patriarcha dixit: ¶ Quidam ſcandalizantur per ignorantiam pro canonibus iſtis, dicẽtes; nunquid ſexta ſynodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam ſancta ſynodus ſexta ſub Conſtantino congregata eſt, contra eos, qui dicebant vnam operationẽ, & vnã voluntatẽ[b] eſſe in Chriſto: in qua ſancti Patres illos, vt hęreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. 2 ¶ Et ſoluta ſynodus eſt Conſtantini[c] xiiij. anno. Poſt quatuor vero,

SExtam.] Sed dubitatur.
CASVS. Probat Gratianus, quod ſexta ſynodus canones fecit: & hoc probat per ſeq. cap.
a ¶ Sextæ ſynodi.] falſa eſt littera, quia debet ibi eſſe ſeptimæ 1 ſynodi. qualiter.n. dubitaret ſexta ſynodus de eo quod ipſa fecerat.
HAbeo.] CASVS Dicitur in hoc cap. quod ſexta ſynodus canones fecit, quæ congregata fuit ſub Conſtãtino Imperatore, reprobãs perfidiam hæreticorum quorũdam dicẽtium, Chriſtum fuiſſe tãtũ operatum ſcd'm opera humanitatis, vt comedere & ambulare: alia vero virtutis opera. vt reſuſcitare mortuos, & ambulare ſuper aquas, phantaſtica fuerunt, & non vera. & hoc in prima parte. In ſecũda parte quæ incipit ibi,] Et ſoluta.] dicit, quod hæc ſexta ſynodus fuit poſtea cõgregata ſub Iuſtiniano filio Conſtantini: in qua ijdẽ plures eoſdem canones condiderunt, qui primo fuerant conditi in eadem ſexta ſynodo. In tertia parte quæ ĩcipit ibi, [Eadem ſancta.] repetit fere, quæ dicta erãt in ſecũda parte. ¶ Caſus §. Planus eſt.
b Voluntatem.] Quidam dicebant tantũ vnam fuiſſe voluntatem in Chriſto. Sed dicẽdum eſt, quod duæ fuerunt voluntates in eo, quod homo fuit, una ſenſualitatis, ſecundum quam ipſe dixit: Pater ſi. fieri poteſt trãſeat à me, &c. alia rationis, ſecundum quam ipſe dicit: uerum tamen non ſicut ego uolo: ſed ſicut tu vis.
e ¶ Conſtantini.] Nõ illius magni Cõſtantini, qui fuit tempore Silueſtri: ſub eo.n. fuit Nicænum concilium. tempore Silueſtri.
c ¶ Cõſtãtini.] cõtra

1 Tu dic, quod in c. ſextam ſynodum. facit mentionẽ de ſexta ſynodo congregata, quę debet ſeptima dici: ſed propter eos patres, qui in vtraque fuerunt, non mutat nomen, & per hoc. patet quod illa litera ſeptimę, &c. eſt falſa, & illa textę eſt vera, ſecundum Io. de Fant. Arch.

Voluntates duę fuerunt in Chriſto.

† al. fideli.

† al. ſeptima ſynodo. ſiue concilio.] al. ſexta ſynodo ſiue in ſexto cõcilio.

Iuo p. 4. c. 121.

Ex actione quarta ſeptimæ ſynodi. Iuo. p. 4. c. 121.

aut quinque annos ijdem ſancti Patres congregati ſunt ſub Iuſtiniano [a] filio Conſtantini, & prædictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim ſub Conſtantino in ſynodo fuerunt, ijdem ipſi epiſcopi ſub Iuſtiniano iſtis canonibus ſubſcripſerunt. Oportebat enim vt ſynodus vniuerſalis canones eccleſiaſticos promulgaret. *Item.* ¶Sancta ſexta ſynodus poſt promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Conſtantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multo poſt defuncto, & Iuſtiniano eius filio regnante pro eo. ¶Eadem [b] ſancta Synodus diuinitus inſpirata, iterum Conſtantinopoli quarto, aut quinto anno congregata eſt, & canones numero cij. ad correctionem eccleſiæ promulgauit.

Ex ſexta actione ſeptimæ ſynodi.

a ¶Habeo librum] *Verba ſunt* Petri *epiſcopi Nicomediæ, ac Tharaſij Patriarchæ Conſtantinopolitani actione quarta ſeptimæ ſynodi: quæ quidem ipſi decentum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iuſtiniani Rhinotmeti ſecundo anno ſuæ reuocationis ad Imperium, editi ſunt. Verum ex his ipſis verbis Tharaſij apparet, eos canones non eſſe proprios ſextæ ſynodi; quia fatetur poſt annos quatuor, aut quinque, quàm ea ſynodus fuerat abſoluta, canones illos fuiſſe editos; quo tempore certiſſimum eſt neque eundē Romanum* Pontificem, *neque eoſdem epiſcopos fuiſſe. Quamquàm in hac ratione temporis potius credendum eſt diligentiſſimis chronologis, Theophani, (cuius etiam verba quæ ad hunc locum pertinent ex originali Græco; quod in bibliotheca Vaticana extat, ſatis fideliter translata leguntur apud Franciſcum* Turrianum *libro 6. 7. & octaua ſynodo) & Anaſtaſio, &* Georgio *Cedreno, quam Tharaſio. Illi enim non quatuor, aut quinque, vt Tharaſius, ſed viginti ſeptem annos, a fine ſextæ ſynodi tempore Agathonis habitæ, vſque ad hanc huiuſmodi Decretorum editionem aſſerunt interceſſiſſe: Epiſcopos vero, qui hos ediderunt, noluiſſe ipſos edere tanquam canones ſextæ ſynodi, ſed voluiſſe ſupplere, quod videbatur in quinta, ac ſexta ſynodo deeſſe, ipſamet illorum ad Imperatorem allocutio teſtatur. Itaque noua dicenda eſt hæc epiſcoporum ratio, ideoque Græci illam, ut ſcribit Balſamon πενθέκτην, ideſt quintam ſextam ſynodum appellant. Cæterum non fuiſſe omnes illos canones à Romana eccleſia receptos, duo viri rerum eccleſiaſticarū peritiſſimi, Anaſtaſius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus aperte teſtantur Humbertus quidem his verbis;* Non autē miror, & Agathoni Papæ, & ſanctis Patribus ſextę ſynodi ueſtra imputetis deliramenta, & quę aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula: cum & ipſi Domino Ieſu, & Apoſtolis eius imputetis figmenta. Vnde nos ſcientes ſextam ſynodum ad deſtruendam hæreſim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas conſtitutiones congregatam, capitula, quę nobis ſub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima & Apoſtolica ſedes nec aliquando ea accepit, nec obſeruat hactenus. *Anaſtaſius vero in præfatione in ſeptimam ſynodum ad Ioannem viij. Romanum Pontificem ita ſcripſit:* Ergo regulas, quę Grȩci in ſexta ſynodo perhibent editas, ita in hac ſeptima ſynodo principalis ſedes admittit, ut nullatenus ex his illę recipiantur, quę prioribus canonibus, uel decretis ſanctorum ſedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduerſę. quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitę, quia nec interpretatę. Sed nec in cęterarum Patriarchalium ſedium, licet Grȩca utantur lingua, reperiūtur in archiuijs: nimirum, quia nulla caium, cum ederentur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem pręſens inuenta eſt. Quamquam eoſdem Patres illas Grȩci promulgaſſe perhibeant, qui in ſexta ſynodo ſunt inuenti: ſed nullis certis probare poſſunt indicijs.

Ex his ergo colligitur, quòd ſexta ſynodus bis congregata eſt, primo ſub Conſtantino, & nullos canones conſtituit: ſecundo ſub Iuſtiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.

Vnde ſancti Patres in eadem ſynodo ſecundo congregati dixerunt.

¶Conſtitutiones ſynodi ſextæ.
Cap. VIII.

QVoniam a ſanctæ [c], & vniuerſales ſynodi, quinta ſub Iuſtiniano Auguſto, ſexta ſub Conſtantino patre tuo Auguſto, de myſterio ß fidei pleniſſime diſputātes, canones nō fecerūt, ſicut cæterę quatuor vniuerſales

Inſti. de do. §. eſt & aliud. Inſti qui. non eſt pot. fa. te. § ſec[?]. ubi Iuſtinianus uocat patrem ſuum Iuſtinum. Sed loquitur hic de alio Iuſtiniano, ſub quo ſexta ſynodus celebrata fuit tempore Agathonis Papæ, vt inf. ea cap. ſexta. Sub Iuſtiniano autem, cuius leges leguntur, celebrata eſt quinta ſynodus, ut inf. eo. c. ſexta.

a ¶Sub Iuſtiniano.] Sed certe nec ſic ceſſat cōtrarietas: quia tā Leo quàm ſynodus loquitur de cap. Tu diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas. 2. q. 1. multi.

b ¶Eadem.] Not. quòd eadem dicitur ſynodus, quia ijdē patres illuc conuenerunt. ſimile 7. q. 1. deinde. & ff de iud. proponebatur Et eſt hic argum. quòd eadem ſit cauſa 1. appellationis, cū cauſa principali. 2. q. 6. ſi quis in quacumque.

c QVoniam ſanctæ.] CASVS.

1 Idē Spec. & Io. Andr. in tit. de iuram. calum. §. ſequitur verſi. quod de cauſa & plene p Cy. & Salic. in l. inuitus C. de procu. & per Alex. de Imol. in l. ita demum. col 3. eo. tit.

Iuo ſeptima uoca Iuo p. 4 c. 123.
In oratione allocutoria Patrũ, q in Trullo conuenerant ad Iuſtinianũ Imperatorẽ.

Dicitur in hoc cap. quod quinta, & ſexta ſynodus non ita plenè canones fecerunt, ſicut cæterę ſynodi, & ideo ſancti patres eiuſdẽ ſextę ſynodi conuenerunt apud Conſtantinopolim, ut canones conderent in eadem ſexta ſynodo ſub Iuſtiniano congregata ſuper quo iam primo fuerant congregati, & dicitur quinta primo cõgregata ſub Iuſtiniano propter maiorem auctoritatem, quia in ea confirmati fuerunt canones facti ſub Conſtantino, quæ etiam ſexta fuit. Sequentia capitula pia lia ſunt vſque ad c. quod dicitis.

c 2. eius ſynodi.
ſup. ea. cap. placuit.
Iuo par. 3. c. 106.
Iuo par. 4. c. 134.
Pann. l. 2. c. 117.

a SAncta.] viij. hæc concilia dicuntur octo; quia octies ſunt celebrata, vt hic dicuntur, & quatuor locis celebrata, vt ſup. diſt. proxi ſicut.

b SExta ſynodus, &c.

ſales ſynodi; propterea nos conuenientes in hanc imperialem vrbem, ſacros canones conſcripſimus. *Item*. ¶ Placuit huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata, & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula. *Item*. ¶Confirmamus γ & cæteros ſanctorum canones & ſynodos, ideſt Nicænam, Ancyranam, Neocæſarienſem, Gangrenſem, Antiochenam, Laodicenſem, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, Chalcedonenſem, Sardicenſem, & Carthaginienſem δ, & opuſcula Theophili Alexandrini epiſcopi, & Dionyſij ε Alexādrini epiſcopi, & Petri Alexandrini epiſcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi Neocæſarienſis epiſcopi, Athanaſij epiſcopi Alexandrini, Baſilij Cæſareæ Cappadociæ epiſcopi, Gregorij Nyſſeni epiſcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconienſis epiſcopi, Timothæi Alexandrini epiſcopi, Gennadij † Conſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli Alexandrini epiſcopi, Cypriani Carthaginienſis epiſcopi, & ſynodum ζ ſuam.

† *al. Germani.*

α ¶Quoniam.] *Emendata ſunt multa in hoc capite ex canone ſecundo eorum, qui ſextæ ſynodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum, quibus Græci vtebantur. Sunt autem uerba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in ſummam redacta.*

β ¶De myſterio.] Græcè eſt, *τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανῶς ἀσαμυστήριον*, ideſt fidei myſterium paternè declarantes.

γ ¶Confirmamus.] *Iuo habet*, confirmamus ſanctorum Patrum canones, & ſynodos, &c. *Græcè eſt*, *ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων πατέρων ἡμων ἐκτεθέντας του, ἐστιν τῶν ἐν νικαίᾳ συναθροισθέντων*, &c. ideſt obſignando autem confirmamus & cæteros omnes ſacros canones, qui à Sanctis, & Beatis Patribus noſtris ſunt editi; ideſt ab ijs, qui Nicææ conuenerunt, &c.

δ ¶Carthaginienſem.) *Apud Iuonem ſequitur*, Conſtantinopolitanam ſub Nectario, & opuſcula Theodoſij, al. Theophili, &c. *Græcè autem eſt*. *καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ, καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου ἀλεξανδρεία ἀρχιεπισκόπου*, *ideſt*, & eorum, qui rurſus in hac à Deo cuſtodita, & imperiali urbe conuenerunt ſub Nectario imperialis huius ciuitatis pręſide, & Theophilo, qui Alexādrię fuit archiepiſcopus.

ε ¶Et Dionyſij.) *In canone Græco vulgato fere eſt, quemadmodum antea apud Gratianum*, Dionyſij Alexandrini epiſcopi, & martyris. *Sed apud Balſamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum reſtitutum eſt*, Dionyſij Archiepiſcopi Alexandrinorum megalopolis, & Petri Alexandriæ archiepiſcopi, & martyris. *Reliquas varietates per ſe accuratus lector notabit.*

ζ ¶Et ſynodum.) *In iſto canonis loco eſt error; quia illa ſynodus Cypriani reprobatur in, qua ipſe cum multis alijs Africæ epiſcopis putauit baptizatos ab hæreticis verum baptiſma non recepiſſe: cum tamen B. Auguſtinus aſſerat aliam extitiſſe traditionem Apoſtolorum, & ipſam Cypriani ſententiam plenario totius orbis concilio excluſam fuiſſe teſtetur,*

Item ex diurno η libro profeſſio Romani Pontificis.

¶Auctoritate Romani Pontificis ſancta octo concilia roborantur.
Cap. VIII.

SAncta [a] octo vniuerſalia concilia, ideſt, primum Nicænum, ſecundum Conſtantinopolitanum, tertium Epheſinum, quartum Chalcedonenſe, item V. Conſtantinopolitanum, & VI. Item Nicænum VII. Octauum quoque Conſtantinopolitanum vſque ad vnum apicem immutilata ſeruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & ſtatuerunt modis † omnibus ſequi, & prædicare; quæque condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor.

Iuo p. 4. cap. 132.
† *al. omnimodis*] Iuo.

η ¶Item ex diurno.) *Integram profeſſionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deus dedit Cardinalis in collectione canonũ, quæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autem tempore ſexta ſynodus, & prima, ſecunda, tertia, quarta, & quinta congregatæ ſunt, Beda in libro de temporibus, cap. 65. ſcripſit, dicens.

¶De temporibus conciliorum. C. IX.

SExta ſynodus [b] vniuerſalis Conſtantinopoli

Iuo cap. 4. 125.
Pann. li. 2. c. 113.

poli celebrata eſt, & Græco ſermone conſcripta temporibus Papæ Agathonis, exequente ac reſidente piiſſimo principe Conſtantino intra palatium ſuum ſimulq; legatis Apoſtolicæ ſedis, & epiſcopis cl. reſidentibus. ¶Prima enim vniuerſalis ſynodus in Nicæa congregata eſt contra Arrium cccxviij. Patrum, temporibus Iulij α Papæ ſub Conſtantino principe. ¶Secunda in Conſtantinopoli cl. Patrum contra Macedonium, & Eudoxium temporibus Damaſi Papæ, & Gratiani principis; quando Nectarius eidem vrbi eſt ordinatus epiſcopus. ¶Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Auguſtæ vrbis epiſcopum ſub Theodoſio magno principe, & Papa Cœleſtino. ¶Quarta in Calcedone DCXXX. Patrum ſub Leone Papa, temporibus Martiani principis contra Eutychem nefandiſſimorum præſulem monachorum. ¶Quinta item Conſtantinopoli temporibus Vigilij Papæ ſub Iuſtiniano principe contra Theodorum, & omnes hæreticos.

Pann. l. 2. ca. 111.

CAP. X.

α ¶Iulij.] *Certum eſt ſynodum* Nicænam *primam celebratam eſſe tempore Silueſtri. Sed in illa temporum obſcuritate mirandum non eſt Bedam, & alios erraſſe.*

Anſ. in prologom. In principio collectionis conciliorum.

PRima β autem ſynodus in Nicæa cccxviij. Patrum contra Arrium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate aſſerebat, patrem ſcilicet maiorem, filium minorem, Spiritum ſanctum creaturam temporibus Conſtantini principis, & Silueſtri Papę Romani, Macharij Hieroſolimitani, Alexandri γ Alexandrini, qui condemnata eadem hæreſi ſtatuerunt canones viginti; quorum auctor maximè præfatus † Alexander epiſcopus fuit. ¶Secunda in Conſtantinopoli contra Macedonium, Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui negabat Spiritum ſanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani, & Theodoſij principum, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, [Nectarij δ † Conſtantinopolitani; qui condemnata præfata hæreſi ſtatuerunt canones tres: quorum maximè auctor Nectarius Conſtantinopolitanus fuit. ¶Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantummodo genetricem, vt aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis, temporibus Theodoſij principis † iunioris, Cœleſtini Papæ Romani, Iuuenalis Conſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli epiſcopi Alexandrini: qui duodecim capitula contra Neſtorij blaſphemiarum totidem capitula auctore eodem ſancto Cyrillo anathematizando conſcripſerunt. ¶Quarta in Chalcedone ſexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Conſtantinopolitanum abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papę Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Anatolij Conſtantinopolitani; qui condemnata præſcripta hæreſi ſtatuerunt canones vigintiſeptem: quorum auctor maxime idem ſanctus Anatolius Conſtantinopolitanus epiſcopus fuit. ¶Quinta in Conſtantinopoli contra Theodorum Mopſueſtenum, & omnes hæreticos; qui Theodorus dicebat aliud † eſſe Dei verbum, & aliud Chriſtum, & ſacram Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuiſſe, temporibus Iuſtiniani principis, Vigilij Papę Romani, Domnini † Antiocheni, Eutychij Conſtantinopolitani, qui quatuordecim capitula anathematizando ſcripſerunt contra Theodori, & ſociorum eius blaſphemias. ¶Sexta in Conſtantinopoli cl. Patrum contra Macharium Antiochenum epiſcopum, & ſocios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Chriſto falſa ſuſpitione aſſerebant, temporibus Conſtantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Conſtantinopolitani: qui condemnata hæreſi præfata, anathematizando ſcripſerunt nouem ε capitula inferius annexa.

† Sanctus Alexãder) orig.

† deeſt in) orig.

† *Magni principis*] orig.

† *al. alium Deum eſſe verbum, & alium* Chri*ſtum.*

† *al. Domini.*

β ¶Prima.] *Caput hoc inuenitur, & in recentioribus editionibus conciliorum, & in vetuſtiore Colonienſi Ann. MDXXX. & in manuſcripta collectione, quam dictum eſt aſſeruari in bibliotheca Vaticana: ſed non in collectione, quæ eſt in bibliotheca Monaſterij Dominicanorum. Ponitur autem ante præfationem, quæ nomen Iſidori, mercatoris quidem in manuſcriptis, peccatoris autem in impreſſis præfert. Et ſane in illa præfatione tantum quatuor generalium ſynodorum mentio fit; ſexta vero poſt Iſidori Hiſpalenſis ætatem eſt habita.*

γ ¶Alexandri.] A*pud* An*ſelmum eſt, vt apud* Gratianum*. In originali,* Alexandri Conſtantinopolitani*. Sed integra videtur lectio, ſi vtraque coniugatur. Nam, & epiſcopus* Conſtantino*polis, & epiſcopus* Alexandri*æ, tempore illius ſynodi,*

PRima adnotatio.]

a ¶Maiorē.] Arg ꝙ non qui prior eſt tēpore prior eſt iure, ſed melior pſerēdus eſt 1 quia nō gradus elegantior, ſed vitæ melior actio cōprobat, vt 23. q. 4. ſicut & 40. d. nō loca. & c. multi. in fi. in Auth. de monachis. §. ordinatione honeſtioribus n. honores debētur, arg. j. 25. d. ca. 1. in fi. & ff. de mune. & hono honores Arg. cōtra, C. de off. mag. officiorū nemo agētium, & 41. d. miramur. & arg. cōtra 65 d. c. pen & vlt. vbi de hoc ī fi. & not. ā hoc 67. diſt. eps. Archid.

1 De hoc ēt no. inf. 74. d. epōrum, & facit ad hoc quod dixiſu. eo. qm ī ver. ſexta. ibi videas: Arch.

a ¶Se-

ſynodi, Alexandri nomine vocabantur.

δ ¶Nectarij.) *Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anſelmum,* Nectarij Alexandrini. *Emendatum eſt ex originali. Sed fortaſſe, & hoc loco integra lectio hæc eſt,* Nectarij Conſtantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

ε ¶Nouem.) *In loco citato ex collectione Iſidori legitur,* ſcripſerunt octo capitula, *&* *verba illa,* inferius annexa, *ibi non habentur. In concilijs deinde Coloniæ impreſſis poſt actionem ſexte ſynodi ex vetuſto codice monaſterij S. Bauonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum ſunt hæc verba,* ſcripſerunt nomen capitula inferius annexa, *quæ apud Anſelmum quoque habentur.*

CAP. XI.

Deus dedit Cardinalis Anſelmus ī proleg. Ante eadem Iſidori collectionem.

† *In Græco vulgato, & apud Balſamonem ſunt xv.*

† *ibidē ſunt xxv.*

† *al. Zalamitanus.*

† *al. xxx.*

PRima α adnotatio Ancyranæ ſynodi, quæ ante Nicænam fertur fuiſſe, ſed propter auctoritatē maiorē [a] poſtponitur: in qua Patres xxviij. ſtatuerunt canones xxiiij. † quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus eps. extitit. ¶Secunda Neocæſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam β legitur fuiſſe, in qua Patres ſexdecim, ſtatuerunt canones xiiij. † quorum auctor maxime Vitalis epiſcopus Salaminius † extitit. ¶Tertia Gangrenſis, quæ poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres xvj ſtatuerunt canones xx. propter quaſdam neceſſitates eccleſiaſticas: maxime contra Euſtathium, qui dicebat, quod nullus in coniugali ordine poſitus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renunciaret quæ poſſideret, ſpem apud Dominum haberet: & multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt. ¶Quarta Sardicenſis, in qua Patres ſexaginta γ ſtatuerunt canones xxj. quorum auctor maxime Oſius Cordubenſis epiſcopus, & Vincentius Capuanus epiſcopus, & Ianuarius δ Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus S. R. E. legati extiterunt. ¶Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Euſebius Paleſtinenſis epiſcopus extitit. ¶Sexta Leodicenſis, in qua Patres xxxii. ſtatuerunt lix. quorum auctor maxime Theodoſius epiſcopus extitit. ¶Septima Carthaginienſis, in qua Patres cccxii. † ſtatuerunt canones xxxiii. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginienſis epiſcopus extitit. Etiam ſanctus Auguſtinus Hypponenſis epiſcopus in eadem ſynodo legitur fuiſſe, temporibus Honorii Auguſti. ¶Octaua Africana ſub Theodoſio minore Auguſto, in qua Patres cxvii. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuerſas concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelii Carthaginienſis epiſcopi leguntur eſſe conſcripti. ¶Nona Arelatenſis, in qua Patres cc. † ſtatuerunt canones quatuor: quorum auctores maxime Silueſter vrbis Romæ epiſcopus, Sanctus Martinus Arelatenſis epiſcopus extiterunt temporibus Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. ¶Decima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Sanctus Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶Vndecima itē Arelatenſis, in qua Patres xvi. ſtatuerunt canones. ¶Duodecima item Arelatenſis in Vico Hortenſii †, in qua Patres xi. ſtatuerunt canones: quorum maxime auctor ſanctus Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. Tertia decima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones; quorum auctor maxime Sarpidius † Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶Quartadecima Arauicenſis, in qua Patres xvi. † ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Hilarius epiſcopus extitit. ¶Quintadecima Epaunenſis ζ, in qua Patres xxvi. ſtatuerunt canones xxxix. quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶Sextadecima Agathenſis, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶Septimadecima η Aurelianenſis, in qua Patres lxxii. ſtatuerunt canones, quorum auctor maxime Aurelius Arelatenſis epiſcopus extitit, temporibus Clodouei Regis. ¶Octauadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxxi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Melanius Rhedoneus epiſcopus extitit. ¶Nonadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxx. ſtatuerunt canones; quorum auctor maxime ſanctus Albinus Andegauenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſima Aruernenſis, in qua Patres xv. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Honoratus Breutenſis † epiſcopus extitit. ¶Vigeſimaprima Maticenſis †, in qua Patres xxi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

† *al. cccxviij*

† *Abeſt numerus a collectione ēt Vaticana.*

† *al.* Hortiſico.

† *al. Sapaudus) al. Sapidius.*

† *al. xxvi.*

† *al. xxxiiij.*

Hactenus in collectione Iſidori impreſſa.

† *Brinatiſis) al. Biriceñſis.*

† *al. Maiſcenſis.*

¶Vi-

…ſtenus in …ctione …ſidori Vaticana.

¶Vigeſimaſecunda item Maticenſis, in qua Patres lxxxvj. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſimatertia Lugdunenſis, in qua Patres xviij. ſtatuerunt canones: quorũ auctor maxime Philippus Viennenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſimaquarta item Lugdunenſis, in qua patres xx. conſtituerunt canones: quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

α ¶Prima.] *Maior pars huius capitis, ideſt vſque ad finem verſiculi.* Nonadecima *habetur in collectione Iſidori impreſſa, ante præfationem ipſius Iſidori: In Vaticana autem vſque ad finem verſ.* Vigeſimaprima *Deus dedit, & Anſelmus integrum ante ſuas collectiones habent. Neque uero ſummula hæc eiuſdem Iſidori eſſe poteſt: nam neque præfationi ipſius, neque collectioni reſpondet; in qua, vt cæteræ mittantur varietates, multa referuntur concilia Hiſpaniæ, quorum hic nulla mentio.*

β Ante Nicænam.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, & Deus dedit, & Vaticana collectione. Nam ante legebatur,* Antiochenam: *In collectione autẽ Iſidori impreſſa legitur quidem,* Nicænam, *ſed deeſt vox,* ante. *Sic autem legendum eſſe, quemadmodum eſt emendatum, oſtendunt verba, quæ ipſum Neocæſarienſe concilium antecedunt.* οἵτινες δ' εὕ- τεροι μὲν εἰσὶ τῶν ἐν ἀγκύρᾳ, τῶν δ' ἐν νικαίᾳ προ- γενέστεροι, *ideſt,* qui canones poſteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicænis ſunt, *quo loco in collectione Iſidori impreſſa mendosè eſt:* Et hi quidem canones ſecundi ſunt eorum, qui in Ancyra, & Cęſarea expoſiti ſunt, *redũdat enim illud,* & Cæſarea: *quare in recentioribus editionibus conciliorum omiſſum eſt. Similis error eſt in codice canonum Moguntino.*

γ ¶Sexaginta.] *In codice canonum xl. epiſcopi reperiuntur ſubſcripſiſſe, ſed poſtea additur:* & cęteri, & ſubſcripſerunt omnes epiſcopi diuerſarum prouinciarum, uel ciuitatum, nu. cxxi. *Socrates lib. 2. ca. 16. in eo concilio ex occidentis partibus epiſcopos circiter ccc. conueniſſe dicit, ex orientis verò lxxvj. qui etiam ſeceſſionem fecerunt. Idem Nicephorus lib. 9. cap. 12. & Tripartita Theodoritus autem lib. 2. c. 7. docet ex antiquis narrationibus, epiſcopos. ccl. conueniſſe. Omnino & in his. & Patrum, & canonum numeris multa ſunt emendata. Sed in multis etiam ſatis viſum eſt indicare varietates; nonnulla autem lectoris diligentiæ ſunt reſeruata.*

δ ¶Et Ianuarius.] *Anſelmus hẽt vt Gratianus. In collectione indicata eſt,* & Vincentius Capuanus epiſcopus, & S. R. E. Legatus extiterunt. *In concilio ipſo cap. 18. nominatur Ianuarius ẽps. In ſubſcriptione uero in codice canonum, non nominatur, ſed tantum Vincentius Capuanus S. R. E. Legatus, & Calipodius Depolitanus legatus S. R. E.*

ε ¶Septima.] *Hic numeratur tantummodo vnica ſynodus Carthaginiẽſis, quæ habetur in codice canonum, de qua inferius xx. diſtin. c. de libellis. dicetur.*

ζ ¶Epaunenſis.] *Ita emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & collectione Iſidori Vaticana; Nam antea legebatur.* Empanenſis. *Verumtamẽ in concilio Epaunenſi impreſſo nullus Cæſarius nominatur; ſed Auiti primum eſt mẽtio.*

η ¶Septimadecima.] *Hic numerantur tria concilia Aurelianenſia [quorum hæc in concilijs impreſſis indicia inueniuntur. In quinto Aurelianenſi, ſubſcribit primo loco Aurelius Arelatenſis. In primo inter alios legitur nomen Melanij Rhedonenſis. In tertio ſubſcribit quarto loco Albinus epiſcopus Andegauenſis.*

a Septuaginta.] Sed contra 21. diſt in nouo. 68. diſt. choriepiſcopi. ibi. n. dicitur, ꝙ diſcipuli fuerunt lxxij ſecundum Hug. Dic, ꝙ minor numerus nõ excludit maiorem. art. 10. q. 1. hanc. ſic no. ſup 15. diſtin. cap. 1. ver harum.

Sed quòd Nicæna ſynodus xx. canones ſupra ſtatuiſſe dicitur, contrarium videtur ei, quod in epiſtola Athanaſij inuenitur.

Scribit enim Athanaſius Alexandrinus epiſcopus Marco Papæ ita dicens.

In epiſtola Athanaſij, & vniuerſorum Aegypti ẽporum ad Marcum Papam: ſed copioſius, quam hic. Iuo par. 4. c. 108. Pann. li. 2. c. 106. Anſel. l. 1. c. 59. Polyc. lib. 3. tit. 20. Ibidem paulo ſuperius.

¶Epiſtola Athanaſij poſtulantis capitula Nicæni concilij. Cap. XII.

SEptuaginta θ a Nicæni concilij capitula, quæ de præfata ſynodo, iubente domino meo Alexandro, decreto omnium epiſcoporum attuli, quæ ſunt igne combuſta, optamus, vt à veſtrę ſanctæ ſedis auctoritate percipere per præſentes legatos mereamur. *Item.* ¶Præſentibus nobis octoginta capitula in memorata ſynodo tractata ſunt; quadraginta à Græcis, gręca edita lingua, & quadraginta à Latinis ſimiliter latina edita lingua. Sed viſum eſt cccxviij. epiſcopis † Spiritu ſancto repletis, & maxime iam dicto Alexandro, & Apoſtolicæ ſedis Apocryſarijs, vt decem capitula adunarentur alijs, atque congruis locis insererentur, & ad formam lxx. diſcipulorum, vel totius orbis terrę linguarum, & ſeptuaginta tanti & tam excellentis concilij fierent capitula; quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem.

† *Patribus*] orig.

θ ¶Septuaginta.] *Ex his Athanaſij verbis conſtat, non omnes Nicænæ ſynodi canones aut græcè, aut latinè nunc haberi; Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victricio, & alij, multos ex illa canones citant, qui non ſunt in his viginti, qui in manibus omnium verſantur. De qua re ſcribit Iſidorus in præfatione conciliorum tomis inſerta. Et ex epiſtola quadam Gregorij decimi ad*

Regem

Regẽ Armeniorum, cum concilium Lugdunẽſe indixiſſet, (quam manuſcriptã habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitiſſe. Sic enim ſcribit: Quia uerò multipliciter expedit, ut in eiuſdem celebratione concilij, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celſitudinem regiam rogamus, & hortamur attente: quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia, quæ habere diceris in Armenica litera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea qua poteris celeritate transmittas. *Tuneti quoque & Alexandriæ inuenti ſunt octoginta canones Arabicè ſcripti ſub nomine huius cõcilij, qui Romæ in Arabica & Armenica lingua ſcripti penes eundem Cardinalem Sirletum ſunt, & nuper etiam in latinã linguam conuerſi ſunt, & impreſſi.*

Quomodo ergo viginti tantum capitula in Nicæna ſynodo ſtatuta dicuntur, cum ſeptuaginta capitula (vt Athanaſius ſcribit) in ea ſtatuta monſtrentur? ¶ His ita reſpondetur: Capitulorum Nicænæ ſynodi quædam in deſuetudinem abierunt: viginti tantum in Romana eccleſia habentur.

Vnde Stephanus Papa ſcribit dicens Luythobio Archiepiſcopo Moguntino.

¶ Nicæni concilij viginti tantum capitula habentur. Cap. XIII.

Viginti [a] tantum capitula Nicæni ſynodi in ſancta Romana eccleſia habentur, ſed quo neglectu alia defecerint, ambiguum eſt. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio eſſe inſerta. Iuo p 4. c 232. Pann. li. 2. c. 107.

¶ *Apud Iuonem parte quarta, ca. 232. habetur magis integrum hoc caput:* Capitula Nicæni concilij teſtimonio Athanaſij ſeptuaginta, in figuram ſeptuaginta diſcipulorum ſcripta non dubitamus, e quibus viginti tantum in eccleſia ſancta Romana, & quæ ſequuntur.

Sardicenſe quoque concilium auctoritate Nicolai Papæ recipitur.

Vnde idem ſcribit clero † Conſtantinopolitano.

¶ Auctoritate Apoſtolica Sardicenſe concilium recipitur. Cap. XIIII.

Qvod dicitis neq; Sardicenſe concilium, neque decreta † alia uos habere ſanctorum Pontificum, nõ facilè nobis facultas credendi tribuitur maxime cũ Sardicenſe concilium, quod penes vos in veſtris regionibus [b] actum eſt, & omnis eccleſia recipit, qua ratione cõuenerit †, vt hoc ſancta Conſtantinopolitana eccleſia abijceret; &, vt dignum eſt, non retineret?

Habetur in epiſtola 6. quæ prima ad Photium eſt. Iuo p 4 c. 235. Pann. l. 2. c. 117. ver. Quod dicitis. † al. conuenerat. † decreta vos.

DISTINCTIO XVII.

Generalia concilia, [c] quorum tempore celebrata ſint, vel quorum auctoritate cæteris præemineãt, ſanctorum auctoritatibus ſupra monſtratum eſt. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes Apoſtolicam ſedem eſt.

---

a ¶ Viginti.] à Sardicenſi.

Qvod dicitis.] CASVS. Clerici Conſtantinopolitani, dicebant ſe non habere ſtatuta cõcilij Sardicenſis, vel ſanctorum Patrũ, nõ recipere: ſed Papa redarguit eos dicens, non eſſe facile credẽdum eos nõ habere ſtatuta illa, cum publicè penes eos facta fuerint, & cum tota eccleſia ea recipiat, Conſtãtinopolitana ea recipere debet.

b ¶ Regionibus.] Hic eſt duplex arg. vnum tale: ex quo oẽs alij hoc faciunt ergo, & tu obſeruabis hoc, vt no ſ 12. d. illud. & c. quemadmodũ. Itẽ argu. quòd nulli licet ignorare ea, q̃ publicè facta ſunt. 12. q. 2. qui & humanis. 8. q 1. licet. 11. q. 3. curæ 20. diſt. ſi decreta. 87. diſt. c. vlt. 33. q. 1. paratus. ff. de inſtitoria ac. ſed & ſi. §. præſcribere. C. de lib. cau ſi filia extra de poſtu. præl. ad hanc 1. argu. contra. 82. diſt. propoſuiſti. & 1. q. 1 ſi qui à ſimoniacis. & 24. q. 1. ſi quis dederit primũ regulare, ſm caſuale pp caſum ignorantis. extra qui. ma ac. poſſ. cum in tua.

Facta publica debẽt ab omnib. ſciri.

1 Ibi de hoc & extra. de cõſtit. cognoſcentes in gl. vlt.

Generalia. Hęc diſt. diuidit in tres partes. In quarũ prima magiſter intẽdit ꝓbare, ꝙ nullũ robur hẽt cõcilium gñale ſine licentia Papæ celebratũ. Secũda: ibi, [Quapropter.] Tertia ibi, [Hinc etiã.] CASVS. Supra diſt. 15. c. 1. & 16. c. ſexto. oſtẽſum eſt quo tp̃e generalia concilia celebrata fuerunt, & quorũ auctoritate cęteris pẽminebãt eſt ſimiliter oſtenſum. In hac uero 17. d oſtẽdit, ꝙ tm̃ auctoritate ſedis Apoſtolicę poſſunt congregari, & hoc ꝓbat p̃ c. ſeq. [Generalia.]

c ¶ Concilia.] In hac 17. diſt.

17.diſtin. oſtenditur qui poſſunt facere concilia. Sunt autem conciliorum quædam vniuerſalia, quædã particularia, ſiue prouincialia, quædam epãlia. Vniuerſale eſt quod a Papa, vel eius Legato cum omnibus epiſcopis ſtatuitur I. particulare, ſiue prouinciale eſt, quod Metropo-

Vniuerſa-
n cõciliũ
te auctori
te Papæ,
eius lega
celebrari
on poteſt.
ſ.c.1.& 2.
.d.3.§.por
.Archid.

neralem ſynodum ad condendum canones congregare: ſed Marcellus dicit, quod non poteſt ſine licentia Papæ, quamuis poſſit particularem ſynodum facere.

a ¶Synodum.] Scilicet generalem.

ADDITIO. Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter ſtatuendum. Archid.

Vnde Marcellus Papa ſcribit Maxentio α.

α ¶Maxentio.] *Antea legebatur,* Maxentio Epiſcopo, *In tomis autem conciliorum in Epiſtolæ inſcriptione eſt, ad* Mauentium tyrannum. *ſed in principio Epiſtolæ ipſius eſt,* Marcellus Maxentio. *quæ lectio viſa eſt retinenda.*

¶Abſque Romani Pontificis auctoritate ſynodus congregari non debet. Cap. I.

Anſ.l.2.c.60.
Iuo p.4.c.240.
Poly.l.1.c.al.tit.13.

SYnodum [a] epiſcoporum abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate, (quamquam quoſdam epiſcopos poſſitis cõgregare [b]) non poteſtis regulariter facere. Neq; β vllum epiſcopum, qui ad hanc appellauerit. Apoſtolicam ſedẽ, damnare; antequam hinc ſententia definitiua procedat. Nam ſi ſæculares in publicis iudicijs libellis vtũtur appellatorijs, quanto magis ſacerdotib. hæc eadem agere licet, qui ſup illos ſunt. De quib. dictũ eſt, [Ego dixi, Dij eſtis.]

Pſal.81.

β ¶Neque vllum epiſcopum.] *Hęc vſque ad finem non habentur in aliquot manuſcriptis* Gratiani *exemplaribus.*

Item Iulius Papa prius, in reſcripto contra orientales pro Athanaſio, c.29.

¶Non eſt ratum concilium, quod auctoritate Romanæ Eccleſiæ fultum non fuerit. Cap. II.

Anſ.l.2.c.47.
Poly.l.1.c.13.
† *al.legatio.*

REgula veſtra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis epiſcopis hoc cõciliũ actum eſt, nec Romanæ Eccleſiæ legatus † [c] interfuit; canonibus præcipientibus, ſine eius auctotitate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum eſt [d], aut vnquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

Item Damaſus Papa I. ad Stephanum, epiſt.3.

¶Nullus vſurpet conceſſa Romanæ Eccleſiæ. Cap. III.

Anſ.l.1.c.55.
Poly.l.1.c.17.
† *ſanctæ.*

HVic ſoli † ſedi conceſſa [e] nullus vſurpare ſine eius conſultu præſumat, qui non vult honore eccleſiaſtico indignus, vel contemptor, iudicari.

Item Gregorius. † α

† *al. Pelagius Papa Valeriano Patritio.*

¶Abſque Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſynodum particularem contra vniuerſalem aliquibus congregare non licet. Cap. IV.

Iuo p.4.c.239.
Anſ.l.12.c.43.
Poly.l.1.c.14.

NEc licuit alicui aliquãdo, nec licebit, particularem [f]

b ¶Cõgregare.] Cũ conueniunt epi ad examinandum cãm criminalem alicuius clerici in ſacris, & ſecũdum hoc eſt arg. quod talis congregatio epiſcoporum nõ dicitur ſynodus generalis.

REgula.] CASVS Orietales epi facti hæretici multas fecerunt facto concilio cõſtitutiones; cui concilio, nec Papa, nec eius legatus ĩterfuit Et iõ Iulius Papa dicit illud nullas vires habere, vel qđ in eo eſt ſtatutum, & hoc ꝓbat auctoritate canonum dicentium, cõcilium ſine auctoritate ſed. Ap. fieri non debere.

CASVS. ſeq. cap. patet,

c ¶Legatus. Ad hoc ſpãliter deſtinatus: aliàs nõ poſſet legatus facere conciliũ, vt not. ſup. diſt.3. c. regula. §. porro. & extra de off. leg quòd translationem.

d ¶Ratũ eſt.] Argu. ꝙ id, quod nullũ eſt non poteſt ratũ haberi, vt not.9. q.2. c. nullius alterius. ext. de elect. auditis.

e HVic ſoli ſedi cõceſſa.] Hic expreſſe hr̃, ꝙ illud ꝙ ſoli Papę cõpetit, nõ transfertur gñali mandato: niſi ſpecialiter mandet, vt ext. de offic. legat. quod translationem, quæ autem illa ſint, dixi. 12. diſt. præceptis, & alia habes extra, de off. leg. quod translationem.

Papæ ſoli cõpetens generali mãdato non transfertur.

tropolitanus, vel primas facit cum ſuffraganeis ſuis, vt 18. d. c. 1. 92. d ſi quis eps. Sed vniuerſale non debet fieri ſine auctoritate Papæ, vt hic, nec particulare ſine auctoritate Metropolitani, vel primatis, nec epãle ſine auctoritate epi: Metropolitanus tñ poteſt facere concilium ſine auctoritate primatis, vt 92. d. ſi quis eps: ſimiliter eps ſine auctoritate Metropolitani, vt 38 d. quãdo. 12. q. 2. placuit. Nec ob. quod legitur inf. d. proxi. c. propter. in fi. & c pen. quia illud eſt intelligendum de prouincialibus conciliis, vel intellige illud de canonibus conſtituendis Ioan.

SYnodum.] CASVS, Maxẽtius epiſcopus volebat ge-

NEc licuit.] CASVS. Celebrato concilio quinto apud Conſtãtinopolim, epiſcopi Venetiæ, Hiſtriæ, & Liguriæ volentes recipere ſtatuta illius concilij, conuenerunt ad examinandum, an illa ſtatuta eſſent bona, vel mala, contra quos inuehitur Gregorius dicens, ꝙ ſi aliqua dubitatio emerſerit de ſtatutis in eo concilio, mittere debebant ad ſedem Apoſtolicã. Si vero fuerint cõtumaces, ab eccleſia ſunt coercendi, & ſi per eccleſiã non poſſunt, per ſæcularem debent comprimi poteſtatem.

f ¶Particularẽ.] Ad aliquid generaliter, ſtatuendum 2, vel ad reuocandum illud, quod in vniuerſalibus concilijs eſt ſtatutum, vt iſti epiſcopi, qui volebãt retractare ſtatuta

2 Vel dic, ꝙ particularẽ dicit ꝓpter illos, qui parte faciunt, ſ. hæreticos, quib. nullo modo licet conciliũ celebrare, ſecũdum Laur.

ſtatuta Conſtantinopolitanæ ſynodi, videtur hic, ꝙ ad ſolum Papam ſpectat interpretari ſtatuta vniuerſalis concilij, vt extra de conceſ. præb.& eccle. non vacan. dilectus, Arg. cõtra, ꝙ ab oĩbus epiſcopus, vel a ſeniori parte eorum, qui interfuerunt, põt fieri interpretatio, quia ab eo iudice prodire debet interpretatio. qui ius ſtatuit. extra de ſentẽt. excom. inter. de iud. cum veniſſent.

Statuta vniuerſalis concilij per quẽ poſſint interpretari.

chiepiſcopi, vel patriarchæ, & ſi ibi non poteſt terminari, reſeruetur ad ſynodum epiſcoporum, difficilior res vero quæſtiones ad ſedem Apoſtolicam reſeruantur.

c ¶ Hortatu.] Arg. ꝙ auctoritas ſuperioris non excuſat, vt 12. q. cum q; militũ arg. contra 12. q. 2. de reb. 63. diſt. Salo-

ſynodum β congregare: ſed quoties aliqua de vniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendum[a] de eo, quod non intelligunt, rationem, aut ſponte ij, qui ſalutem animæ ſuæ deſiderant; ad Apoſtolicam† ſedem pro recipienda † ratione conueniant: aut ſi forte (ſicut de talibus † ſcriptum eſt; [Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit]) ita obſtinati, & contumaces extiterint, vt doceri non velint; eos ab eiſdem Apoſtolicis ſedibus aut attrahi ad ſalutem quoquomodo neceſſe eſt, aut (ne aliorum perditio eſſe poſſint) ſecundum canones per ſæculares [b] comprimi † poteſtates.

† *Apoſtolicas ſedes* Iuo.

Prou. 18

† *al. percipienda.*

† *al. quibuſdam.*

† *al. opprimi.*

α ¶ Gregorius.] *Hoc proculdubio eſt* Pelagij, *ſicut ab* Anſelmo, *&* Iuone *citatur. Sunt autem apud* Gratianum *multa capita ex* Pelagio *huius argumenti, ad* Apoſtolicã *ſedẽ recurrendum eſſe, cum aliqua vniuerſali ſynodo eſſet conſtitutum, & valde illos condemnandos, qui Apoſtolicis ſedibus non communicant, vt 23. q. 5. c. non vos, &c. de* Liguribus *Ex hoc autem capite, nec licuit, & capite, iſtud* 11. *q. 1. habetur integra epiſtola* Pelagij, *quemadmodum ab Anſelmo refertur. Verum in* Polycarpo *citatur ex* Gregorio, *& in margine eſt additũ,* ad epiſcopos Mauritianæ Atq; *in ſummarijs capitum dictatus ipſius* Papæ, *qui habetur lib. 2. Regeſti* Gregorii *ſeptimi; inter cætera hoc eſt,* quod nulla ſynodus abſq; præcepto ſummi Pont. dẽat generalis uocari

β ¶ Synodum.] *Apud Anſelmum,* Iuonem, *& in* Polycarpo *additur hæc,* ad iudicandum uniuerſalem ſynodum. *Hoc. n. eſt, ꝙ prohibetur hic a* Pelagio. *Multi. n. eo tempore aut ignorantia, aut animi peruerſitate adducti, nolebant quintum concilium recipere, (Qua de re* B. Gregorius, *lib. 7. epiſt. 53. & alibi ſæpe) & particularem ſynodum vniuerſali, ac ſedium* Apoſtolicarum *auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet* Pelagius, *ſiue* Grogorius, *ne epiſcopi poſſint* Diocœſanas, *&* Metropolitã *prouinciales ſynodos conuocare, ſed ne ipſas ad iudicandum vniuerſalem ſynodum congregent, atque ita eſt in rubrica emendatum.*

Item Pelagius II. Epiſcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Conſtantinopolitani, Epiſt. 1. cap. 1.

¶ Non eſt concilium, ſed conuenticulum, quod ſine ſedis Apoſtolicæ auctoritate celebratur. Cap. V.

MVltis denuo Apoſtolicis, & canonicis, atq; eccleſiaſticis inſtruimur regulis, non debere abſq; ſententia Romani Pontificis concilia celebrari. ¶ Quapropter, vt iam dictum eſt, recte non concilium, ſed veſtrũ conuenticulum, vel conciliabulum caſſatur, & quidquid eo actũ eſt, irritum habetur, & vacuum. Vos quoq; deinceps videte, vt nullius hortatu [c] talia præſumatis, ſi Apoſtolicæ ſedis communione carere non vultis. *& infra.* ¶ Si vero.

Anſ. l. 2. c. 36.
Poly. l. 1. c. 14.

Cap. 3.

a ¶ Ad recipiendã.] Eo ipſo, ꝙ qs errat, non dicitur hæreticus, ſi paratus ẽ corrigi, vt 24. q. 1. hæc eſt fides. Sed ſi dubitat de fide, hereticus dicitur, vt extra de hære. c. 1.

b ¶ Per ſæculares.] Poſſunt ergo laici coercere 1 clericos ẽt non depoſitos in caſib. vt not. 23. q. 5. principes. aliàs autẽ etiam depoſitũ non poteſt laicus punire: niſi ĩcorrigibilis ſit, vt extra de iud. cum nõ ab homine nunquã. n. clericus quantumcunq; ſit criminoſus, tradendus eſt curiæ ſæculari, dummodo poſſit corrigi per eccleſiaſticã poteſtatẽ, vt 81. diſt. dictũ, extra de iud. at ſi clerici, niſi ĩ crimine falſi literarũ apoſtolicarum, vt extra de crim. fal. ad falſariorum. Item habes hic, ꝙ vbicunq; deficit eccleſiaſtica poteſtas, ſemper recurritur ad brachiũ ſæculare, 11. q. 1. petimus, & 23. q. 5. de Liguribus.

Laici vtrum poſſint aliquando clericos punire

1 Hic videas quod legit, & notat 17. q. 4. de preſbyterorum. Archid.

ADDITIO. Ad idẽ ead. q. adminiſtratores.

MVltis.] CASVS. Hoc ca. diuidit ĩ duas partes. In prima parte dr̃, ꝙ Conſtantinopolitani e̅pi celebrauerũt cõciliũ ad uocationem Ioãnis, q tunc erat patriarcha, qđ factum fuit abſq; ſedis Apoſtolicę licẽtia quare Papa cõciliũ illud euacuat, & caſſat, & qđqđ ĩ eo fuit cõſtitutũ, & prohibet ne de cætero talia fiãt. In 2. parte, quæ incipit ibi, [Si vero.] dicitur, quòd ſi epiſcopi cęperũt ſuper aliquo diſcrepare negotio, referatur quæſtio ad ſedem Ar-

Salonitanæ 2 Tu dic, quòd in leuibus excuſat aliàs nõ.

a ¶ Ad

2 Vbi de hoc & 86. diſ. an putabis Arc.

a ¶Ad maiorem.] Ideſt, ad metro[illegible] appellatur ab omnibus epiſcopis prouinciæ 93 metropolitanum, videtur, quod metropolitanus ſolus maior ſit omnibus epiſcopis prouinciæ, quia de pari ad parem nō licet appellare, 2.q.6.c. anteriorū. ver. illo videlicet Item

[illegible]] CASVS. Quidam epiſcopi ſingulis annis ſine ſede Apoſtolica concilia faciebant: quare Symmachus Papa ea caſſat, cum non inueniatur aliquid conſtitutum ſine auctoritate ſedis apoſtolicæ, immo ſemper ei maiora negotia referuantur.

Appellatur [a] epiſcopis [pro]uinciæ [a]d metropo[lit]anum.

in qualibet prouincia ortæ fuerint quæſtiones, & inter ipſius prouinciæ epiſcopos diſcrepare cœperit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non conueniat; ad maiorem [a] tunc ſedem referantur. Et ſi illic facile, & iuſte nō diſcernuntur, vbi fuerit ſynodus regulariter congregata, canonice, & iuſte iudicentur. Maiores [b] verò & difficiliores † quæſtiones (vt ſancta ſynodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit) ad ſedem Apoſtolicam ſemper referantur.

† al. difficiles.

c ¶Sacerdotum.] Ideſt epiſcoporum.

d ¶ Perdiderunt.] Not. ꝙ aliquis dicit perdere quod nunquā habuit. ſic 5.q.6. quia iuxta. 23.q.4. Guiliſarius. 23. diſt. quorundā 2, ſic 33. q. 2 quod verò, &c. Moyſes.

2 Vbi de hoc. Arch.

HINC ETIAM. Hęc eſt 2. pars diſt. in qua ponitur quid iuris ſit de ſynodis.

Item Symmachus Papa.

¶Prouincialia concilia ſine Romani Pontificis præſentia pondere carent. Cap. VI.

In lib. Enno. pro defenſione 4. & 5. ſyn. ſub Sym. Anſ. l.2.c.56. Polyc. l.1. tit.7.

Concilia ſacerdotum [c] eccleſiaſticis legib. quotannis decreta per prouincias, quia præſentiam Papæ non habent, valitudinem perdiderunt [α] [d] Legiſtis † inſaniſſimi, aliquādo in illis præter Apoſtolici apicis ſanctionem aliquid conſtitutum; & non de maiorib. negotiis ad conſultationem †, quid occurrerit, præfatæ ſedis arbitrio fuiſſe ſeruatum?

† al. Leg[iſtis].

† collationē] orig.

α ¶Perdiderunt.] *Hic in libello Ennodij in recentioribus editionibus eſt nota interrogationis. Sunt enim verba inimicorum Symmachi hoc tanquam abſurdum quidpiam obÿcientium. Quibus Ennodius in ſequentibus verbis reſpondet,* Legite, &c.

CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ Symmachus Papa erat de quibuſdam criminibus diffamatus: Vnde Theodoricus Rex veniēs Romam, concilium cōgregauit, vt examinarentur ea quæ obiiciebātur Papæ: Tunc ſurgentes epiſcopi Liguriæ & Aemiliæ & Venetiæ dixerunt Imperatori, ꝙ ad Papam ſpectabat cōuocare concilium: Imperator ad hoc benigne rñdit oĩa eſſe in poteſtate ſynodi cōmittēs negotium auctoritati Pontificum, dūmodo pax in ciuitate Romana ſeruet. In ſecūda parte, quæ incipit ibi, [Epi verò.] dicit, ꝙ Epi ibi congregati auctoritate eiuſdē Symmachi īteruenięnte abſoluerūt ipſū ab humano iudicio, a ſolo Deo iudicādū, & reſtituā dos clericos, q receſſerant a Symmacho Papa in ſuis officiis decreuerūt: dummodo primo Symmacho ſatisfaciāt. Cui ſtatuto primo ſubſcripſit Laurentius eps eccleſiæ Mediolanenſis, ſecundo Rauennas, & poſtea lxxv. epi. Omnia quæ poſtea ſequuntur, plana ſunt vſque ad d.18.

2 [*Hinc etiam cum auctoritas Theodorici regis ex diuerſis prouincÿs ad vrbem Romam ſacerdotes conuenire præcepiſſet* [e], *vt ſanctum concilium iudicaret de ÿs, quæ venerabili Papæ Symmacho præſuli Apoſtolicæ ſedis ab aduerſarÿs ipſius dicebantur impingi, Liguriæ, & Aemiliæ, ſeu Venetiarum epiſcopi ſuggeſſerunt ipſū, qui dicebatur, impetitus debere ſynodum conuocare, ſciētes, quia eius ſedi primum Petri Apoſtoli meritū, deinde ſecuta iuſſione † Domini* [f], *conciliorum venerandorū auctoritas ſingularem in eccleſÿs tradidit poteſtatem, nec antedictæ ſedis antiſtitem minorū ſubiacuiſſe iudicio.*] *& infra.* [¶*Ad hæc sereniſſimus Rex, Deo adſpirante reſpondit ſynodalis eſſe arbitrÿ in tanto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe præter reuerentiam* [g] *de eccleſiaſticis negotiis pertinere, committens etiam poteſtati Pontificum, vt ſiue propoſitum vellent audire, ne-*

Verba oĩa ſumpta ſunt ex quarta ſynodo Romana ſub Symmacho.

† iuſſionem.] Varic. eod. & Nicolaus ad Michaelem Impe. pag. 501.

Item hic appellatur a metropolitano ad concilium metropolitanum. inf. 2.q.6. omnis. & ſic conciliū eſt maius 1 ipſo metropolitano. & ſic appellatur ab aliquo ad ſeipſum cum aliis, & eſt ſimile. ff. quando appell. ſit l. 1. §. ſolent. Sed quid eſt, qđ hic dicitur, ꝙ ſi diſſentiunt epi, recurratur ad ſuperiorem, quare non ſtatur hic ſententiæ plurium 65. diſt. ſane? Intelligunt quidā, qđ hoc dicitur in cauſa criminali epiſcopi, vbi oportet omnes epiſcopos conſentire, vt 6.q.4.c.1. & 2. Sed poteſt intelligi in eo caſu, quando in prouincia dubitatur de negotio aliquo inter epiſcopos: tunc recurritur ad ſedem ſuperiorem. Vel intelligas in eo caſu etiam quando diſſentiunt epiſcopi in ſententia, non quòd ſententiam aliquam proferant, ſed videtur quibuſdam vno modo ſententia, aliis alio modo.

b ¶Maiores.] Vt de fide, vt 24 q.1. quoties.

1 Ex hoc dicto videtur, ꝙ cōcilium poſſet cognoſcere de cauſis delictorum metropolitani, de hoc dicā 11.q.1. ſi clericus ibi videas Arch.

e ¶Præcepiſſet.] Iſti epi uenerunt ad citationem Regis non, ꝙ venire tenerentur, ſed vt reuocarent eum ab errore ſuo. Simile ad hoc extra de exceptionibus, olim.

f ¶Iuſſione Domini.] Habet ergo Romana eccleſia auctoritatem a Concilus, ſed Imperator a populo, vt 93. d. legimus. in fi. Contrarium huic ſignatur 21. d. quamuis & 22. d. omnes. vbi dicitur. ꝙ Romana eccleſia habet primatū a Domino, & nō a cōciliis. Sed dic principaliter habuit a Domino. ſecundario * a concilis.

g ¶Reuerētiā.] Debet imperator reuerentiam eccleſiæ: ſed de rebus eccleſiæ nihil poteſt diſpenſare, vt 96 diſt. bene, vnde nec dignitates, nec præbendas dare pōt 3. vt

* *Concilio proprie non dederūt primatum Romanæ eccleſiæ, ſed explicarūt datum a Domino.*

3 Cōtra no. 10. d. Imperium ibi dixi. Archid.

vt 16.q.7.ſi quis deinceps.arg.contra extra de conſuetu. cum inter in parte deciſa.vbi dicitur Rex conferre decanatum:ſed hoc forte ex conſuetudine,& ex priuilegio. 16 q.1.hinc etiam.

a ¶Immunis.]inf.2.q.7.§.item cum Balaam.in fi.contra,ibi dicitur, ꝙ ſimoniac⁹ poſt reſtitutionē tenetur reſpōdere accuſatoribus. Sed dic,quod primo fuit accuſatus de hęreſi. ſed cum appareret calumnia accuſātis,poſtea fuit abſolutus,vt hic dicit̄.

in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate ſint celebranda 3,& ꝙ metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis conuenientibus ad cōcilium addit de pœna epiſcopi, qui vocatus ad ſynodum non venit. In fine dicit, ꝙ intra ſex menſes debet epiſcopus indicare ſuis

3 Vt inf. & ca.1.2. & 3. ca. peruenit & c.quoniā.

gotium ſiue nollent, quod magis putarent vtile deliberarent,dummodo venerandi prouiſione concilij pax in ciuitate Romana daretur †: epiſcopi verò in ſynodo reſiſtentes congregata auctoritate eiuſdem Symmachi dixerunt: Symmachus Papa ſedis Apoſtolicæ præſul ab huiuſmodi oppoſitionibus † impetitus, quantum ad homines reſpicit ſit immunis [a]*, & liber,cuius cauſam totam Dei iudicio reſeruamus.]& infra. ¶De clericis vero memorati Papæ, qui ab epiſcopo ſuo ante tempus* [b] *contra regulas diſceſſerunt,& ſchiſma fecerunt;hoc fieri decernimus,vt † illi ſatiſfacientes epiſcopo ſuo miſericordiam conſequantur,et officijs eccleſiaſticis ſe gaudeāt reſtitui.] Ibidem infra.¶[Laurentius eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopus huic ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei iudicio commiſimus,ſubſcripſit. Petrus eccleſiæ Rauennatis epiſcopus ſub eiſdem uerbis ſubſcripſit,& poſt eū ſeptuaginta quinque epiſcopi.]Illud de clericis pro pace in vrbe reformādā miſericorditer & diſpenſatiue factum dignoſcitur.¶Hoc quoque notandum eſt,quòd in hoc concilio, & in alia ſynodo* [c] *Symmachi Papæ, ante Rauennatem epiſcopum, Mediolanenſē ſubſcripſiſſe, & reſpondiſſe legitur: ex quo ſedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.*

† Chriſtianis omnibus redderetur] orig.
Ibidem infra.
† al.propoſitionib.] orig.

† vt eos ſatiſfacientes epiſcopo ſuo miſericordia ſubſequatur] orig.

Ait enim Gregorius primus lib.7.reg.epiſt.122. Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi.

CAP. VII.

EPiſcopos ſecundum ordinationis ſuæ tempus [d], ſiue ad conſidendum in concilio,ſiue ad ſubſcribendum,vel in qualibet alia re ſua attēdere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vendicare. Anſel.l.6.c.134.

Verum tempus ordinationis non ad eccleſias, ſed ad perſonas refertur, ſicut ex conſuetudine Cardinalium ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & epiſcoporum vniuſcuiuſque prouinciæ euidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

EPiſcoporū [e] *igitur concilia,vt ex præmiſſis apparet,ſunt inualida ad definiendum,& conſtituēdum* [f]*,non autem ad corrigendū. Sunt enim neceſſaria epiſcoporum cōcilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etſi non habēt vim conſtitutionis †;habent tamen auctoritatem imponendi, & indicendi, quod alias ſtatutum*

† al. conſtituendi.

b ¶Ante tempus.] quod fieri non debuit,vt 8.q.4. nōne.§.illud

c ¶Synodo.] vt 96.d.bene.

Ordo inter beneficiatos

d ¶Epiſcopus.] Tēpus { Generale eſt, quod qui prius dignitatem receperunt, præferēdi ſunt aliis 1, vt 74 d. epiſcoporum.& 75. di. cap. vlt. & extra de maio.& obed.cap.1. quoniam ille gradus cæteros antecedit, quem labor prolixior & ſtipendia lōgiora fecerunt anteire, vt C. de offic. ma.offi l.nemo,niſi aliquis receperit dignitatē a principe: ille enim præponit̄ aliis, vt extra de maio.& obed.ꝑ tuas & ff.de albo ſcrib.l. 2. & niſi ſint loco metropolitani, vel alicuius maioris dignitatis,q licet ſint poſterius ordinati, tamen præponuntur aliis,vt hic in Palea, placuit, diſt. proxi.

1 Contra 16. d.6.ſynodus ver. prima adornatio, vbi de hoc Archid.

e ¶Epiſcoporū.]Hęc diſtictio diuidit̄ ī tres partes: in prima ꝓbat,[1] ꝙ concilia epiſcoporum debēt fieri bis in anno;& hoc probat per ſex canones quod tñ correctum eſt.Scda ibi,[Quoniam quidem.]Tertia ibi,[Singuli.] CASVS. Dictum eſt ſupra & oſtenſum, ꝙ epiſcopi non poſſunt celebrare concilia ſine licentia Romanæ ſedis, in quibus aliquid generaliter definiant, vel ſtatuant:ad correctionem tamen cōcilia celebrare, & indicere quæ iam ſtatuta ſunt generaliter, vel ſpecialiter, poſſunt.

a ſup. diſt. prox c.concilia. ſecundum Hugonem.

e ¶Epiſcoporum.] Hic intitulatur 18.diſt. In proxima diſtin. magiſter oſtendit 2, quod prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere: ideo conſequenter oſtendit ad quid ſint vtilia, addit etiam quoties

ſuis ſubditis ea,quæ in concilio acta ſunt.

f ¶Conſtituendum.] illud non eſt verū, quia epi bene poſſunt condere canones epales, & archiepiſcopus prouinciales. quia quilibet populus, & quælibet eccleſia ſibi poteſt ſtatuere aliquod ius,vt ſup.diſt.1.ius ciuile.& 9.d.quę contra.& 11.d.catholica.& 12.d.illa.& de conſecra.d.3.c.1.& extra de fer. conqueſtus.ſed de maioribus negotiis non poſſunt aliquid ſtatuere,vt hic,& 12. diſt:præceptis, vbi de hoc.

Eccleſia quælibet poteſt ſibi ius ſtatuere.

De

DE conciliis.] CASVS. In hoc ca. ſtatuit Leo, vt cõcilia epiſcoporum fiãt bis in anno, & ibi clericorũ quæſtiones dirimantur: & ſi ibi dirimi non poſſunt, referantur ad primatem. & ſi nec ibi poterunt terminari, ad ſedem Apoſtolicam referantur.

eſt, & generaliter ſeu ſpecialiter obſeruari præceptum.]*Ex concilio Cabilonenſi, c.6.*]

¶ *In peruetuſto Gratiani codice palea hæc eſt in extremo præcedentis diſtinctionis, conuenitque cum ultimo illius capit*, epiſcopos, *Ex Cabilonenſi autem citant etiam cæteri collectores, extat uero in Bracarenſi primo, c.24. & concordat cum c.13. concilij Mileuitani, & ca.53. concilij Africani.*

PALEA. Cap. I.

Burch. l.1.c.55.
Iuo. p.5. ca.165.
Pann. l.4.c.10.
† *al. ſedendi deferat.*

PLacuit, vt conſeruato metropolitani primatu cæteri epiſcopi ſecundum ſuæ ordinationis tempus alius alij deferat † locum.

Vnde Leo primus, epiſt. 82. c.7. Anaſtaſio Theſſalonicenſi epiſcopo.

¶ Bini conuentus per ſingulos annos ab epiſcopis celebrentur. Cap. II.

Burch. l.1.c.43.
Iuo p.4.c.241.
Pann. l.3. tit 19.
Poly. l.3. tit 16.
Poly. l.1. tit.15.

DE conciliis autẽ epiſcopalibus nõ aliud indicimus, quàm ſancti Patres ſalubriter ordinarunt, vt ſcilicet bini [a] conuentus per annos ſingulos habeantur, in quibus de omnibus [b] querelis, quæ inter diuerſos eccleſiæ ordines [c] naſci aſſolent, iudicetur. At ſi forte inter ipſos, q̃ præſunt, de maioribus (quod abſit) peccatis cauſa naſcatur, quæ ꝓuinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate metropolitanus [d] curabit inſtruere [e], & ſi coram poſitis partibus nec tuo fuerit res ſopita iudicio, ad noſtram cognitionem quidquid illud eſt, transferatur.

Item ex Nicæno concilio, c.5.

¶ Quo tempore concilia epiſcoporum ſint celebranda. Cap. III.

Poly. l.3. tit.19.

HAbeatur ſemel concilium ante dies Quadrageſimæ [f], vt omnibus, ſi quę ſunt, ſimultatibus [g] amputatis, mundum α ieiunium, & ſolenne Deo poſſit offerri: ſecundum vero agatur circa tempora [h] autumni.

α ¶ Mundum..] *Caput hoc eſt ex uerſione; qua uſus eſt Iſidorus. In ea tamen hoc loco eſt,* mundum ſolenne Deo munus; *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus eſt,* mundum, & ſolemne Deo munus. *Græcè eſt,* ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης τὸ δῶρον προσφέρηται τῷ θεῷ, id eſt, vt omni ſublata animi anguſtia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, c.20.

¶ Ad morum correctionem, & controuerſiarum diſſolutionem bis in anno epiſcopale concilium fiat. Cap. IIII.

Burch. l.1 c.44.
Iuo p.5.c.154.
Pann. l.1.c.15.
Polyc. l.3. ti.19.

PRopter eccleſiaſticas cauſas, & quæ exiſtunt, controuerſias diſſoluendas, ſufficere viſum eſt bis in anno ꝑ ſingulas prouincias epiſcoporum concilium fieri, ſemel quidem poſt tertiam hebdomadam Paſchalis feſtiuitatis ita vt in quarta hebdomada, quæ conſequitur, id eſt media α Pentecoſte, concilium compleatur β, Admoneant, [i]

a ¶ Bini.] Hoc corrigitur infra eod. quoniam. & extra de acuſ. ſicut olim.

b ¶ De omnibus.] Ad eos ſpectãtibus.

c ¶ Ordines.] Id eſt, laicos vel clericos. loquitur Primati vel Patriarchę.

d ¶ Metropolitanꝰ.] Not. ꝙ in magnis negotijs ſemper conſulet archiepẽs ſuũ Primatem, vt hic, & 65. diſtinct. de perſona. & 6.q 4. ſi inter epiſcopos. Item habes hic, ꝙ Primas nõ debet intereſſe concilio Metropolitani, & 92. diſtin. c pen. & 11. quęſt. 1. ſi clericus aduerſus.

e ¶ Inſtruere.] Ergo iudex à quo appellatur, poteſt inſtruere iudicem ad quem appellatur, & eius cauſam quare non recipit eiꝰ appellationẽ, & exemplũ ſibi reddere debet, vt ff de appella. recipi. l. ſciẽdum. non tamen tã quam teſtis, vt 2.q. 6. ſtatuendum.

HAbeatur.] Caſus triũ ſequentium capitulorum plani ſunt.

f ¶ Dies Quadrageſimæ.] In ſeq. cap. dicitur, quòd poſt tertiam hebdomadam Paſchæ: ſed iſte canon præiudicat illi: quia iſte canon eſt Nicæni cõcilij 1. vel loquitur ſecundum diuerſas conſuetudines. 16. diſt. ca. ſexta ver. primo.

ADDITIO. Arg 76. diſt. vtinam. Archidiaconus.

g ¶ Simultatibus.] Simultas eſt odium priuatum 65. diſ. ca. tertio.

h ¶ Circa tempora.] Idibus Octobris, vt infra. cap. ſeq.

i PRopter.] ¶ Admoneant.] Id eſt conuocent, vel ꝓpriè, & ſic eſt argu. quod mora poteſt purgari, licèt certus dies ſit appoſitus 2, alias quare admoneretur?

Primas in concilio archiepiſcopi non debet intereſſe.

1 Sub. ꝙ inter alia primatum obtinet. 15. diſt. c.1. & 2.

2 Id eſt, adiectio diei nõ facit aliquem eſſe in mora. Lau.

returt ſic inf.ea.diſ.qm̃ & extra de conceſ.prębẽ. & eccle.nõ va.quia diuerſitatem.& ff.de peri. & cõm. rei vẽ. l.1.§ licèt autem. Arg.contra extra de elect.cũ in cũctis arg contra 7.q.1:pręſentium, & 20.q.2.puella. & C de contrah. ſtip. magnam. & extra de dolo & contuma. cumdilecti. Solu. vbi dies præfigitur à canone, mora poteſt purgari: ſecus ſi ab homine præfigitur dies. argu ff.de arb. ſi cum dies.§ vlt. & l Celſus. Io. Sed hoc nõ eſt verum, vt extra de ſup. neg. præ. licet. ibi dici vr̃, ꝙ mora purgari non poſſit. ſed certe noua decre dicit, quod in ſolutione penſionis mora itra breue tp̃s poſſit purgari, vt extra de loc. c. vel. ſed illa loquitur in alio caſu quàm decret. licet Vel d c, quod illa corrigit decret. licet B.

a ¶ Idibus.] Hoc falſũ vr̃: qa idus ſemper eſt i xiij. die uel xv. ſecundum quod nonę pręcedũt: ſi n menſis habet quatuor nonas, sũt idus ĩ xiij. die. ſi vero ſex nonas ſunt ĩ xv. die. Et ita idus nunquã ſunt in x. die. verum eſt apud nos ſed apud Gręcos bene eſt in x. die. Dicunt quidam 1. quod idus qñque dr̃ large, vt hic, ſcilicet totum illud tempus ex quo poſt nonas ſtatim incipiunt cõputari, vt cũ dr̃ viij. idus. vij. idus & ſic deinceps, nã in principio menſis dr̃ Kalẽdæ, deinde iiij. vel vj. nonas, deinde terminatis nonis dr̃ viij. idus. vij. idus quare ergo dr̃, ꝙ ſit decimus? Sed dicas ꝙ hic vocat hoc nomine, idus, quẽlibet diẽ, qui eſt ĩter illos dies, q dñr idus, nõ vltimum diem iſtorum, qui propriè & abſolutè dicit idus. Alia expoſitio, quæ fit hic, non valet.

1 Vt Laurentius.

b ¶ Hypberetæi mẽſis] id eſt, Octobris.

c ¶ Et omnes.] Et, pro, i. alias ſi omnes debent conuenire de prouincia, quare epiſcopus reſeruaret eis omnia ea quæ fierent 2 in ſynodo, vt inf. c. decernimus.

2 De hoc iſ. eo. ca. pen Laur.

d ¶ Concilia.] Prouincialia, quia quilibet epiſcopus irrequiſito metropolitano poteſt facere concilia epiſcopalia, vt 38. d ſt. quando.

ADDITIO. Sic legitur & no, inf. ea. di, c. pen. in fi. Arch.

e ¶ Cauſis conſtat.] Quæ ad ſtatum prouincię ſpectant.

f ¶ Non oportet.] ¶ Doceri.] Licèt enim non debeant indigere doctrina, vt 1. q. 7. conuenientibus 3. tamen diſcere debent. 24. q. 3. ſi habes. Laur.

g ¶ Accuſare.] Id eſt, debent excommunicari, vt 2. q. 6.

3 Ad idem 36. diſtin. § cccc.

autem comprouinciales epiſcopos ij, qui in amplioribus, id eſt in metropolitanis ciuitatibus degunt. ¶ Secundum vero cõcilium Idibus [a] Octobris habeatur, q dies apud Gręcos hyperberetæi † menſis [b], decimus γ inuenitur. In ipſius autem concilijs, & presbyteros, & diaconos pręſentes eſſe oportet, & omnes [c] quotquot ſe læſos exiſtimant, & ſynodicam expectare ſententiam. Nec liceat aliquibus apud ſemetipſos concilia [d] ſine metropolitanorũ eſpicoporum conſcientia facere, quibus de omnibus cauſis conſtat [e] permiſſum eſſe iudicium.

† Vide in hunc locum Io. Bap. F. adnotationum poſteriorũ. c 65 Kalendæ, nonæ, & idus.

α ¶ Id eſt media.] *Antea legebatur*, & in medio temporis inter Paſcha, & Pentecoſten. *nec multo aliter apud Iuonem*, id eſt medio temporis, &c. *Sed poſita eſt hęc lectio, ex pleriſque Gratiani exemplaribus, & collectione Iſidori, in qua eſt hęc eadem verſio, Nam cęteri collectores ſecuti potius videntur verſionem Dionyſii, qua eſt in codice canonum: quamuis & Burchardus, & Pannormia hoc loco habeant*, id eſt medio Pentecoſtes, *vel*, in medio Pentecoſte, *vbi in verſione Dioniſii eſt*, ita vt quarta ſeptima Pentecoſtes. *verbum planè è verbo, Gracè enim eſt*, ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς π.

β ¶ Compleatur.] *Vocem*, ἐπιτελεῖσθαι *Dionyſius vertit* conueniat.

γ ¶ Decimus,] *Prorſus ex Gręco. Dionyſius autem quem Burchardus, & Iuo ſequuuntur, habet*, Idibus Octobris, id eſt, quintodecimo die menſis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. *In canone autem Apoſtolorum. 37. legitur ſecundam anni ſynodum celebrandam eſſe* ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ, *id eſt*, duodecimo die hyperberetæi. *Non conuenire autem omnino Latinorum menſes cum Gręcorum ſatis conſtat. Suidas quidem ſcribit apud Macedonas hyperberetæum eũdem eſſe q October, Galenus autẽ Pergami eundẽ qui September.*

Item ex Concilio Laodicen. c. 40.

¶ Semetipſos accuſant, qui vocati ad ſynodum venire contemnunt. Cap. V.

Burc. l. 1. ca. 47. Iuo p. 5. c. 157. † *al. abire.*

NOn oportet vocatos epiſcopos ad ſynodum, contẽnere, ſed adire † debere, & aut docere, aut doceri [f] quę ſunt ad eccleſiæ cæterorumque correctionem vtilia: quòd ſi contempſerint, ſeipſos videntur accuſare [g], niſi forte prę infirmitate ire non poſſint.

Item ex concilio Chalcedonenſi. c. 19.

¶ Corripiantur epiſcopi, qui ad concilium vocati, venire contemnunt. Cap. VI.

Anſe. l. 6. c. 199. Iuo p. 4. c. 243.

PEruenit ad noſtras aures, quòd in prouincijs cõſtituta epiſcoporũ cõcilia minimè celebrent. Hoc α ex eo

6. quiſquis probatus.

PEruenit CASVS. Quidam erant epiſcopi, qui concilia non celebrabant, quod apparebat ex eo, quod correctione egebant multæ res eccleſiaſticæ quæ iam neglectę fuerant. Quare ſtatutum fuit in ſynodo, vt bis in anno epõrũ concilia celebrarentur ad correctionẽ eorum, quæ fuerunt emendanda. Statuit enim quòd omnes epiſcopi prouincię interſint: niſi neceſſitate aliqua

præcedentia per ſequētia præſumuntur.

aliqua excuſentur, alioquin corripiantur.

a ¶Multæ.] Arg. ꝙ per ſequentia intelliguntur, & præſumuntur præcedentia: nā ſi quis ab hæreticis per violentiam tractus fuerit, & per menſem ſteterit cum eis, præſumitur non tractus, vt 1.q.1.conſtat item arg. contra diuinis mandatis: & ꝙ metropolitanus non habeat licentiam petendi aliquid ab epiſcopis venientibus ad ſynodum, & ſi conuictus fuerit aliquid exigiſſe, in quadruplum reſtituet.

probatur, quòd multæ [a], quæ correctione opus habent, eccleſiaſticæ res negligantur. Statuit ergo hæc ſancta ſynodus, ſecundum regulas Patrum bis in anno vnum conuenire per ſingulas prouincias epiſcopos, vbi ſingula β quæ emerſerint, corrigantur. Qui vero noluerint conuenire epiſcopi, conſtituti in ſuis ciuitatibus, & hoc maxime, cum ſui corporis ſanitate conſiſtentes, etiam ab omnibus aliis urgentibus [neceſſitatibus † [b], & inexcuſabilibus negotijs liberi ſunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

† abeſt, a collectione Iſidori, & Iuone.

α ¶Hoc ex eo.] *In collectione Iſidori, vbi alioquin eadem videtur eſſe verſio, legitur*, ex hoc probatur, quòd multæ, &c. *item que apud* Iuonem, *addita tamen particula*, &, *Gracè eſt:* καὶ ἐκ τούτου πολλὰ, παραμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων.: & propterea multæ ex rebus eccleſiaſticis, quæ correctionis egent, negliguntur.

β ¶Vbi ſingula.] *Ita in collectione* Iſidori *& apud* Iuonem, *&* *Anſelmum. Gracè eſt:* ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσει, καὶ διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα *qua Dionyſius ſic vertit:* Quò metropolitanus antiſtes probauerit, & corrigere ſingula, ſi qua fortaſſis emerſerint.

Item ex ſeptima ſynodo, c.6.

Ex verſione Anaſtaſij.

¶Canonicis ſubiaceat pœnis metropolitanus, qui ſaltem ſemel in anno celebrare concilium negligit.

Cap. VII.

In concilio Nicæno. c.5. & Antiocheno. c.29. Iuo p.5.c.373.ſu.ea. c.habeatur. & c.propter. *Cap.9.*

2 QVoniam quidem regula [c] eſt, quę dicit, bis in anno per ſingulas prouincias oportere fieri ꝑ cōuentū epõrum regulares inquiſitiones; ꝑp fatigationē, & vt opportunè α habeātur ad iter agēdū hi, qui cōgregādi ſunt definierūt ſextę ſynodi ſancti Patres, omni excuſatione [d]

c ¶Quoniam quidem regula.] Illud not ꝙ cū hæc ſynodus 2, velit corrigere antiquam cōſtitutionem, facit mētionem de ipſa & ſic eſt arg. ꝙ vna conſtitutio non reuocetur per aliam, niſi faciat mētionem illius: ſic eſt in reſcriptis: qa aliter non videtur Papa ex certa ſcientia contrarium conſtituere. Sed hoc nō dico verum: & licet in reſcriptis & priuilegiis requirit quod fiat mētio priorum ad hoc, vt priora reuocentur 3, non tamen eſt ita in conſtitutionibus: & hoc ideo quia conſtitutio procedit ex libero motu domini Papæ: & quia omnia iura habet ī ſcrinio ſui pectoris, vt C de teſta omnium. Item & eſt arg. ad hoc extra de cog ſpi.c.4. Similiter in teſtamentis nō requiritur, ꝙ fiat mentio prioris: quia teſtamentū pro lege ſeruatur 13.q.2.c.vlt. niſi in duobus caſibus, vt ſi ſit teſtamentum factum inter liberos 4, vt C.de teſt. l hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & Auth. hoc inter liberos. & niſi ipſe teſtator legē ſibi teſtā di' dixerit; cum dixerit: ſi fecero aliud teſtamentum, nō valet quia tunc faciendum ſecundum, oportet ꝙ faciat mentionē de primo: vt ff.de leg.3.ſi quis in prin. in concilijs autem antiquus obtinet, ſi eſt potioris auctoritatis, vt 50.diſt. dño ſancto. in fi. Ioan. Verum eſt, ꝙ in reſcriptis continetur: ſed omnium factorum habere memoriā, potius eſt diuinitatis quam humanitatis. C. de vete. iur. enu. l.2.§. ſi quis. nec præſumitur Papa ex certa ſcientia indulgere per ſecundum reſcriptum poſt primum ſuper eodē: ſed ꝑſumitur, ꝙ hoc faciat immemor prioris. extra de offic. deleg. ex parte 1. Ipſum enim fallit obliuio. 23.diſt. præterea, ſed vt tangitur in gl. Ioan. ipſe habet, vel præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui In legibus & conſtitutionibus continentur iura: & poſterior tollit priorē, licet non faciat mentionē de ipſa. ff. de legibus. nō eſt nouū. In teſtamentis aūt alia eſt ratio, ne libertas ſupremi iudicii infringat: qđ eſſe non debet. ff. pro ſocio. cū duobus. §. idē rñdit: quia nihil eſt, qđ magis hominibus debeatur, quam qđ ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus: & liberum qđ iterum non redet arbitrium. C de ſacroſan. eccl. l.1. in fi ſed in duobus caſibus ſup. not. in gl. Ioan. eſt ſpeciale. Bar.

ADDITIO. Et 33.quæſt.2. hoc ipſum in fin. Archidiaconus.

Conſtitutio ſeda an reuocet priorem de illa mētione nō facta.

2 Scilicet, ſeptima, ſecundū Hug. Io. de Fant.

3 Extra de præſcrip. veniens, & de reſcri. ordinem. Arch.

Teſtamentū ſm an reuocet primum.

4 Item & ſi primum derogatorium eſt ſcđo. ff. de leg. 1. ſi mihi & tibi. §. vlt. Archid.

contra prælatos ex vitiis ſubditorum, & contra magiſtros ex vitiis diſcipulorum, vt 28. diſt. priuſquam. & 22.q.2. quod autem ait. 53.diſt. legem. 12.q.2 quatuor. 44.diſt. multis 34.q.1. cum per bellicam. & C. de adul. ſi qui.

b ¶Neceſſitatibus.] Quæ neceſſitas excuſet, habes de conſec. diſt. 4. hi qui. 1. Item ſi quis propter tempeſtatem, vel flumen. vel quia vocatus eſt ad teſtimoniū, vel ad dignitatē, vel ſi incipit abeſſe cauſa Reipublicæ, vel ſi domeſtico funere impedit, vel ſi maius negotium ipſum trahit, excuſatur, vt ff. ſi quis cau. l.2.§.1. & 2. & l 4. & ff. ex quibus cau. maiores, item hi. vel ſi ad maius tribunal vocatus eſt, vt ff. de re iudi. contra pupillum. §. is qui. Item timor hoſtium extra de app. ex parte.

Citati multis cauſis excuſantur.

1 Et 23.diſt. cum omnis filius. vbi de hoc in glo. no. quod Archid.

QVoniam quidem.] Hęc eſt ſecunda pars huius di. in qua probat, ꝙ ſufficit, ꝙ ſemel in anno fiat prouinciale cōcilium Ioan. de Fan. & ꝙ ſingulis annis concilium prouinciale debeat celebrari, ponitur ſub præcepto. Archidiaconus.

CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ antiqua regula præcipiebat ſynodum bis in anno celebrari? Sed quia hoc difficile erat, ideo ſexta ſynodus ſtatuit ſemel in anno fieri. Princeps vero, qui hoc prohibuerit, excommunicetur, & metropolitanus, qui cōcilium neglexerit celebrare, canonice puniet. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Dum autem.] dicitur, ꝙ donec ſynodus agitur, epī debent eſſe intenti

d ¶Excuſatione.] Friuola: nā rationabiles exceptiones ſemper admittuntur 5, vt extra de offic. deleg. ex parte.

5 Supra eo. c. proxi. inf. ead. ſi eps. Archid.

remota, omnibus modis ſemel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hunc ergo canonem & nos renouamus: & ſi quiſquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere; communione [a] priuatur: ſi quis verò metropolitanorum hoc neglexerit agere abſq; neceſſitate, vel vi [b], ſeu aliqua rationabili occaſione; canonicis pœnis ſubiaceat. Dum autem ſynodus agitur ſuper canonicis, & euangelicis negotijs; oportet congregatos epiſcopos in meditatione, & ſolicitudine fieri cuſtodiendorum diuinorum, & viuificorum Domini mandatorum: *& poſt pauca.* ¶Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his, quæ defert epiſcopus ſecum, ſiue iumentum, ſiue aliam ſpeciem expetendi. Quòd ſi hoc egiſſe cõuictus fuerit, ſoluat quadruplum [c].

α ¶Et vt opportunè.] *Græcè eſt, κὰι τὸ ἐνδεῶς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν, ideſt:* Et quod non bene parati ſunt ad iter faciendum.

Item Leo iiij. ad epiſcopos Britanniæ, c. 3.

¶Non cogantur presbyteri ad ſacra concilia eulogias deferre. Cap. VIII.

DE eulogijs [d] ad ſacra concilia deferendis nihil inuenimus a maioribus terminatum, ſed ſicut vnicuiq; presbytero placuerit. Nam ſi conſtitutum fuerit in illo tẽpore benedictiones afferri, forſitan minus [e] libenter ad ſynodos occurrent, & magis venire obtrectabunt. Quæ, vt arbitror, non ſunt rationabiliter quærendæ; nec vltro delatæ, reſpuendæ [f].

¶*Habetur hæc epiſtola Romæ manuſcripta, ut in indice dictum eſt.*

Item ex concilio Carthaginienſi. 4. c. 21.

¶Sine graui neceſſitate epiſcopus ad ſynodũm ire non tardet. Cap. IX.

EPiſcopus ad ſynodum ire non tardet, niſi ſatis graui neceſſitate inhibeatur, ſic tamen, vt in perſona ſua legatum [g] mittat, ſuſcepturus ſalua fidei veritate, quidquid ſynodus ſtatuerit. Anſ. l. 7. c. 191.

¶*Similem ſententiam, & pœnè eadem uerba referunt Burch. l. cap. 51. & Polycar. l. 2. tit. 16. ex Fœlice.*

Item ex concilio Carthaginienſi 5. c. 10.

a ¶Communione.] Not. principes poſſe excommunicari, quod verum eſt etiam a ſacerdotibus, vt inf. d. 96. duo ſunt. 11. q. 3. ſi autem vobis, & C. vbi de crimi. agi opor. Authen. quia in prouincia.

Reuocantur facta contra violenter detentum.

b ¶Vel vi.] Videtur ergo, ꝙ ſi aliquis per vim detineatur ab aliquo, & aliquid interim fiat cõtra ipſum, quòd retractari poſſit illud. Idẽ eſt ſi per dolum alterius non veniat, vt extra de integr. reſtit. ex literis. Sed contrarium legitur. ſi quis cau. l. 2. §. vlt. & ff. de eo per quem factum erit. l. vlt. vbi dicitur, ꝙ ſi per dolum, aut per vim alicuius aliquis non venerit ad iudicẽ, non reuocatur id quod factum eſt, ſed datur actio contra ipſum impedientem. Sed dic, quod non reuocatur ipſo iure: ſed per in integrum reſtitutionem 1, vel in eo caſu reuocatᷓ qñ detentor non eſt ſoluendo. extra de reſtitu. ſpo. olim.

1 ff. de eo per quẽ factum eſt. l. vit. §. 1. Archid.

Clerici poſſunt pecuniariter puniri.

c ¶Quadruplum.] Argu. ꝙ clerici poſſunt pecuniariter puniri & punire, vt 23. diſt. quamquam. in fine. & 17. q. 4. definiuit. & ca. ſi quis deinceps. & 23. q. 5. de Liguribus. Arg. contra, extra de pęn. licet 2. Sed dic, ꝙ vbi pęna ſpiritualis eſt in iure ſtatuta, non debet infligi pecuniaria: alias ſecus. extra vt lit non conteſta. quoniam. in fi. ideo autem punitur in quadruplũ: quia crimẽ cõcuſſionis 3. commiſit quod punitur pęna quadrupli. 1. q. 1. quidam. & q. 7. ſancimus in fine. & tam laicus, q̃ clericus punitur pœna concuſſionis, vt 23. q. 1. militare hic ſignatur contrarium 12. q. 2. fraternitas, vbi dicitur, quod eccleſia non debet ſuum cum augmento recipere. Sed dic, ꝙ hic non recipit nomine eccleſiæ, ſed proprio nomine. 16 q 6. ſi epiſcopum.

2 Dic vt no. inf. 23. e. 5. ſi vos Arch.

3 Aget iſte a quo accepit contra eum ſuperiorem. 11. q. 1. ſi clericus. Archid.

DE eulogijs.] CASVS. Quærebat quidã epiſcopus a Papa, vtrum presbyteri tempore ſynodi deberent afferre eulogias, ideſt, munuſcula epiſcopis? Et reſpondet Papa, nil ſe inueniſſe a maioribus definitum: ſed eſt in arbitrio cuiuslibet presbyteri qui voluerit exhibere. Nam ſi definitum eſſet aliquid tempore ſynodi a presbyteris dandum, minus libenter vnirent ad ſynodum. Vnde eulogiæ ab aliquo peti non debent: nec delatæ reſpui.

d ¶Eulogiis.] Eulogiæ dicuntur munera, quæ deferunt ſubditi ſuis prælatis.

Magiſtri debent gratis docere.

e ¶Minus.] Argu. quòd magiſtri non petant collectam à ſcholaribus, vt libentius veniant ad ſcholas. ſic 1 q. 1. baptizandis & cap. placuit, vt vnuſquiſque 1. quæſt. 2. vendentes.

f ¶Reſpuendæ.] Arg. ꝙ quædam licitè poſſumus recipere, quæ tamen petere prohibemur, vt 1. q. 2. placuit. ea. quæſtio. quam pio. 13. q. 2. queſta.

ADDITIO Ad idem ff. de orig. iur. l. 2. iuxta finem. §. diuus. vbi de hoc. Archidiaconus.

EPiſcopus.] CASVS. Dicitur, hic, quòd epiſcopus vocatus debet ire ad ſynodum, niſi graui neceſſitate fuerit impeditus: & tunc mittat per legatum, qui ſuſcipiat quæ in ſynodo ſtatuentur.

Citatus impeditus an mittere teneatur procuratorem.

g ¶Legatum.] Arg. quòd licet citatus ad iudicium venire non poſſit: nihilominus tenetur mittere procuratorem. 4. quæſtione 3. ſi ægrotans. & extra de appellat. conſtitutus. Argumen. contra extra de procurato. querelam. De hac materia quæras 5. quæſtione 3. ſi ægrotans. ſed illud cap. querelam, loquitur in ardua cauſa.

Placuit.]

PLacuit.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q episcopi niſi fuerint impediti, ſemper debent ad ſynodum ire: & ſi ire non potuerint, ſuas excuſationes in literis mittant: q ſi neglexerint ad Primatem mittere, communione fratrum priuentur, & eccleſia ſua tantū ſit contenti. Idem fere eſt caſus trium cap. ſequentium: vt per te videbis. Additur tamen ibi, quod priuātur cōmunione fratrū vſque ad ſequentem ſynodum.

¶ Excuſatorias literas dirigant, qui grauati ad ſynodum ire non poſſunt. Cap. X.

Anſel.l.7.c.188.

PLacuit, vt quotieſcunque congregandum eſt conciliū, epiſcopi, qui neque ætate, neque ægritudine [a], neque alia grauiori neceſſitate impediuntur, competēter occurrant. *& infra.* ¶ Quòd ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas literatoriè α [b] conſcribant: niſi autē β rationem [c] impedimenti ſui apud Primatem ſuū reddiderint, eccleſiæ ſuæ communione [d] debent eſſe contenti.

α Literatoriè.] *In concilijs impreſſis legitur,* in tractatoria. *Dubitatum fuit; an legendum eſſet,* in tractatoria. *Nam epiſtolæ, quibus Imperatores, vel Reges ſuos præſides vocabant, uel euectionem aliquam concedebant, tractoriæ dicebantur. Sic in* Codice *Theodoſiano lib. 8. titulus ſextus eſt,* de tractorijs & ſtatiuis. *& ſic uidetur emendandum in lib. Cod. 12. quamuis in impreſſis legatur,* de tractorijs, *quam vocem* tractoriam, *eadem ſignificatione Carolus Magnus in ſuis capitularibus vſurpauit lib. 4. c. 30 & 69. & eadem notione eſt in concilio Meldenſi, c. 71* Sanctus *quoq; Auguſtinus in lib. poſt collationē contra Donatiſtas, c. 24. tractoriam pro epiſtola uocatoria uſurpat, his uerbis;* Sic autem a primate ſuo per tractoriam fuerunt euocati. *Atque in hoc canone, ubi de uocandis epiſcopis ad concilium agitur, uox iſta eſſet aptiſſima. Nam in concilio* Africano *inſerto in* Codice *canonum, c. 43. ubi hoc idem reperitur, & ca. 57. §. Lucianus, & §. Alypius. in uetuſtis codicibus ſemper legitur,* tractoria, *ubi in impreſſis eſt,* tractatoria. *& in* Carthaginienſi *græco, c. 91. eſt* ἠ συνοδικὴ. *Verum idem B,* Aug. *utitur dictione,* tractatoria. *in eam, quæ nunc ſubijcietur ſententiam. Loquens enim de epiſcopis, ſi uocati noluiſſent uenire ad conciliū, & ibi obiecta crimina purgare, epiſt. 162. ait:* Quod ſi non fecerint, ibi etiam eorū prauitas, & peruerſitas innoteſcet. miſſaq; tractatoria ſuper eorum nomine per totum orbem terrarum, quacumq; iam Chriſti eccleſia dilatata eſt, ab omnibus eccleſijs, eorum cōmunio præcidetur. *In concione quoque ſecunda in Pſa. 36. eadem uox quater inuenitur: & epiſtola Syricij, quæ recitatur in concilio Teleptenſi, ibi uocatur tractatoria* Cuius *mentionem faciens* Innocentius *in epiſtola ad* Exuperium *Toloſanum, c. 1. ait:* De his, & beatæ recordationis, viri Syricij epiſcopi monita euidentia commearunt: *quibus uerbis uidetur indicare non ad ſolos Africæ epiſcopos, ſed ad omnes prouincias miſſam fuiſſe illam Syricij tractatoriam.* Ita *Leo Papa ſecundus, poſtquam ſextum uniuerſale concilium finem habuerat, breuem eius concilij ſummam ad Hiſpaniæ epiſcopos, vt ei ſubſcriberent, miſit: quam tractatoriam uocat: quæ Leonis ij. epiſtolæ manuſcriptæ ex Hiſpania Romam ſunt miſſæ.*

β ¶ Niſi autem.] *In originali eſt,* vel ſi poſt aduentum tractatoriæ aliquæ neceſſitates repente forſitan ortæ fuerint, niſi rationem impedimenti ſui apud ſuum Primatem reddiderint, ab eccleſiæ communione debere eſſe contemptos. *In Africano c. 43. reliqua eodem modo. Sed in extremo eſt fere vt apud* Gratianum: eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe cōtentos. *Itemque in Carthaginenſi græco:* Ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῇ κοινωνίᾳ, τῆς ἰδίας αὐτόν ἀρκεῖσθαι ἐκκλησίας *Similis quædam pœna imponitur in eodē cōcilio, infra diſt. 58. c. finali.*

Item ex concilio Turonenſi. c. 2.

a ¶ Neqne ægritudine.] Graui, vt infra ead. ſi quis epiſcoporum. non enim excuſat leuis febricula, vel vetus quartana, vt ff. de ædil. edic. l. 1. §. ſed ſciendum.

ADDITIO. Arg. cōtra. 7. q. 1. præſentiū. & extra de procu. q̄dam vbi de hoc. Archidiaconus.

b ¶ Literatoriè.] vel etiam per certum nuncium 1, cui credi poſſit, vt 97. diſt. nobiliſſimus. extra de offic. deleg. prudētiam. extra de reſcript. ex parte, & c. ſciſcitatus.

1 Tenet hoc idem Hugo.

c ¶ Rationē.] No. q non ſufficit dicere ſe non poſſe venire, niſi rationē impedimēti aſſignet: ſic extra de offi. & po. iu. deleg. prudētiam. & de reſcript. ſciſcitatus. & illam cauſam probabit: vt 4. q. 5. quiſquis in fi. & per vnū teſtem eam poteſt probare, vt extra de procura. ex inſinuatione licet ſit argu. cōtra, extra de ī integ. reſti. ex literis 2, Ioan. Sed certè credo hoc eſſe ſpeciale, vt vni teſti credatur cum ſuo iuramento.

2 Vbi de hoc & extra de teſti. veniēs 1. ibi videas.

d ¶ Communione.] Videtur quod aliquis poteſt eſſe excommunicatus in vna eccleſia, & non in altera, vt hic, & 58. diſtin. ſi quis de alterius. & ſic eſt contra 4. q. 5. quiſquis. Sed dic, quod iſte non eſt excommunicatus: ſed cum alijs epiſcopis non communicabit: quia non venit ad negotia ipſorum, vel ad conſecrandum epiſcopum cum alijs.

Excōicatus vtrum quis poſſit eſſe in vna eccleſia, & nō in alia.

a E Piſcopus.] ¶ Abbatem.] Hoc r, intelligi poteſt de abbatibus Ciſtercien. ordinis, vt extra de ſtatu mo n. c. 1. niſi pro crimine enormi. 11. q. 3 priuilegiū. Argu. extra de priuilegiatorum. ſed alij abbates debent venire ad concilium, vt 18. q. 2. abbates, & inf. eo. decernimus. & hanc paleam habes 18. q. 2. §. vlt.

1 Hanc glo. quidam nō habent, ſed illa eſt ī antiquo apparatu Io. Abbates tenentur ad conciliū epiſcopi venire.

cilium congregare omnes epōs prouinciæ conuocando ad quod etiam conuenire debent ſacerdotes vel diaconi, vel omnes, qui ſe læſos exiſtimant: & qui in aliquo delicto inuenti fuerint, ſecundum rationē excommunicentur. In fine capituli dicitur ꝙ nullus eps poteſt concilium

PALEA Cap. XI.

Burch. l. 8. c. 73. Iuo p. 7. c. 91.

EPiſcopus non debet abbatem [a] cogere ad ſynodum ire, niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat.

¶ *Hæc Palea abeſt ab illis tantum exemplaribus, in quibus pauciſſima reperiuntur, & refertur infra 18. q. 2. poſt cap. fin. à Gratiano ex eodem Turonico, quemadmodum & à Burchardo, & Iuone.*

Item ex concilio Arelatenſi. 2. c. 19.

¶ A communione ſit alienus, qui ſynodo adeſſe contempſerit. Cap. XII.

Burch. l. 1. c. 50. Polyc. l. 2. ti. 15. Iuo p. 5. c. 160. ex concilio Hispalenſi, vt Burch.

j SI quis autem ſynodo adeſſe neglexerit, vel cœtum fratrum, antequam [b] diſſoluatur concilium, crediderit deſerendum, alienum ſe à fratrum communione cognoſcat: nec eum recipi liceat, niſi in ſequenti ſynodo [c] fuerit abſolutus.

Item ex concilio Agathenſi, c. 35.

¶ Vſque ad proximam ſynodum à cōmunione abſtineat, qui à metropolitano vocatus, abſque graui neceſſitate ſynodo adeſſe neglexerit. Cap. XIII.

Burch. l. 1. c. 49. Iuo p. 5. ca. 159. Pann. l. 4. c. 17.

SI Epiſcopus metropolitanus ad cōprouinciales epiſcopos epiſtolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem ſummi Pontificis [d], aut ad ſynodum inuitet, poſtpoſitis omnibus (excepta graui infirmitate corporis aut præceptione [e] regia [f] ad conſtitutū diem adeſſe non differant. Quòd ſi defuerint (ſicut priſca canonum præcepit auctoritas) vſque ad proximam ſynodum à charitate fratrum, & eccleſiæ communione priuentur.

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 6.

¶ A communione priuetur epiſcopus, qui à metropolitano vocatus ad ſynodum, venire contemnit. Cap. XIV.

Simile in Pannormia l. 4. ca. 18. ex Auernenſi.

ij SI quis epiſcoporum commonitus à metropolitano ad ſynodū nulla graui intercedente neceſſitate corporali venire contempſerit, ſicut ſtatuta Patrum ſanxerunt †, vſque ad futurum concilium cunctorum epiſcoporum charitatis communione priuetur.

† *al. cenſuerunt.*

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ Presbyteri, & diaconi, & cuncti, qui ſe læſos exiſtimāt, ad metropolitanam ſynodum conueniant. Cap. XV.

Apud Martinū Bracarenſem epm in c. ſynod. græc. c. 18. Polyc. l. 3. ti. 17.

PRopter eccleſiaſticas cauſas [g], & altercationū ſolutiones, bene placuit per ſingulas prouincias bis in anno concilium fieri, conuocante metropolitano epiſcopo omnes prouinciales epiſcopos, ita vt ad concilium veniant †omnes presbyteri, & diaconi, vel hi β [h], qui ſe læſos exiſtimant, vt in concilio cauſæ examinatæ ad iuſtum iudicium perducantur. Et ſi qui manifeſte epiſcopi, vel

† *præcedentes* orig.

b SI quis autem.] ¶ Antequā.] ſic intra de conſec. diſt. 1. omnis 2. 11. q. 3. eorum.

c ¶ Niſi in ſequenti ſynodo.] Sic ergo quādoque differtur abſolutio, vt maior rubor ſit ei abſolui coram multitudine: ſimiliter ī ſacrilego differtur, vt diutius confundatur. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. ſic differtur abſolutio illius qui multum deliquit. vt 11. q. 3. qui iubente, vnde licet ante voluerit abſolui, nō auditur, alias regulariter non debet differri, vt extra de appell. qua fronte.

2 Cum tribus c. ſeq. ibidem.

d SI Epiſcopus.] ¶ Summi Pontificis.] Id eſt, epi, vt 2. q. 7. c. accuſatio. vel audire de eis, q̄ ordinauerit ſummus Pontifex.

e ¶ Præceptione.] Licet epiſcopus ſuo metropolitano tanquam maiori teneatur obedire, vt ſup. diſtin. 8. quæ contra mores, tamen hic defertur regiæ dignitati 3, vt 12. q. 2. de rebus 63 diſtinct. Salonitanæ. Item in hac ſynodali citatione, vnica citatio ſufficit vt hic, & ſimile inf. 4. & 5. quiſquis. ſed in iudiciali trina requiritur, vt 24. q. 3. de illicita.

3 Arg. contra 36. q. 2. nullus. vbi de hoc. Archid.

f ¶ Regia.] 23 q. vlt. ſi vobis, & c. ſi quis epſ. cōtra. ſed hic loquit de ijs qui hēnt feudum 4, ibi non: immo & quilibet deberet venire, ſi vocaretur propter negotium regni. vel illud intelligitur cum eps relicto eccleſiaſtico iudicio pergit ad Imperatorem, petens ibi iuſtitiam: quod nullus clericus debet facere. 11. q. 1. placuit.

4 Et videas quod leg. & no. extra de appella. cū parati in gl. arg. qd, &c. Archidiac.

SI quis epiſcoporum. Nihil notatur.

PRopter eccleſiaſticas cauſas. CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ metropolitanus bis in anno debet concilium celebrare, niſi fuerit metropolitanus.

g ¶ Propter eccleſiaſticas cauſas.] Martinus, qui fuit ſolicitus pro Republica, renouauit canones, vnde dicitur renouator canonum.

h ¶ Vel hi.] quaſi dicat, vel omnes veniant, vel ſaltem

presbyteri, aut diaconi inuēti fuerint in offenſa, ſecundū rationem excommunicentur, quamdiu communi cōſenſu [a] de his placuerit dare ſententiam [b]. Nulli autem epiſcopo liceat propria apud ſemetipſum concilia [c] facere, præter eos, quibus metropoles ſunt creditæ.

α ¶Martini.] *Gratianus hoc primum citat nomine Martini Papæ, deinceps eodem nomine multa citaturus, quæ omnia ſumpta ſunt ex libro capitulorum Græcarum ſynodorum Martini epiſcopi Bracarenſis, (antiquitus enim Epiſcopi Papæ dicebantur) Hic enim, cum eſſet Græcus, ad vtilitatem eccleſiarū Hiſpaniæ, vbi epiſcopatum obtinebat, ea capitula latina fecit, & in nonnullis quædā addidit. in alijs vero aliqua detraxit, quemadmodum in hoc capite, quod ſumpſit ex Concilio Antiocheno, cap. 20. ſup. ead. c. propter. Aliqua etiam ex Toletanis concilijs in eum libellum retulit.*

β ¶Vel hi.] *In aliquot conciliorum editionibus legitur*, vt eorum, qui ſe læſos exiſtimant, in concilio cauſæ, &c.

[Item ex concilio Bylon.

PALEA γ Cap. XVI.

Annis ſingulis epiſcopus in ſua diœceſi ſynodum faciat de ſuis clericis, necnon abbatibus [e], & diſcutiat alteros clericos, & monachos.

3 *Singuli vero epiſcoporum ſuis eccleſijs notificare ſtudeant, quæ in concilijs ſtatuuntur.*

γ ¶Palea.] *In nullo collatorum exemplarium habetur, ſed uerſiculus* ſinguli. *coniunctus eſt præcedenti capiti:* Propter eccleſiaſticas *ſuntque uerba Gratiani.*

Vnde in concilio Toletano, 16. c. 6.

¶Quæ in concilijs ſtatuuntur, ſinguli epiſcoporum ſuis eccleſijs notificent. Cap. XVII.

Decernimus, vt dum [d] in qualibet prouincia conciliū agitatur, vnuſquiſq; epiſcoporum admonitionibus ſuis intra ſex menſium ſpatia omnes abbates [e], presbyteros, diaconos, atq; clericos, ſeu etiam omnem conuentū ciuitatis ipſius, vbi præeſſe dignoſcitur, necnon & cunctā Diœceſis ſuæ plebem aggregare nequaquam moretē, quatenus δ coram eis pleniſſime omnia refert, quæ eodē anno in concilio acta, vel definita eſſe noſcuntur. *& inf.* ¶Quòd ſi quiſpiam hæc parui pendenda crediderit, ſententia excommunicationis [f] duorum menſium curiculo perſiſtat vſquequaque mulctatus.

δ ¶Quatenus.] *In duobus exemplaribus huius decimi ſexti concilij Toletani, locus hic ita legitur:* quatenus coram eis publice omnia reſerata, de his, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita extiterint, pleniſſime notiores efficiantur.

DISTINCTIO XIX.

De epiſtolis [g] uero decretalibus quæritur, an vim auctoritatis obtineant, cum in corpore canonum non inueniantur. De his ita ſcribit Nicolaus Papa archiepiſcopis, & epiſcopis per Gallias conſtitutis.

Deus dedit p. 2.
Poly. p. 2. tit. 20.
Anſ. l. 3. c. vlt.
Iuo p. 4. c. 27.
Pan. l. 2. c. 118.
† *al. cum illis in canone.*
† *al. qui dicuntur Apoſtolorum.*
Apud anſelmum, & Polycarpũ desũt omnia Pontificum nomina.

Clauis ſacerdotalis an ſit una an plures.

Inter leprã & lepram vnde dicatur.

Auctoritas canonis eſt maior auctoritate ſanctorum.

2 Idem Bal. in Auth. ad hæc. l. 2. col. C. de vſur. & Ale. de Imo. in l. bene ad cognitionẽ. col. 8. ff. ſi ce. pet. vbi dicit illãgl. ſin

a ¶ Con-

quorum meminiſtis, dicta, Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, vel cęterorum ſimiliter ſanctorum Doctorum ſimilium reperta fuerint; magnanimiter ſunt retinenda, ac promulganda, vel ad Apoſtolicam ſedem referendum de talibus. Quam ob cauſam luculentius, & magna voce pronunciare non timeo; quia, qui illa, quæ diximus, ſanctorum patrum ſtatuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (ſiue ſit ille epiſcopus, ſiue clericus, ſiue laicus) non γ indifferenter recipere conuincitur [a]; nec catholicam & Apoſtolicam fidem, nec ſancta quatuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † ſuum retinere, vel credere probatur.

† al. profectum.

α ¶ Sunt canones.] *Indicat canones & regulas, ex quibus conſtat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum eſt, quo Romani Pontifices, præſertim in iudicijs vtebantur, in quo codice ſunt canones tantum, non ſynodalia geſta. vt ſuper ius Nicolaus, in c. Romanorum. 19. diſt. ſcripſit.*

β ¶ Carthaginienſium.] *In codice canonum vnica eſt ſynodus Carthaginienſis, continens canones triginta tres, qui ex varijs cõcilijs Carthagini habitis collecti fuerunt. Eos canones ſedes Apoſtolica videtur probaſſe, & vſa eis eſſe, quando in codicem canonum referendas curauit. Eoſdem etiam Græci quo ordine apud Latinos habentur, cum alijs præterea multis Africanarum ſynodorum coniunctos in linguam ſuam verterunt, & hi ipſi ſunt, quos iiſdem numeris Anſelmus, Burchardus & Iuo citant: quãuis Gratianus interdum quidem his vtatur, interdum vero ex ſingulis Carthaginienſibus concilijs canones accipiat: quod ſuis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginienſi ſynodo intelligendum eſt quod habetur ſupra diſt. 16. c. prima adnotatio, ver. ſeptima. quod hic declarandum dilatum fuit.*

γ ¶ Non indifferenter.] *Anſelmus, Deus dedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent*, qui eadem indifferenter non recipit, ipſe ſe conuincit minime catholicam, & Apoſtolicam fidem ad effectum ſuæ retinere ſalutis.

Eſt eadem epiſtola 6. ex qua ſumptum eſt c. quod dicitis, ſupra diſt. 16.

Item Nicolaus I. Photio, in epiſtola, cuius initium eſt [Poſtquam Beato Petro.]

¶Corripiendi ſunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obſeruant. Cap. II.

Anſel. l. 3. c. 33.

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis [b]; de neglectu [c], atque incuria eſtis arguendi. Si vero habetis, & non obſeruatis; de temeritate eſtis corripiendi [d], & increpandi.

Item Innocentius 2. Papa.

¶Ad quos ſit recurrendum, cum ſacræ ſcripturæ auctoritas non occurrit. Cap. III.

Polyc. l. 7. tit. 3. Burc. l. 3. c. 128. Iuo p. 4. c. 70.

DE quibus cauſis nulla ſoluendi, ligandiq; auctoritas in libris veteris teſtamenti, & quatuor Euangeliorũ cum totis ſcriptis Apoſtolorũ [e] appareat; ad diuina recurre ſcripta Græca †. Si neque in illis; canones β Apoſtolicæ ſedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ eccleſiæ hiſtorias catholicas à Doctoribus catholicis ſcriptas manum mitte. Si nec in illis, ſanctorum exempla [f] perſpicaciter recordare. Quòd ſi omnibus his inſpectis, huius quę-

† al. Græca.

a ¶ Conuincitur.] Sed nonne Oriẽtalis eccleſia recipit canones? Videtur ꝙ non, vt 31. diſt. aliter. nunquid ergo ipſa eſt hæretica? Sed dic, ꝙ licet ipſa non recipiat iſtos canones, nõ tñ contemnit eos. Vel dic quod Papa approbat conſuetudinem ipſorum ſup. d. prox. ſi Romanorum.

SI decreta.] Caſus huius c planus ẽ.

b ¶ Non habetis.] Per ſcientiam.

c ¶ De neglectu.] Nulli. n. eſt licitum ignorare canones, vt iſ. 38. d. nulli. & c. omnes. ſup. d. proxima, ſi Romanorum.

d ¶ Corripiendi.] Arg ſimile. 16. diſtin. quod dicitis.

DE quibus.] CASVS. Quidam q̃ſiuit, ſi aliqua dubitatio emergat in ſolutione alicuius quæſtionis, ad quas ſcripturas potius ſit recurrendum, & dicitur in hoc cap. quòd iſte ordo ſeruandus eſt. Primo enim recurritur ad vetus, & ad nouum teſtamentum, & ad ſcripturas Apoſtolorũ: Etſi in illis nõ appareat qđ ſit faciẽdũ, ad Græcorum ſcripturas recurrendum eſt: poſtea ad geſta Conciliorũ & Pontificum: deinde ad Sanctorũ expoſitiones, vltimo ad ſeniores. Sic Beneuenta. poſuit caſum Hugo. ſic dicit, quòd primum locum obtinẽt vetus & nouum teſtamentum: ſecundum canones Apoſtolorum & cõciliorum: tertium decreta, & decretales epiſtolæ Romanorũ Pontificum. quartum ſcripta Græca: quintum dicta ſanctorum patrum Latinorum: vltimum exempla ſanctorum patrum: deinde ad ſeniores eſt recurrendum Tu autem pone ſecundum quod litera iacet.

e ¶ Apoſtolorum.] Id eſt, Apoſtolicorũ.

f ¶ Exempla.] Arg. p̱ exempla

ſtionis qualitas non lucidè inueſtigatur, ſeniores[a] prouinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namq; inuenitur quod à pluribus[b] ſenioribus quæritur. Verus enim repromiſſor Dominus ait: [Si duo ex vobis, vel tres conueniũt ſuper terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo.] *Matth.18.*

α ¶ Innocentius.] *Caput hoc non eſt inter epiſtolas Innocentij primi, quæ multæ extant; neque Innocentij ſecundi eſſe poteſt, cum ante ipſum ſcripſerint Burchardus, & Iuo, à quibus hoc ipſum citatur.*

β ¶ Canones.] *Verba hæc, quę apud Gratianum deerant, ſunt apud Burchardum, & Iuonem, & Polycarpum: in quo Polycarpo habentur hoc ipſo loco, in quem ſunt reſtituta.*

DISTINCTIO XXI.

DEcretis[c] ergo Romanorum Pontificum, & ſacris canonib. conciliorũ eccleſiaſtica negotia, vt ſupra monſtratum eſt, terminantur. Miniſtri vero ſacrorũ canonũ, & decretorũ Pontificũ ſunt ſummi Pontifices, & infra præſules, ac reliqui ſacerdotes, quorũ inſtitutio in veteri teſtamento eſt inchoata, & in nouo plenius conſummata. ¶ Summi enim Pontifices, & minores[d] ſacerdotes à Deo ſunt inſtituti per Moyſem, qui ex præcepto Domini, Aaron in ſummum Pontificem, filios vero eius vnxit in minores ſacerdotes: Poſtea vero Dauid, cum miniſteria domus Domini ampliaret, ianitores & cantores inſtituit. Porro Salomon quendam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati, ex obſeſſis corporibus pellebantur: huic officio mancipati, exorciſtæ vocati ſunt de quibus Dominus in Euangelio: [Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij veſtri (videlicet exorciſtæ) in quo eijciunt?] Hæc omnia *Exo.28.* *1.Par.15.& 2.23.* *Luc.11.*

exempla poſſe iudicari 1. vt 37 diſtin. qui de menſa & 24.q.3. ſi habes arg. contra. C. de ſenten nemo Sed illud intelligitur cum ius habetur. Tunc enim per exempla non eſt iudicandum. Vel dic, ꝙ exemplis priuatorum non eſt vtendum, ſed exemplis publicæ perſonæ ſiue authenticæ, vt exemplis Principis primi, ſiue Apoſtolicorum. vt 16.q.3. licet. extra de ſent. & re iudic. in cauſis, vel dic, ꝙ exemplis paucorum non eſt vtendum, ſed plurium bene.

1 Ad idem 3. q. 5. quia ſuſpecti. C. de edi. prin. an in totum ff. de leg. nã Imperator. 2.q.5. de Liguribus. in fi. Archid.

Exemplis q̃bus eſt vtendum.

a ¶ Seniores.] Ideſt, ſapientes vt 84. diſt. porro.

b ¶ Pluribus.] Sic extra de offi. deleg prudentiã. in fi.1. reſpõ. nam per ampliores homines manifeſta veritas reuelatur, vt C. de fideicõ. l. pen. & C. de inge. manu. l.3. Hic patet, ꝙ primo ad conſuetudinẽ loci recurritur, cum lex deficit, quam ad conſuetudinem Ro. eccle ſic 12. diſtinct. ille. & ff. de leg. & Senatuſconſ. de quibus. Alij dicunt, ꝙ primo ad conſultationem Ro. eccle. recurrendum eſt, vt arg. ſup. 11. diſtin. c. vl. Ioan. quid autem de hoc ſeruetur, notaui ſup. 12. diſtin. illud. melius 1. diſtin. conſuetudo.

ADDITIO. De hoc etiam not. C. quæ ſit long. conſuet. l. 1. ibi vide. Archid

DEcretis.] Hæc d. diuiditur in tres partes. In quarum prima dicit, quod miniſtri eccleſiæ ſunt ſummi Pontifices & præſules infra poſiti cum reliquis ſacerdotibus. Secunda ibi, [In nouo.] Tertia ibi, [In his.]

CASVS. Supra actum eſt de decretis, & canonib. conciliorum, quibus negotia dirimuntur. In hac vero 21. diſtin. agit Gratianus de miniſtris eccleſiæ & ſacrorum canonum, & dicit ꝙ ſunt ſummi Pontifices & præſules infra poſiti cum reliquis ſacerdotibus. Et hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Summi etenim.] dr̃ ꝙ ſummi Pontifices & minores ſacerdotes à Domino per Moyſen ſunt inſtituti in veteri teſtamento, qui vnxit Aaron in ſummum Pontificem, & filios eius in minores Sacerdotes & Leuitas: Dauid inſtituit cantores & ianitores. Salomon exorciſtas: & hæc omnia in nouo teſtamento eccleſia imitatur. Habet .n. oſtiarios, & lectores pro ianitoribus, & habet exorciſtas: pro filijs vero Aaron habet omnes poſitos infra ſummũ Pontificẽ, pro quo ſummo Pontifice ponit Papa. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Inter eos] dr̃ ꝙ inter iſtos eſt diſcretio ſeruanda. Nam alij appellãtur ſimpliciter ſacerdotes, &c. Et hęc diſcretio incipit à Paganis, qui habebant Flamines, & Archiflamines. Similiter in nouo teſtamento incępit a Chriſto, qui Petrum & ſummũ ſacerdotẽ conſtituit xij. Apoſtolos maiores ſacerdotes, lxxij. diſcipulos minores Sed nunc loco Petri eſt Papa: loco xij. Apoſtolorũ epĩ, loco lxxij. diſcipulorũ ſũt Archipr̃sbyteri. Leuitas vero ſtatuerunt Apoſtoli, Eccle-

Eccleſia vero ſubdiaconos, & acholythos ſibi conſtituit:

c ¶ Decretis] Hic agitur de eccleſiaſticis ordinibus, & oſtendit originem ipſorum, & vnde 2. ſic appellentur, poſtea oſtendit, quod ille qui eſt in maiori ordine, vel dignitate, non poteſt iudicari à minori, & ſic Papa à nemine poteſt iudicari.

2 Ideſt, quare.

Papa à nemine iudicatur.

ADDITIO. Vt infra eod. inferior. & cap. ſubmittitur. Archid.

d ¶ Et minores.] Cum ergo Moyſes elegerit ſacerdotes in veteri teſtamento, & Dñs in nouo, vt inf. ead. in nouo, videt̃, ꝙ ad epiſcopum de iure ſpectet electio canonicorum. Et Imperator dicit, ꝙ epiſcopus elegit clericos in Conſtantinopolitana ciuitate, vt in Auth. de menſura ordinandorum clericorum in 1. §. colla. 3. Ad hoc dicas, quod epiſcopus de iure communi cum alijs eliget, vt extra de his quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu. cap. nouit, &c. ea noſcitur. conſuetudo tamen eſt ſeruanda, vt extra de elect. cum eccleſia 3. Item videtur ex loco iſto, ꝙ Moyſes fuit ſacerdos, cum vnxerit ſacerdotes, & idem dicit Innocen. extra de maio. & obed. ſolitæ. Sed contra homicida fuit, ergo non potuit eſſe ſacerdos, vt 23. q. 3. nõ in inferenda. Sed dic, quod olim ſacerdotes be[illegible] erant homicidæ, vt 2. quæſt. 7. §. his

Electio canonicorũ ad quos ſpectat

3 Hæc ſententia communiter approbatur [illegible] Vinc. [illegible] Goffred. & Ber. in [illegible] decret. cum eccleſia.

ita,

ſt. 11. q. 7. ...is oēm. ...conſecra. ...c. I. Arc.

ita. Sed Dauid primo fuit prohibitus cōſtruere tēplum, quia vir ſanguinum erat 1. de conſecrat. diſt. 1. c. Quare autem iudices, & executores teſtes, & aduocati in cauſa ſanguinis promoueri nō poſſunt, dic vt notaui in quęſtionibus in illa quæſtione, quæ ſic incipit: Aliquis ex offi- huc. extra de ætate & qualitate, a multis.

CLeros.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima oſtendit Iſidorus, quo noīe generaliter miniſtri eccleſiæ vocantur & dicit, quod generaliter clerici vocantur: & dicit quare ſic vocantur, & ponit nomina & numerū miniſtrorum. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Ordo verò.] facit quadrimembrem diuiſionem huius nominis epiſcopi. & ponit etymologiam eorum, quę ſub diuiſione illa continentur. In tertia parte, quæ incipit ibi. [Pontifex princeps ſacerdotum,] ponit officia ſingulorum ordinū interſerendo interpretationes eorum.

in nouo teſtamento eccleſia imitata habet ianitores ſuos, quos oſtiarios appellamus. Pro cantoribus lectores & ſimul cantores inſtituit. Exorciſtas autē in nomine antiquo, & officio permanente recipit. Pro filijs verò Aaron, oēs infra ſummum Pontificem ſacerdotium adminiſtrātes ſunt conſecrati. ¶Inter eos quædam diſcretio ſeruata eſt, vt alij appellentur ſimpliciter ſacerdotes, alij archipresbyteri, alij choriepiſcopi, alij epī, alij archiepī ſeu Metropolitæ, alij primates [a] alij patriarchæ alij ſūmi Pontifices. Horum diſcretio a gentilibus maxime introducta eſt, qui ſuos Flamines, alios ſimpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabāt. Simpliciter verò maiorum, & minorum ſacerdotum diſcretio in nouo teſtamēto ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes, & lxxij. diſcipulos [b] quaſi minores ſacerdotes inſtituit. Petrum verò quaſi in ſummum ſacerdotem elegit, dum ei præ oībus, & pro omnib. claues regni cœlorum tribuit, & a ſe petra, Petri ſibi nomen impoſuit, atque pro eius fide ſe ſpecialiter rogaſſe teſtatus eſt, & vt cæteros cōfirmaret, ſibi iniunxit, dicens: Luc. 22. *[Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquādo conuerſus confirma fratres tuos] Hanc eandem formam Apoſtoli ſecuti in ſingulis ciuitatib. epiſcopos, & presbyteros ordinauerunt.* Act. 6. *Leuitas autem ab Apoſtolis ordinatos [c] legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus Subdiaconos [d], & acolythos procedente tempore eccleſia ſibi conſtituit. ¶De his ita ſcribit B. Iſidorus lib. 7. Etym. c. 12. nomina illorum, & nominum cauſas exponens, ita inquiens.*

e ¶Cleros.] Primo oſtēdit Iſidorus quo nomine vocentur miniſtri eccleſiæ, & quare ſic vocentur miniſtri eccleſiæ. Secundo ponit quadrimembrem diuiſionem epiſcoporum. Tertio ponit interpretationes omniū ordinum eccleſiaſticorū, & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, [Ordo verò epiſcoporum.] tertia ibi. [Pontifex]

f ¶Matthias] Cum quo fuit electus Ioſeph 26. q. 2. c. 1. ADDITIO. Hic habetur, ꝙ hoc nomen clericus a Matthia incepit. ipſe enī ſorte electus eſt Hug.

g ¶Primum in clericum ſcilicet, alius ſcilicet Iacobus fuit primo epiſcopus factus, vt inf. 66. d. porrò. Et eſt hic arg. pro ſorte facienda, vt ff. de iud. ſed cum ambo. & ꝙ in electionibus tempore neceſſitatis poſſumus: ſecūdū ſortem procedere, vt 26. q. 2. nō exēplo. contra extra de elect. eccleſia vera. & ita iſta gloſ. non valet. extra de elect. quia propter. Vel dic tunc eſſe vtendum ſorte, cum eſt vtrobiq; paritas in omnibus, & ſubeſt cauſa neceſſitatis, vt cum eſt contentio de electione. 26. q. 2. non exemplo.

Sors in electionib. eſt reprobata.

¶Vnde nomina eccleſiaſticorum graduum ſumantur. Cap. I.

De officiis l. 2. ca. 1. Rabanus. de inſtit. cler. l. 1. cap. 2. Act. 1.

CLeros [e], & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias [f] ſorte electus eſt, quem primū [g] per Apoſtolos legimus ordinatū. Κλῆρος enim Grecè, ſors Latine, vel hæreditas dicitur. Propterea ergo dicti ſunt clerici, quia de ſorte Domini ſunt; vel quia Domini partem [h] habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt; quorum gradus, & nomina ſūt hæc, oſtiarius, pſalmiſta [i], lector, exorciſta, acolythus,

*Semp fuit ſacer, licet olim, quid. ī de hoc dubitauerit. Vide gl. in c. a multis. de æta. & qualitat. ordi. ver. ſolis. et B. Thomā 4. ſent. diſt. 24. art. primo q. 3.

officio ſuo hominem interfecit. De hoc dixi 50. diſt. per totum. Quæſtio venerialis eſt. Archid.

a ¶Alii primates.] Hæc diuiſio non eſt niſi ratione nominum: quia ijdem ſunt primates, quod patriarchæ 99. diſt. c. 1.

b ¶Lxxij diſcipulos.] Contra inf. ea. diſt. in nouo. vbi dicitur, ꝙ diſcipuli Dñi, ideſt, Apoſtoli elegerunt lxxij. diſcipulos: hic dicitur, ꝙ a Domino. Sed dic, quod Dñs bene dr̄ feciſſe, quod eius miniſter facit: qa q per aliū facit, p ſeipsū facere vr̄, vt extra de ſent. excom. mulieres.

c ¶Ordinatos.] Vt 93. d. Dominus noſter, & c. diaconi.

d ¶Subdiaconos.] Non videtur verū dicere, quia tempore Apoſtolorum aliqui fuerunt ſubdiaconi, vt 35. di. epiſcopus, quia ille eſt canon Apoſtolorum. Sed dic, ꝙ ſubdiaconatus tunc fuit: ſed non * fuit ſacer ordo ad-

h ¶Partem.] Ideſt, decimas, & primitias, quæ dicuntur Dei 2. vt 12. q. 2. c. quiſquis. 1o. & c. abſtulerit.

i ¶Pſalmiſta.] Hic patet, ꝙ pſalmiſta, & oſtiarius, & lector ſunt clerici. 25. diſtinct. perlectis, & 32. diſtin. feriatim. & 72. diſtin. clericum. & 11. q. 1. de perſona. & deponi poſſunt ſicut alii clerici, vt 27. quæſt. 1. ſi quis epiſcopus, & qui inijcit manus in iſtos, excommunicatus eſt, vt 17. q. 4. ſi quis & extra de ſenten. excom. non dubium & c. parochianos. Et per primam tonſuram fit aliquis pſalmiſta, vel clericus, & illa tonſura eſt ſacramentale ſignum

2 Subaudi quāuis Dñi ſit terra & plenitudo eius, vt ī pſ. 8. d. quo iure. Arch. Tōſura prima an ſit ordo.

ſignum, vt 12. q. 1. duo. Sed ſi hoc dicatur, tūc erunt nouem ordines. Veruntamen videtur, ꝙ non ſit ordo: quia vbi tractatur, ꝙ clericus alii obedientiam præſtabit, nihil agitur de iſtis ordinibus, vt 93. diſt. a ſubdiacono. ſimiliter alibi, vt 77. d. illud. Sed dic, ꝙ tantum ſeptem ſunt ordines, q conferuntur cum ſolemnitate, ſed tamen nouem ſunt. Io. Sed certe omnes conferuntur cum ſolemnitate hodie præter Pſalmiſtatum, qui a ſolo ſacerdote confertur, vt 23. diſtin. pſalmiſta. Bar.

Sacerdos ſimplex pſalmiſtatū conferre poteſt.

a ¶Epiſcopus.] Argu. ꝙ epiſcopatus eſt ordo 1, vt 93. d. diaconi.

1 Quid ſit ordo hēs ſ. 82. diſt. ca. 1. ibi, de hoc & ad idem extra de renunciat. poſt tran. lationem. §. vlt. vbi de hoc.

b ¶In patriarchas.] Quo nomine comprehendit principales patriarchas, vt Romanum, Cōſtantinopolitanum, Alexandrinum, Hieroſolymitanum, Antiochenum.

c ¶Archiepos.] Ideſt, primates, quo nomine comprehendit alios patriarchas ſiue primates, vt Aquileienſem 2, Cantuarienſem, Bituricenſem.

2 Sub de quo habetur 9. q. 3. nunc verò Arch.

d ¶A mēſura.] Quia x. vel xj. debet ſub ſe hr̄e, vt 6. q. 3. ſcitote. Vel dicitur a mitros, quod eſt mater, & polis, quod eſt ciuitas, quia eſt mater aliarum ciuitatum. 12. d. de his.

Archieps quot ſuffraganeos habeat.

e ¶Licet.] De ijs, quæ ſpectāt ad totā prouinciam. ſed de ijs, quę ad ſuam dioeceſim ſpectant, ſine eorum licentia poſſunt diſponere, 11. q. 3. c. 1. & 2.

f ¶Diſponit.] Ergo epiſcopus confert dignitates eccleſiaſticas, vt 73. diſt. epiſcoporum 3. Argu. contra. 93. diſtinctione, legimus. vbi dicitur, quod tantum ad epiſcopum ſpectat confirmatio: ſed hoc refert ad diuerſas conſuetudines, vt extra de elect. cum in cunctis. & c. cum eccleſia Vulterrana. Io. Ego credo, ꝙ de iure cōmuni tātum electio dignitatū ſpectat ad capitulum, cum epiſcopo, vt extra de iis quæ fiunt a prælat,

3 60. diſ. c. 1. Archid.

Dignitatum electio ad quos ſpectet

ſine conſenſu. cap. ea. naſcitur. & c. quanto.

g ¶Ex Græco.] Scilicet dos, quod eſt datio.

h ¶Virga.] Qua arcebāt aues a carnibus ſacrificiorum.

i ¶Nudis.] Arg. quod non incedit nudus qui filum fert in capite.

¶Di

ſubdiaconus, diaconus, presbyter, epiſcopus [a]. ¶Ordo epiſcoporum quadripartitus eſt. i. in patriarchas [b], archiepiſcopos [c], Metropolitanos, atque epiſcopos Patriarcha, Græca lingua, ſummuſ patrum interpretatur: quia primum, ideſt Apoſtolicum & retinet locū; & ideo, quia ſummo honore fungitur, tali nomine cenſetur, ſicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiſcopus Græco dicitur vocabulo, ꝙ ſit ſummus epōrū: tenet enim vicem Apoſtolicam, & pręſidet tam Metropolitanis, quam, cæteris epiſcopis. Metropolitani autem a menſura [d] ciuitatum vocantur; ſingulis enim prouincijs præeminēt, quorum auctoritati, & doctrinæ † cæteri ſacerdotes ſubiecti ſunt, ſine quibus nihil reliquos agere licet [e] epiſcopos: ſolicitudo enim, totius prouinciæ ipſis commiſſa eſt. Omnes autem ſuperius deſignati ordines vno eodemque vocabulo epiſcopi nominantur: ſed ideo priuato nomine quidam vtūtur, propter diſtinctionem poteſtatum, quam ſingulariter acceperunt. Patriarcha patrum princeps: Ἀρχων enim princeps; inde archiepiſcopus princeps epiſcoporum, ſicut Metropolitanus a menſura ciuitatum. ¶Epiſcopatus autem vocabulum inde ductum, quòd ille, qui efficitur † epiſcopus: ſuperintendebat, ſcilicet curam gerens ſubditorum: Σκοπεῖν enim Græcè, Latinè intendere dicitur. Epiſcopi autem Græcè, Latinè ſpeculatores interpretantur: nam ſpeculator eſt præpoſitus in eccleſia dictus, eo ꝙ ſpeculetur, & perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores, & vitam. ¶Pontifex princeps ſacerdotum eſt, quaſi via ſequentium. Ipſe ſummus ſacerdos, ipſe & Pontifex maximus nuncupatur. Ipſe enim efficit ſacerdotes, atque leuitas; ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit [f]; ipſe, quid vnuſquiſque facere debeat, oſtendit Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam maiorum hæc erat conſuetudo, vt Rex eſſet etiam ſacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates a vi mentis appellatus eſt, cuius ſignificatio multiplex eſt: nam modo ſacerdotem, modo prophetam ſignificat, modo poetam. ¶Antiſtes ſacerdos dictus eſt, quod anteſtat: Primus eſt enim in ordine eccleſiæ, ſupra ſe nullum habet. ¶Sacerdos autem nomen habet compoſitum ex Græco [g] & Latino, quaſi ſacrum dans: ſicut enim rex a regendo, ita ſacerdos a ſacrificando vocatus eſt; conſecrat enim, & ſacrificat. Sacerdotes autem gentilium Flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga [h] deſuper habens lanæ aliquid, quod cum propter æſtum ferre non poſſent, filo tantvm capita religare cœperunt. Nam nudis [i] penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde a filo, quo vtebantur, flamines dicti ſunt, quaſi filamines. Verum feſtis diebus filo depoſito pileum imponebant pro ſacerdotij eminentia. ¶Presbyter Græcè Latinè ſenior interpretatur: non modo pro ætate, vel de-

† al. doctrinæ & poteſtati] orig.

† Superintenditur, ſuperintendat] orig. & Rab.

crepita ſenectute, ſed etiam propter honorem, & dignitatem [a], quam acceperunt, presbyteri nominantur. vnde & apud β veteres, iidem epiſcopi, & presbyteri fuerunt; quia illud nomen dignitatis eſt, & non ætatis γ [b]. ideo autem & presbyteri ſacerdotes vocantur, quia ſacrum dant, ſicut & epiſcopi: qui licet ſint ſacerdotes; tamen Pontificatus apicem non habent: quia nec chriſmate frõtem ſignant, nec paraclitum ſpiritum dant, quod ſolis

act. 8.

deberi epiſcopis lectio Actuum Apoſtolorum demonſtrat. Leuitæ ex nomine auctoris vocati. De Leui enim Leuitæ exorti ſunt; à quibus in templo Dei myſtici ſacramenti miniſteria explebantur. Hi Græcè diaconi, Latinè miniſtri dicuntur; quia ſicut in ſacerdote conſecra-

† al. myſterij.

tio, ita in diacono miniſterij † diſpenſatio habetur. Hypodiacones Græcè, quos nos ſubdiaconos dicimus, qui ideo ſic appellantur, quia ſubiacent præceptis, & officijs Leuitarum. Oblationes enim in templo Dei à fidelibus ipſi ſuſcipiunt, & Leuitis ſuperponendas altaribus deferunt: hi apud Hebræos Nathinæi [c] vocantur. Lectores à legendo, pſalmiſtæ à pſalmis canendis vocati: illi enim prædicant [d] populis, quid ſequantur; iſti canunt, vt excitent ad compunctionem animos audientium; licèt & quidam lectores ita miſerabiliter [e] pronuncient, vt quoſ-

† al. populo.

dam ad luctum, lamentationemque compellant. Iidem etiam & pronunciatores vocantur, quod porro † annũcient: Tanta enim & tam clara erit eorum vox, vt quamuis longè poſitorum aures adimpleant. Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte muſica, ſicut ea docti homines Latinè dicere potuerunt, præcentor, & ſuccentor: præcentor ſcilicet, qui vocem præmittit in cantu: ſuccentor autem, qui ſubſequenter canendo reſpondet. Concentor autem dicitur, quia conſonat; qui autem non conſonat,

Iuo p.6.cap.8.

nec concinit; nec cantor, nec concentor erit. Acolythi Græcè, Latinè ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis, quando legendum eſt Euangelium, aut ſacrificium offerendum: tuuc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum ſol eodem tempore rutilet, ſed ad ſignũ lætitiæ demonſtrandum, vt ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur,

Ioan. 1.

de qua in Euangelio legitur: [Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Exorciſtæ ex Græco, in Latinum adiurantes, ſiue increpantes vocantur: inuocant enim ſuper cathecumenos, vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum, nomen Domini Ieſu, adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Oſtiarii iidem, & ianitores, qui in veteri teſtamento electi ſunt ad cuſtodiam templi; vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem oſtiarii, quòd præſint oſtiis templi. Ipſi enim tenentes clauem, omnia intus, extraque cuſtodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & reſpuunt infideles [f].

a ¶ Dignitatem.] Vt 84. diſt. porro.

b ¶ Et non ætatis.] Tãtum ſupple: quia alibi dicitur, quod eſt nomen ætatis, vt 93. diſtinctio. legimus.

c ¶ Nathinæi.] Iſti dicũtur miniſtri miniſtrorum, & interpretantur in humilitate Deo ſeruientes, vel Deo donati: & ſunt dicti ab eo tempore, quo Ioſue Gabaonitas donauit ad miniſterium templi, ſcilicet, vt ligna ibi cęderent in ipſo, & aquam portarent ad opus ſacrificij, de quibus dicitur 22. q. 4. innocens. H. Et not. quòd iſti Nathinæi lauabant hoſtias in probatica piſcina. Probaton Græcè dicitur, ouis Latine: ſic ergo dicta erat, quia in ea Nathinæi, &c. ſicut prædixi, vt legitur in hiſtorijs euangelij, ca. poſt hoc erat, &c. Arch.

Probaton qd dicatur.

d ¶ Prædicant.] Ideſt, legunt recitando, non autem prædicando: quia illud eſt officium ſacerdotum. 16. quæſt. 1. adijcimus.

e ¶ Miſerabiliter.] non per prauam, vel raucam vocem: ſed potius per altam vocem & ſonoram, & iſte intellectus patet ex litera ſequenti, vbi dicit, tanta enim, &c.

f ¶ Et reſpuunt infideles.] Ideſt, excommunicatos. Et ita oſtiarius remouet 1, excõicatos ab eccleſia

1 Scilicet ab ingreſſu eccleſiæ corpotaliter arcẽdo. Hugo.

α ¶ Ideſt Apoſtolicum.] *Antea legebatur*, poſt Apoſtolicum. *Reſtituta eſt vera lectio non modo ex Iſidori & veterum exemplarium Gratiani fide, ſed ex ipſa ab Iſidoro allata ratione, qui Romanum*, Antiochenum, *& Alexandrinum Patriarchas propterea vocat: quia Apoſtolicum locum tenent. Hoc idem Beatus Gregorius lib. 6. epiſt.* 37. *ſcribens Eulogio Alexandrino, declarat his uerbis:* Itaq; cũ multi ſint Apoſtoli.

ſia ... hic, & 25. diſtin. perlectis.

IN nouo teſtamento.] Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis, in qua probatur, quod Romana eccleſia ſit caput, ab ipſo Domino ſpecialiter inſtituta: ſecundario à concilijs. Ioan. de Fan.

quod dic. & de Iacobo. 66. diſtinct. porro.

c ¶ Prætaxato.] In parte cap. quæ hic non eſt.

d ¶ Operarios.] Arg. hic ... quod ſi ... numerus ..., ſi ... exceſcant eccleſiæ facultates, quod præbendæ debent augeri vt

pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorum principis ſedes in auctoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius eſt. Ipſe enim ſublimauit ſedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem vitam finire dignatus eſt: ipſe decorauit ſedem, in qua Euangeliſtam diſcipulum miſit: ipſe firmauit ſedem, in qua ſeptem annis, quamuis diſceſſurus, ſedit. *Atque hoc idem ait Anacletus c. ſacroſancta diſt. 22.*

β ¶ Vnde & apud.] *Reſtituta hæc ſunt in locum ſuum, quo loco habentur apud Sanctum Iſidorum.*

γ ¶ Et non ætatis.] *In originali eſt*, hoc ætatis. *& ita apud Hieronymum in epiſt. 83. ad Oceanum: ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Anacletus ad epiſcopos Italiæ. epiſt. 2.

¶ Romana eccleſia à Chriſto primatum accepit.

Cap. II.

IN nouo teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo: quia ipſi primo Pontificatus in eccleſia Chriſti datus eſt, Domino dicente ad eum: Tu es Petrus[a], & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiã meã: & portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eã: & tibi dabo claues regni cœlorum. Hic ergo ligandi atq; ſoluendi poteſtatem primus accepit à Domino primuſq; ad fidem populũ virtute ſuæ prædicationis adduxit. Cęteri vero Apoſtoli cum eodem pari[b] conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt: ipſumq; principem eorum eſſe voluerunt: qui etiam iubente Domino in toto orbe diſperſi Euangelium prædicauerunt. Ipſis quoq; decedentibus in locum eorum ſucceſſerunt epiſcopi: quorum ordinatio prætaxato[c] debet fieri ordine & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit; qui autem ſpernit eos; eum, a quo miſſi ſunt, & cuius legatione funguntur, ſpernit; & ipſe indubitanter ſpernetur à Domino. Videntes autem ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multã, & operarios[d] paucos; rogauerunt[e] dominum meſſis, vt mitteret operarios in meſſem ſuam; inde ab eis electi ſunt lxxij. diſcipuli; quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum ſunt conſtituti in eccleſia.

Anſel. l. 1. c. 1. Burch. l. 1. c. 1. Iuo p. 5. c. 1. Pann. l. 1. c. ... *Matth. 16.* *Matth. ...*

Item Gelaſius vrbis Romæ epiſcopus omnibus orthodoxis.

In decretis cum lxx. epiſcopis.

¶ Primatum Romanę eccleſię non aliqua ſynodus, ſed Chriſtus inſtituit. Cap. III.

Poly. l. 1. tit. 2. Anſel. l. 1. c. 69. Burc. l. 3. c. 220. Pann. l. 4. c. 3.

QVamuis vniuerſæ per orbẽ catholicæ eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſit; ſancta tamẽ Romana Catho-

C A S V S. In hoc cap. oſtendit Anacletus, quod primus ſacerdos poſt Chriſtũ fuit Petrus, cui data p̃tãs ligandi & ſoluẽdi: cęteri vero Apoſtoli, qui cum eo parẽ honorem aſſecuti ſũt, ipſum in principem elegerunt, loco quorum hodie ſunt epi. Vidẽtes aũt Apoſtoli prædicatores paucos, elegerunt lxxij. diſcipulos, loco quorum ſunt presbyteri in eccleſia: & q̃ hos recipit, Chriſtum recipit; & q̃ hos ſpernit, Chriſtum ſpernit, & ab eo ſpernet.

a ¶ Tu es Petrus.] Videtur ergo, quod per hæc verba; tu es Petrus, &c. datus fuit Petro Pontificatus, & ita ante paſſionẽ; quia ante fuit dictũ: & ita vr̃ contradicere 50. d. conſiderandũ. & ca. fidelior. nã ibi dr̃, quod poſt paſſionẽ fuit datus eccleſiæ paſtor, & non añ. Sol. primo fuit Apoſtolus añ paſſionem: ſed poſt paſſionem fuit paſtor creatus p illa verba: Si diligis me, &c. vt ex de electio. ſignificaſti. quod ẽt hic innuit cum dicit; tibi dabo claues, &c.[2] hoc. n. eſt promittere, & nõ dare. ADDITIO. Ad huius verbi declarationẽ vide quod legitur & not. 23. q. 6. iã vero. §. ex his. iuxta prin. in glo. ſed qualiter. Archid.

b ¶ Pari.] Arg. quod omnis epiſcopus ſit par apoſtolico quantum ad ordinem & rationem conſecrationis. 24. q. 1. loquitur. in princ. Petrus tamen maior fuit alijs in adminiſtratione, vt 2. q. 7. puto. poteſt enim aliquis eſſe maior alio in ordine, ſed tamen minor in adminiſtratione, vt archipresbyter maior eſt Archidiacono, vt 25. diſt. perlectis. De Apoſtolis qñ fuerunt conſecrati, non legimus: Dicunt tamen quidam quod in cœna, qñ dictum eſt eis: Hoc facite in meam commemorationem. de conſe. diſt. 2. in Chriſto. in fine. Alij dicunt, quod cum dictum eſt eis: Ite, baptizate omnes. de conſe. diſt. 3. propriè. De Paulo, & Barnaba habemus 75. diſt.

ri, vt extra de vita & hone. cleri. qñ hoc expeditum eſt, extra de conſti. cum M. Fer. & extra de cenſi. quanto.

e ¶ Rogauerunt.] Arg. quod non niſi volentibus dabitur prælatus, etiam à Papa, vt inf. diſt. proxi. ſacroſancta. & 8. q. 1. ſciendum 4 & c. audacter. Dic. à principio non datur inuitis, ſed ... poſtquam factus eſt, ſi ſint negligentes. 61. diſtinct. nullus inuitis.

QVamuis.] C A S V S. Dicitur in hoc cap. quod eccleſia Romana caput eſt aliarum eccleſiarum, & quod præfata-

1 Arg. contra. 1. q. 1. ſtudet. ia fi. ibi videas quod not. ibid. ſic etiã not. 23. diſtin. oſtiarius.

2 Idem tenet Alex. de Imo in l. iuriſgentium. col. 3. ff. de pactis.

Petrus in adminiſtratione maior alijs fuit. Apoſtoli qñ fuerint conſecrati.

3 Vt Lau.

Prælatus ... inuitis ... eſt dandus. 4 ...

præferatur alijs Et hoc probatur duabus rationib. Prima eſt, quia Chriſtus dedit ei primatum & auctoritatem uoce ſua, dicens: Tu es Petrus & ſuper, &c. Secunda eſt: quia Petrus & Paulus vna die glorioſa morte in vrbe Romana ſub Cæſare Nerone coronati, eccleſiam Roma-

INferior.] CASVS. Omnia cap. ſeq. loquuntur de Ignatio Conſtantinopolitano patriarcha, qui fuit depoſitus à ſuis ſuffraganeis auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris, contra quos inuehitur Nicolaus Papa dicens, ꝙ ſuffraganei Ignatium deponere nõ potuerũt, quia inferior ſedes non poteſt ſuperiorem abſoluere vel ligare, & hoc ꝓbatur auctoritate Eſaiæ dicentis, Nunquid gloriabitur ſecuris, &c.

lica, & Apoſtolica Eccleſia nullis ſynodicis cõſtitutis [a], cæteris eccleſijs ꝑlata eſt, ſed euãgelica voce Domini, & Saluatoris noſtri primatum obtinuit, [Tu es Petrus (inquiens) & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã: & portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum; & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ, & in cœlis.] Cui data eſt etiam ſocietas beatiſſimi Pauli vaſis electionis, qui nõ diuerſo (ſicut hæretici garriunt) ſed vno tempore, vno eodemq; die, [b] glorioſa morte cũ Petro in vrbe Roma ſub Cæſare Nerone agonizans coronatus eſt, & pariter ſupradictam ſanctam Romanam eccleſiam Chriſto domino conſecrarunt [c], eamque omnibus vrbibus in vniuerſo mundo ſua præſentia, atque venerando triumpho, prætulerunt: Eſt ergo prima [d] Petri apoſtoli ſedes Romana eccleſia non habens maculam, neque rugam, nec aliquid [e] eiuſmodi.

Matth.16.

Inf.diſt.22.c.ſacroſancta, ex Anacleto.

3 *In his omnibus quãto gradus [f] celſior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus ſi quidem eſt regendi et iubendi poteſtas, in minoribus obſequendi neceſſitas.*

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epiſtola, cuius initium eſt [Propoſueramus.]

¶Inferiorum facta ſuperiorum ſententijs obnoxia ſunt. Cap. IIII.

INferior [g] ſedes ſuperiorem abſoluere non poteſt. Sola ergo potior inferiorem cõuenienter abſoluit. Hinc [h] liquido peruidetur; quia quem non poteſt abſoluere, nõ poteſt iudicio inferior potiorem ligare. *& infra.* Vnde propheta [i] ait: [Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eũ, qui

Eſai.10.

g ¶Inferior.] Ex hoc c. & inf. ea. denique. tres colliguntur regulæ. Prima eſt hæc: Inferior ſuperiorem nõ poteſt ligare, vel ſoluere 3. Secunda hæc eſt: qui poteſt ligare, poteſt & ſoluere: Tertia talis ꝙ ꝑõt ſoluere poteſt & ligare. quælibet harum regularũ videtur habere exceptionem. Prima regula vř recipere inſtãtiam cum maior ſe ſubijcit arbitrio minoris, vt 11.q.1. peruenit. Secunda regula ſimiliter fallit in incẽdiarijs & excõmunicatis, qui debent per Papam abſolui. ext. de ſent. excomm tua; & extra de offi. deleg. q̃renti. & in excommunicato propter rem iudicatam ultra annum poſt ſententiam, qui per Papam abſoluitur. Tertia regula fallit inf. de conſec. diſt.4. ſanctum. vbi habes, ꝙ quidam pęnitens abſoluit alium tempore periculi; quẽ tamen ligare non poſſet. Idem fallit 3.q.6 quamuis. & C ubi ſenatores. l. 3. Similiter fallit (vt uidetur) cum aliquis confitetur extraneo ſacerdoti, qui ipſum tunc abſoluit, non tamen poſſet ligare. Ioan. Sed illa exceptio non ualet: quia non concedo ꝙ aliquo modo conſequatur quis remiſſionem qui confitetur extraneo ſacerdoti, ut dicitur extra de pœnit. & remiſſ. omnis niſi prius obtenta licentia à proprio ſacerdote, ut dicitur in ea. decre. omnis niſi in neceſſitate, ut extra eod. tit. ca vlt. de pœnit. diſt. 1. quem pœnitet. verſ. tanta. Bart. Et eſt hic arg. quòd ſi Papa mandat alicui ꝙ excommunicet aliquem, quòd poſſit etiam ipſum abſoluere: quia excommunicatio & abſolutio pari conditione cenſentur, vt cui unum permittitur, & reliquum, ut inf. de pœnitẽti diſtinct. 1 uerbum. argum. contra 27. quæſtio. 1. ſi homo 4. Sed ibi Papa præcipit non abſolui eius auctoritate, ſecundum quoſdam. In omnibus iſtis cap. vſque in finem loquitur de eadem materia, ſcilicet de facto ſuffraganeorum Ignatij Conſtantinopolitani archiepiſcopi, qui a ſuis ſuffraganeis eſt depoſitus fauore Imperatoris.

3 De hoc ẽt habetur 20. q.1. in ſumma. Archid.

Confitens extraneo ſacerdoti non conſequitur remiſſionẽ.

4 Vbi de hoc extra de ma. & obed: cũ inferior. ibi in gl. 1. dic vt ibi. Archid.

Romanam conſecrauerunt, & eam alijs ſui præſentia prætulerunt. Et oſtenditur hic quis mirifice præſit alijs: unde bene facit ad propoſitum Gratiani.

a ¶Conſtitutis.] Scilicet, tantum.

b ¶Eodemque die.] Hic videtur ꝙ eodem die Petrus & Paulus fuerunt crucifixi. 2.q.7. beati. dicunt tamen quidam ꝙ reuoluto anni ſpatio Paulus fuit decollatus, ſed eodem die poſt annũ. Hiſtoria 1 tamen dicit, xiiij. ann. Imperij Neronis eos fuiſſe occiſos.

Petrus & Paulus eodẽ die paſſi ſunt.

1 Scilicet Romana H.

c ¶Conſecrarunt.] Sic ergo eccleſia conſecratur ſanguine alicuius. ſicut aliquis baptizatur in ſanguine ſuo, vt de conſecr. diſt. 4. baptiſmi vicem.

d ¶Prima.] Dignitate. Nam eccleſia Antiochena præceſſit iſtam, vt 24.q.1. rogamus.

e ¶Nec aliquid.] Argu. ꝙ ubicunque ſunt boni, ibi eſt eccleſia.

IN HIS. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua ponit ſex cap. de materia de pœnis Ignatij Conſtantinop patriarchæ, qui fuit depoſitus a ſuis ſubditis & excommunicatus, & poſtea per Romanam eccleſiam reſtitutus. 63. diſtin. Hadrianus. Io de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. ꝙ quanto gradus eſt celſior, tanto maior eſt auctoritas in maioribus, & regendi poteſtas: In ordinibus obſequendi neceſſitas.

f ¶Gradus.] In ordinibus 2, de quibus ſup. dixi eadem diſt. cleros.

Et ordinatis. Archid.

h ¶Hinc.] Arg. ꝙ idem iuris eſt in vno contrariorum, quod in reliquo, vt inf. ea. denique. & 26. diſtin. deinde. & 3.q.6. hæc quippe. & ff. de verb. oblg. inter.

i ¶Vnde propheta.] Eſaias.

a ¶Exhi-

a. ¶Exhibuimus.] ideſt probauimus.

NOlite.] CASVS. Clerici Conſtantinopolitani obijciebant Nicolao Papæ, ꝙ uellet defendere Ignatiū in malo: quibus Nicolaus rñdet, dicens ſe nolle eum in malo defendere: ſed vult ꝙ filij ſint deuoti pr̃i ſpirituali, & diſcipuli magiſtro: ita ut eos nullo modo iudicēt, ſed nec etiam reprehendant.

cis ipſe inferior dicit epiſcopo: Iube domne benedicere. & epiſcopus benedictione facta legit.

g ¶Peccatum.] Argum. quòd aliquid prohibetur, non quòd ipſum malum ſit, ſed quod inde malum poteſt ſequi, vt 12.q.1. in nouo, & 11. quæſt. 3. nolite. & 63. diſtin.

trahit eam?] His ita ex diuina ſcriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis, ſole clarius exhibuimus [a], non poſſe quemquam, qui minoris auctoritatis eſt, eum, qui maioris poteſtatis eſt, iudicijs ſuis addicere, aut proprijs definitionibus ſubiugare.

Idem eadem epiſtola.

¶De eodem. Cap. V.

NOlite nos exiſtimare facta cuiuſcunq; proximorū noſtrorum, quæ ſunt digna reprehenſione, velle defendere; ſed quod ita uelimus filios circa ſpiritalem patrem, & diſcipulum erga magiſtrum deuotos, ac ſobrios eſſe; vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam (vt non dicam dijudicandam,) ſed nec ſaltem tenuiter reprehendendam [b] proſiliant.

Idem Nicolaus Papa eadem epiſtola.

¶Inferiores maioribus nec benedicere, nec maledicere poſſunt. Cap. VI.

DEnique ſi in epiſtola legimus ad Hebræos [c], quòd minor à maiore benedicitur, reſtat profecto, vt exigente ratione etiam maledicatur [d]. Si quidem hęc vtiq; prænoſcentes periculoſa tēpora illi qui ante nos fuerūt; prouidam in eccleſijs cōſuetudinem tradiderunt; hodieque in Romana eccleſia, quæ magiſtra eſt omnium eccleſiarum imprætermiſſa † ſeruatur: ita vt nullus ſacerdos maiore [e] ſuo nō innuente † conſacerdote, cuilibet rei benedictionem † dare nitatur: ſed & anterior ſtans ad pronunciandum aliquam lectionem, benedictionem quidē poſtulat, ſed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere [f]. Cur hoc? nunquid benedicere peccatum [g] eſt? abſit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apoſtolus; quia regnum Dei non poſſidebunt, ſed per hoc innuitur, quantæ cenſuræ fræno inferiores quique à ſuis præpoſitis iudicandis coercendi ſint, ſi his nec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant.

Heb. 7.

Anſel. li. 7. c. 144. Iuo par. 5. cap. 17. & par. 6. c. 355.

† *al. imprætermiſſe*

† *al. iubente*

† *al. benedicere nitatur*

Gal. 5.

Idem eadem epiſtola.

¶De eodem. Cap. VII.

NVnc autem diuina inſpiratione non nos pigebit, nec nobis impoſsibile erit, oſtēdere vobis (ſi tamē audire velitis) non poſſe quemquam rite ab ijs, qui inferioris

Poly. li. 1. tit. 20. Anſel. lib. 2. c. 67. al. 65. Iuo p. 5. c. 8. Pann. li. 4. c. 6.

b ¶Reprehendēdā.] Sed contra 2. q. 7. oues 1. & c. ſecuti. & 9. q. 3. ſi autem, ubi dicitur quòd ſubditi poſſunt reprehendere p̄latos. Sol. triplex eſt reprehēſio: imperioſa, quæ fit imperio poteſtatis: hęc tantum maioribus conceditur, 43. diſt. ſi rector, ut hic. Alia ſocialis: hęc minoribus cōcedit, 81. diſt. in omnibus. Tertia temeraria eſt, q̄ infamādi cauſa fit: & hęc nulli cōcedit, vt 5. q. vlt. delator. ADDITIO. Quarta humilis & deuota, vt 2. qō. 7. nos ſi. §. item cum Balaam.

1 Hoc c. potius facit pro, quàm contra, prout ibi notatur in gl. vlt. Archid.

Reprehēſio eſt triplex.

DEnique.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc cap. ꝙ maiores pñt iudicare minores, & benedicere, ſed non econtra. Et hoc probat exemplo Melchiſedech, qui ſicut legitur in epiſtola ad Hebræos, benedixit minori, ſcilicet Abrahæ. Similiter hoc p̄bat conſuetudine eccleſiæ: quia nunquam maior legens lectionē, benedicit à minori. Vnde patet, ꝙ maiores poſſunt iudicare minores, cum ab eis benedici non poſſint.

c ¶ Ad Hebræos.] Vbi legitur, quòd Melchiſedech benedixit Abrahæ, & per hoc probat Apoſtolus Melchiſedech fuiſſe maiorem.

d ¶Etiam maledicatur.] Contrariorum enim eadem eſt ratio, ut ſupra, ead. inferior. ff. de uerbo. oblig. inter ſtipulantem.

e ¶Maiore.] Arg. ꝙ minori iudex non poteſt exercere iuriſdictionem ſuam præſente maiore iudice, vt 95. diſtin presbyter. ff. de offic. proconſul. l. vlt. Arg contra 11. q. 1. peruenit. & C. de donat. in hac 95. diſtin. ecce. Dic, quod ſi minor habet iuriſdictionem à maiore, nihil agit, quod ſit ad derogationem illius, extra de offic. lega. uolentes.

Minor quis ſcit præſente maiore.

f ¶Benedicere.] Sed dr̃ epiſcopo, qui poſtulat hanc benedictionem. Ora pro nobis pater ſancte: in qbuſdā lo-

ſtin. cum Hadrianus. §. verum.

NVnc autem.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc c ꝙ ſubditi non poſſunt iudicare prælatos. Et hoc facit duobus exemplis ſcilicet Marcellini Papæ, qui licet confeſſus fuiſſet in ſynodo epiſcoporum ſe à Paganis compulſum grana thuris diabolo immolaſſe: nullus tñ epiſcoporum auſus fuit eum iudicare, ſed omnes dixerunt: Ex ore tuo iudica teipſum: quia prima ſedes non iudicabitur a quoquā. Et exemplo Siſti Papæ, cui cum in concilio ubi Valentinianus Imperator inter fuit, multa obijcerētur: tribuit ei Imperator poteſtatem iudicandi ſeipſum: cum ipſe non ſit ſubiectus iudicio minorū.

a Diocle-

a ¶Diocletiani.] Nota ſimul duos fuiſſe Imperatores, Dic ꝙ erant duæ perſonæ, ſed tamen erant loco vnius. Sed contra 7.q.1.in apibus. Sed forte vnus habuit digni tatem.alter adminiſtrationem.
ADDITIO. Dic ꝙ huic cōtrario ſtandum eſt, quia non debet

ꝙ non fuit ſententia quam tulit, ſed quædam interpretatio, & infuit ei tacita conditio, ſcilicet niſi Deus aliter reuelauerit 2 & Dñs reuelauit aliter, quia ſepultus fuit poſt xxx.dies poſt mortem. Item quæritur, quare iſti epiſcopi non depoſuerunt Papam cum eſſet confeſſus de hęreſi, vt 40. diſtin.ſi Papa? Dicit Hugo. quia paratus erat corrigi licet. n. Papa, vel alius ſit hęreticus, ſi tamen paratus eſt corrigi 3 nō deponitur, vt 24. q.3.dixit Apoſtolus. Vel ideo non debebant ipſum deponere: qa coactus fecit. 60. d. presbyteros.
c ¶Cōpulſus.] Conditionali non abſoluta coactione. ſi .n. fuiſſet abſoluta, non deliquiſſet, vt 50.d. presbyteros.
d ¶Ex ore.] Argu. ꝙ aliquis poteſt eſſe iudex in ꝓpria cauſa.ſic.ff.de adop.l.3. C.de fideicom.l.vl. ſed iudex ibi improprie dicitur, ideſt, arbitrator in iuriſdictione contentioſa non poteſt, ſed in voluntaria ſic.

[illegible]peratores [illegible]o eodem [illegible]mpore fue[illegible]

2 Arg.ad hoc 27.q.2.§ cū vero.Arch.

3 Imò dicit Hug. ꝙ nec potuerūt nec debuerūt eū condemnare in de, qa ſpōte, & humiliter cōfeſſus eſt errorem ſuum. Tunc .n. Papa pōt c[illegible] demnari de [illegible]reſi, cū pert[illegible]ax fuerit, al[illegible] nō. Hugo.

dignitatis, vel ordinis ſunt iudicialib. ſubmitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani[a], & Maximiani Auguſtorum Marcellinus[b] epiſcopus vrbis Romæ, qui poſtea inſignis martyr effectus eſt, adeo compulſus[c] eſt a paganis, vt in templum eorū ingreſſus, grana thuris ſuper prunas imponeret: cuius rei gratia collecto numeroſorū concilio epiſcoporum, & inquiſitione facta, hoc idē Pontifex ſe egiſſe confeſſus eſt. Nullus tamen eorū proferre ſententiā in eum auſus eſt, dū ei ſępiſſime omnes perhiberent; Tuo ore iudica cauſam tuam, non noſtro iudicio. Et iterum: Noli aiunt audiri in noſtro iudicio: ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam, & rurſus: quoniā ex te, inquiunt, iuſtificaberis, aut ex ore[d] tuo condemnaberis. Et iterum dicunt: Prima ſedes non iudicabitur a quoquam. *Idem in eadē.* ¶Sed, & cum quidam tempore quodam contra Sixū Papam tentaſſent quędam mali † rumoris obijcere, & in cōcilio, cui & Valentinianus Auguſtus intereſſet, dictum fuiſſet. Non licere aduerſus Pontificem dare ſententiam, ſurrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium ſuum. Etenim nullus Pontificum maiorum, vel inferiorum vrbium ſubactus iudicijs inuenitur.

† *al.non beni*gori.

Idem Nicolaus eadem epiſtola

¶Maiores a minoribus iudicari non poſſunt. Cap. VIII.

SVbmittitur Ignatius minorū, inferiorū, & ſubiectorū deliberationibus, cum ſacris canonibus præcipientibus, & exemplis ſanctorum Patrum, ſemper, vbi eſt maior auctoritas, ſit eundum, & in omnib. controuerſijs ad potioris ſedis iudicia (actio † dirigatur. Quod non ſolum a catholicis, verum etiam ab ipſis conſtat obſeruatum hæreticis[e]. Alioquin acephalū liquet eſſet concilium, vbi de tanta perſona agitur, & maiorum non expectatur ſententia; cū nec in cauſa clericorum inferioris[f] gradus, ſolius epiſcopi ſui iudicium tantummodo poſtulandum † ſit.

† orig.non habet.

† *al.præſtolandum*

SVbmittitur.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc cap.ꝙ Ignatius non potuit deponi a ſubditis, qa canones & exempla ſanctorum patrū præcipiūt ſemper eſſe recurrēdū ad maiorem ſedem in cauſis epiſcoporū, quod non ſolum a catholicis, ſed etiā ab ipſis hæreticis obſeruat, quia etiam clericus a ſolo epiſcopo iudicari non pōt: & niſi Dñs Papa interſit vbi epiſcopus iudicatur, acephalum erit tale concilium.
e ¶Hæreticis.] Arg. ꝙ ab exemplis gētilium eſt argumentādum, vt 11.q.1.ſacerdotibus.13.q.2.que

Idem Nicolaus eadem epiſt.

Poly.l.1.tit.20.
Anſ.l.2.c.65.
Iuo p.5.c.8.
Pann.l.4.c.6.& 7.

¶Minorum ſententiæ maiores damnare non valent. Cap. IX.

IN tantū hāc præſumptionē[g] ſancti Patres apud Chal-

debet eſſe niſi vnus. Ad hoc extra de off.ord. quoniam, §.1.& hoc cauſale fuit ſecundum Pet.
b ¶Marcellinus.] Sed de iſto legit, ꝙ concilio congregato confeſſus eſt quod fecerat, & in ſe tulit ſententiā depoſitionis, & veniens coram Diocletiano cōfeſſus eſt ſe Chriſtianum eſſe, & excommunicauit quicunq; eum poſt mortem ſepeliret. Sed videtur, ꝙ hæc ſentētia, qua præcepit non ſepeliri corpus ſuum, contineat errorem: vnde nulla deberet eſſe: vt extra de ſent.excommu.per tuas.ſi quis enim præcipiat, ꝙ corpus ſuum non ſepeliatur, hoc præceptum non eſt adimplendum, vt ff.de condit.inſtit.quidam. Præterea qualiter poterat iſte ſeipsū excōicare 1 vel deponere cū par in parē non hēat Imperium, vt extra de electio.innotuit? Ad hoc poteſt dici

1 Videtur, ꝙ bene.11.q.3. ſi is qui vbi hoc, Archid.

ſta.& c.non æſtimemus.
f ¶Inferioris.] inf.15.q.7.ſi autem.in fi.contra, vbi dicitur, quod ſolus epiſcopus illorum cauſas poteſt audire. Sed non excluduntur ibi clerici, ſed alij epiſcopi, 15.q.7. epiſcopus nullius.
IN tantum.] CASVS. Dioſcorus in tribus deliquit, qa .ſ per Regem fuit in thronizatus in eccleſia Conſtantinopolitana, vnde multi clerici receſſerunt ab eo. Item quia factus fuit hæreticus. Poſt hæc duo delicta, auſus fuit excōicare Papam Leonem: vnde ſancti patres apud Chalcedonem congregati ipſum damnauerunt, non tantum de hæreſi, ſed etiam quia auſus fuit ſuum maiorem excommunicare.
g ¶Præſumptionem.] Scilicet depoſitionem Ignatii.

a ¶Vt

a ¶Vt Dioſcorum.] Qui inthronizatus fuit per Regem 1.qui poſtea excommunicauit Papam.

1 Vt 16.q.7. c.ſane. Arc.

b ¶Quoniam ſecundis.] Videtur hic, ꝙ iudex in ſententia tenetur exprimere cauſam, quæ ipſum mouit, vt C.de iud.properandum, §.illo.& ff.de ijs, qui not.infa. l.quod ait, §.penult. arg. contra extra de ſentẽt.& re iudic.ſicut ad hoc dico, ꝙ ſemper tenetur exprimere cauſam, ſi tñ nõ expreſſerit, tenet ſnia.2.q.6. biduum. ADDITIO. De hoc not.in prædi.c.ſicut. & extra lib.6.de ſen ſent.excommu. cum medicinalis. in prin. Archid.

c ¶Fidem.] Tantũ, ne ſit contra, š.15.d. canones, circa medium, ver. quarta ſynodus.

Quia ergo. Hæc d. diuidit in duas partes. Secunda ibi, [Prima ergo.]

CASVS. Dictum eſt ſupra, quòd maior à minori iudicari non poteſt. In hac vero 21.diſ.videndum eſt quæ dicatur prima ſedes, quæ ſecunda, & quæ tertia, & qui dem primum locum obtinet Roma. eccl. Alexandrina ſm, Antiochena tertium, & hoc probat Gratianus per 7. cap. ſequentia.

d ¶Quia ergo.] In hanc diſt.oſtendit ordinem maiorum eccleſiarum. Et primo oſtendit quem ordinem habuerunt ſecundum antiqua tẽpora. Secundo oſtendit quem ordinem habuerunt poſtea ſecundum moderna tempora. Secundum antiqua tempora talis fuit ordo. Prima fuit Romana eccleſia: Alexandrina ſecunda: Antiochena tertia: quarta Hieroſolymitana, vt inf.ea.§.1.& c.2.ſed Conſtantinopolitana: nullũ locum habuit, vt inf.ea.c.qua traditione: ſed poſtq̃ imperium fuit tranſlatum Conſtantinopolim, Cõſtantinopolitana eccleſia obtinuit ſecundum locum poſt Rõ.Alexandrina tertium, Antiochena quartum Hieroſolymitana quintũ & hoc dicitur inf.ea renouantes.extra de priuil.antiqua

Eccleſiarum maiorũ ordo.

* Matrimonij etiã ſacramẽtum confert gratiam: nec textus allegatus facit ad propoſitum: & vide Concil. Tridẽt. ſeſſ. 24. ca. 1. & B. Th. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 6. arg. & 4. diſtin. 25. q. 3. ar. 2. q. 1. ad 2. d. 26. q. 2. arg. 3. per tot.

h ¶Illud.] Si electo conſecrando obiicitur crimen, non eſt cõſecrandus ante cauſæ examinationem, & ſi prius venerant quatuor epiſcopi ad conſecrationem, adhuc veniant duo: & ſi ante venerant tres, veniant adhuc alii tres ad audiendam cauſam criminis obiecti: & ſm hoc exponas, eligendum, ideſt, conſecrandum [2]. & expone, purgandum, ideſt, examinandum & ita intellige, quòd hic obiiciebatur crimẽ in modum accuſationis: nam ſi eſſet obiectum in modum exceptionis, non viderentur neceſſarii tot epi, cum cauſa illa poſſet expediri per procuratorem, vt extra de accu. ſuper his. & ſic patet, ꝙ metropolitanus poſſit audire cauſam criminalem epiſcopi, licet non poſſit eum deponere: tamen requiritur præſentia plurium epiſcoporum. Alii intelligunt tantum de eo qui tenetur ſe purgare. Dic vt 3. q. 6. c. quamuis. & c. accuſatus.
i ¶Ad eligendum.] ideſt, conſecrandum.
K ¶Oborta.] ideſt, quod obiicitur crimen ei.
l ¶Ad purgandum.] ideſt, examinandum.

2 Sub. & ſic tenetur. ſic improprie exponit eligere, i. cõfirmare. 7 q. 1. remoto & eligere. i. cõſecrare. 8 q. 1. epiſcopo. in fi. ſecundum Hug & Io. de Fan.

eum, qui ordinandus eſt, tres [a] tantum † [b]; ſed poſtulentur ad numerum ſupradictorum duo, vel tres, & in eadem [c] plebe [d], cui ordinandus eſt, diſcutiantur primo perſonę contradicentiū: poſtremo illa ēt, quę obijciuntur [e], pertractētur & cum purgatus fuerit [f] ſub conſpectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum veſtræ ſanctitatis aīo concordat, roboretur veſtræ dignitatis † reſponſione. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt; Satis placet.

† al. tantum accedere.

† al. dignationis.

Item ex concilio Toletano x. c. 10.

¶Vota ſuæ promiſſionis ſpondeant, quos eccleſiaſtica promouet diſciplina. Cap. VI.

Anſ. l. 7. c. 88.

QVamquam omnes, qui ſacris [g] mancipiantur, ordinib. canonicis regulis teneantur adſtricti; expedibile [h] tamen eſt, vt promiſſionis ſuæ vota ſub cautione [i] ſpondeant, quos ad promotionis gradus eccleſiaſtica probat † diſciplina. Solet enim plus [k] timeri quod ſingulariter pollicetur, quam quod generali ſponſione concluditur. Et ideo placuit huic ſancto cōcilio, vt vnuſquiſque, qui ad eccleſiaſticos gradus eſt adſcenſurus; non ante honoris conſecrationem accipiat, quam placiti † [l] ſui adnotatione [m] promittat, vt fidem [n] catholicam ſincera cordis deuotione cuſtodiens, iuſte & pie viuere debeat, & in nullis operibus ſuis canonicis regulis contradicat; atque vt debitum per omnia honorem, atque obſequij reuerentiam præeminenti ſibi vnuſquiſque dependat, iuxta illud beati Leonis Papæ edictum: [Qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat.] Pœna etiam † iuxta eccleſiaſticæ conſuetudinis morem, & placitis talium

† al. prouehit.

† al. placiti ſibi.

Epiſt. 82. ad Anaſtaſium Theſſ. epiſcopum.

† al. tamen] orig.

a ¶Tres.] Qui ſoli poſſent conſecrare eum: ſed ipſi non poſſunt audire cauſam criminalem.

b ¶Tm̄.] Scilicet accedere. alias eſt in textu, accedere.

c ¶Et in eadem.] ibi enim melius poteſt inquiri de crimine, vbi aliquis conuerſatus eſt, vt 24. q. 1. pudenda. ext. de elec poſt quā.

d ¶Plebe.] Not. arg. ꝙ laici admittuntur ad accuſandum electū, vt ſup. ea. q. epiſcopus. in fi 61. diſt. ſtudii. 63. diſt. vota. nā eps debet habere bonū teſtimoniū ab his qui foris sūt, vt 8. q. 1. licet. & de cōſec. d. 1. iubemus. Item quia intereſt ipſorum, vt extra de reſt. ca. de cætero. & arg. ad hoc extra de teſti. ex parte Adæ. & in Authē. de ſan. epi. §. ſi quis autem. coll. 9. & eſt argu. ad hoc 81. d. Maximianus arg. contra 28. d. conſulendū. vbi etiā ad denūciationē nō admittuntur laici, ſi malo zelo ducātur. Itē, ſi ideo dicis admittēdos laicos, qa ipſorū intereſt, ergo ſiue ſint bonæ famæ ſiue malæ, admittuntur, quia nullus remouetur ab accuſatione, qui ſuam iniuriam proſequitur, vt 4. q. 6. omnibus. male ergo dicit decretū, ꝙ laici infames non admittuntur ad accuſationem clericorum 1, vt 2. q. 7. accuſatio Pōt hic dici, ꝙ hic loquitur cū ciuiliter agit. & in eo caſu quilibet admittitur, etiam fœmina, ut extra de teſt. tam literis. Si quæris quare, ergo tot epi conuocantur cum ciuiliter agitur? Reſpon. quia agitur de crimine, licet non criminaliter. Vnde oportet etiam inſcribi ad pœnam extraordinariam, vt extra de accu. ſuper his. Et eſt argu ad hoc. q. 3. q. 6. hęc quippe. vbi xij epiſcopi requiruntur, & tamen ibi ciuiliter agitur, vt videtur.

e ¶Illa quæ obiiciuntur.] Si ſint grauiora, vel non.

f ¶Et cum purgatus fuerit.] Ideſt, iudicatus innocens.

QVamquam.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toleta. an clerici qui promouentur ad ordines, & prælaturas promittere debeant ſuis maioribus viuere iuxta fidem catholicam, & eis reuerentiam & obedientiam præſtare. & reſpondet, ꝙ quamuis ad hoc teneantur generaliter: tñ ab eis hoc exigitur expreſsè: Solet. n. plus timeri, &c. & qui contra hoc promiſſum venerit, iuxta conſuetudinem, pœnam perſoluat.

g ¶Sacris.] ideſt, eccleſiaſticis.

h ¶Expedibile.] ideſt, iuſtum.

i ¶Cautione.] Scilicet iuratoria.

K ¶Plus.] Si ergo aliquis iure communi ſe poteſt tueri 2, & priuilegio. 87. diſt. quiſquis. & extra de reſcript. c. 1. arg. contra de fid. inſtr. inter. vbi dicitur, ꝙ idem non poteſt dari & confirmari. Itē arg. contra. C. de theſau l. vnica. de hoc plura arg inuenies 100. d. contra morem. Sed ita dicat conſilio meo. ſi quæratur ab eo; hoc habeo de iure communi: & ſic hoc non eſſet, habeo ex priuilegio vt extra de præſcrip. veniens Itē not. ꝙ plus valet ſpecialis cautio quam generalis, vt hic, & ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæſitum. Item & plus ſpecialis confirmatio quam generalis, extra de confirmatio. bonæ. Itē & ſpecialis appellatio quam generalis, vt extra de appell. ſuper eo. & ſpecialis delegatio quā generalis, vt extra de reſcr. ad hoc. & ſpecialis ſubſcriptio quā gñalis. ff. ad l. Cornel. de fal. diuus. i. reſpon. & ſpeciale mandatum, vt extra de reſcript. c. 1. & melius cap. paſtoralis. alias tamen plus valet generalis correctio, quam ſpecialis, quando multitudo eſt in cauſa. 23. q. 4. non poteſt. & generalis petitio, vt 13. q. 2. non æſtimemus, & generalis quæſtio. ff. de quæſtio. l. 1. §. qui quæſtionem.

l ¶Placiti.] ideſt, pacti.

m ¶Adnotatione,] ideſt, ſcriptura.

n ¶Vt fidem.] Not. ꝙ quilibet clericus ſuo ꝑlato præſtabit obedientiam, vt infra de conſecr. diſt. 5. in omnibus, & not. quòd præſtat electus ſuo maiori iuramentū de fide & canonib. ſeruandis, vt hic. de indemnitate rerum eccleſiæ ſeruanda, vt 28. d. de Syracuſanæ. de immoderata exactione non facienda. 10. q. vlt. c. 1. in fin. Item de fidelitate. extra de iureiuran. ego N. Item de penſionibus debitis ſoluendis. arg. extra de nou. oper. nuncia: cum ex iniuncto. extra de elect. qualiter. Item de penſionib. non augendis. arg. extra de iu. tua. Item ſuſpectus de inobedientia, iuramentum præſtat de obedientia ſeruan. extra de maiorita. & obed. cum in eccleſiis: in fine: Nec obſtat. contrarium extra de maiori. & obedien. legebatur. quia ibi loquitur de iam promoto, & non ſuſpecto.

Specialitas an ſit generalitati præferenda.

Electus ſuo ſuperiori multa cum iuramēto ꝓmittit.

1 Pręterea ex hoc ſequeretur, ꝙ ſiue iſte electus malæ famæ fuerit, ſiue non: ſemper admittūtur laici ꝑ illud ca. omnibus quod tamen falſum eſt. 2. q. 1. in primis. ver. Io. de Fan.

2 Scilicet cōtra promittentem. & dic, ſolet enim, &c. q d. ad cautelam fit: hic enim non magis tenetur ſi ſpecialiter promittatur, qua ſi generaliter: & quod dicit gloſ. ex priuilegio, d. c. iure ſpeciali, ſcilicet ex ſua promiſſione. Archid.

a ¶Tranſ-

a ¶ Transgreſſores.] Hic habes, quod clericus ſe pōt obligare ſub pęna ſpirituali. & pecuniaria, ad ſpiritualem pęnam ſe poteſt obligare, ſcilicet ad pęnam depoſitionis vel anathematis, vt 1.q 7.quoties. de conſec. diſt.2.ego Berengarius.extra de elect. cum dilectus, in fin.

Clericus ſub pęna ſe poteſt obligare.

DE HINC. Supra oſtenſum eſt, de electione, & ordinatione Papæ, & de examinatione eporum, & quales eſſe debeant epi, & alij clerici. Nunc vero oſtendit qualiter debeat fieri ordinatio primo epi, & poſtea cęterorū.

E Piſcopus.] CASVS. Quando ordinatur epiſcopus, duo epiſcopi debent tenere librum Euangeliorum ſuper caput ordinandi. tertius ſuper eum fundat benedictionem: reliqui epiſcopi, qui adſunt, caput eius tangant.

† al. inferenda.

inferenda † & ab ijs, qui tranſgreſſores [a] fuerint, perſoluenda eſt:

Ordo Romanus, pag. 100. Polyc. l.2. tit.9. Anſel. l.6. c.49. & 55. Iuo p.5. c.124. Pann. 3. c.11.

De hinc diſponitur, qualiter eccleſiaſtica officia ordinantur, in concilio Carthag.4.c.2.

¶ Qualiter ordinetur epiſcopus. Cap. VII.

EPiſcopus, cum ordinetur, duo epiſcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem [b] ſuper caput, & ceruicem eius; & vnus ſuper eum fundendo benedictionem, reliqui omnes epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant.

Et eo. concilio c.3. Polyc.2. tit.32. Anſel. l.7. c.53. Iuo par.6. 12. Pann. l.3. c.18.

¶ Qualiter ordinetur presbyter. Cap. VIII.

PResbyter cum ordinatur, epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenente, etiam omnes presbyteri qui pręſentes ſunt manus ſuas iuxta manum epiſcopi ſuper caput illius teneant. Sicut autem in die ſuæ ordinationis ſacerdos orario vtroque humero ambitur; ita tempore conſecrationis eodem orario debet vti inſtanter.

Vnde in concilio Bracarenſi 3. c.3. legitur.

¶ Quod quiſque accipit tempore conſecrationis ferat tempore oblationis. Cap. IX.

ECcleſiaſtica, & antiqua inſtitutione præfixum nouimus, vt omnis ſacerdos cum ordinatur orario [c] vtroq. humero ambiatur, ſcilicet vt qui imperturbatus præcipitur conſiſtere inter proſpera & aduerſa, virtutum ſemper ornamēto vtroque circumſeptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore ſacrificij non aſſumit quod ſe in ſacramento accepiſſe non dubitat? Proinde modis omnib. conuenit, vt quòd quiſque percepit in conſecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione ſuæ ſalutis; ſcilicet, vt cum ſacerdos ad ſolennia miſſarum accedit, aut per ſe Deo ſacrificium oblaturus, ac ſacramentum corporis [d] & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſumpturus, non aliter accedat, quam orario vtroque humero circumſeptus, ſicut & tempore ordinationis ſuæ dignoſcitur conſecratus, ita vt de vno eodemque orario ceruicem [e] pariter, & vtrunque humerum premens ſignum in ſuo pectore præparet † crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitę ſubiaceat.

† præferat.] manuſcr.

4 *Dalmaticis autem nec epiſcopis, nec diaconis abſque Apoſtolica licentia vti permittitur.*

Vnde Gregorius Aregio epiſcopo Francorum. lib. 7. epiſt. 111.

¶ Caſus ſequentis c. & §. per ſe planus eſt.

b ¶ Codicem.] Conſueuit quęri, an qlibet iſtorum epiſcoporum ordinet epiſcopum, & an appoſitio libri ſit de ſubſtantia conſecrationis; & poteſt dici, quod nullus ſolus eum ordinat: ſed quilibet eorum conſecrat eum: quia conſecrare eſt cum alio ſacrare, vt 24. q.1. pudenda. ſicut plures ferūt trabem ita quod nullus per ſe ff. ad legē Aquil. ita vulnerat. §.1. nō autem credo qlibet ſit de ſubſtantia cōſecrationis. 1

Epiſcopus ſolus conſecrare nō poteſt epiſcopum.

Conſecrare quid eſt.

ECcleſiaſtica.] CASVS quidā epiſcopi vel ſacerdotes cū cātabant Miſſam, non habebant orarium, id eſt, ſtolam, quęſitum fuit in concilio Bracharen. quid iuris eſſet? Et reſpondet qꝑ ſicut in die ſuæ ordinationis habuerunt orarium, ſic cum Miſſam cantant orariū teneāt, quod vtriq; humero atribuat; & qui aliter fecerit, debet excōmunicari. Sequens §. patet.

c ¶ Orario.] Id eſt, ſtola.

d ¶ Corporis. 2 [Mo. qꝑ ſi in ægritudine ſumit ſacerdos Euchariſtiam, circumdabit ſtola vtrumq; humerum.

2 Conſecrationis Euchariſtię. Hug.

e ¶ Ceruicem.] Si ſacerdos legit Euāgelium, nunquid vtetur ſtola ſecundum

fin. ſimiliter ad pecuniariam pœnā ſe poteſt obligare. 21. [5. ſi quis cuiuslibet extra de arbit. cum dilecti 1. Sed nunquid pęna ſoluta poteſt agi ad obedientiam, vel ad id quod promiſſum eſt ſub pęna, vel an ſufficiat tantum pęnam eſſe contentum? De hoc dic, vt no. 25. q.2. quęcunque.

1 De hoc etiam no. ... qui quis presbyter.

qd diaconus? Arg. qꝑ ſic, vt 93. diſt. præcipimus. & 94. diſt. c.1. & 2. Potius credo ſequendam conſuetudinem, vt 12. diſt. ſcit. maximè de his, quæ breuiter ſunt edita, ff. de ventre inſpicien. l. 1. §. vlt. 3.

DALMATICIS.] Hæc eſt quarta pars vbi querit quid iuris de dalmaticis. Ioan. de Fan. &c.

3 Lu. & Hu. dicunt hoc non eſ-

¶ Abſque Apoſtolica licentia Dalmaticis nec epiſcopis, nec diaconis vti licet. Cap. X.

Anſ.l.6.c.88. al.96.

COmmunis filius [a] Petrus Diaconus nobis innotuit, quòd fraternitas veſtra tempore, quo hic fuit popoſcerit, vt ſibi & archidiacono ſuo vtendi dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum ſuorum infirmitate [b] cõpulſus feſtinanter abſceſſit, vt nec ipſe mœror incumbens diutius. (vt dignum erat, & res deſiderata poſcebat) ſineret permanere, & nos in multis implicitos, eccleſiaſticæ rationis conſideratio nouum [c] hoc inconſulte, & ſubito nõ permitteret indulgere; idcirco poſtulatę rei prolongatus effectus eſt. Nunc vero charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis noſtrę ſerie, petita concedimus, atque te, & archidiaconum tuum dalmaticarum vſu decorandos eſſe conceſſimus, eaſdemque dalmaticas dilectiſſimo filio noſtro Cyriaco abbate deferente tranſmiſimus.

¶ Qualiter ordinetur Diaconus. Cap. XI.

Ex conc. Carth.4 c. 4. ordo Romanus par. 91. col. 1. Poly l.2.tit.32. Anſel.l.7.c.52.al.50 Iuo par.6.c.13. Ian.n.l.3.c.34.

DIaconus dum ordinatur, ſolus epiſcopus [d], qui cum benedicit manum ſuper caput illius ponat; quia nõ ad ſacerdotium ſed ad miniſterium conſecratur.

¶ *Quæritur autem, an poſt benedictionem manus presbyterorum, & diaconorum chriſmatis liquore debeant perungi.*

De his ita ſcribit Nicolaus Papa Radulpho archiepiſcopo Bituricenſi.

¶ Nec presbyteris, nec diaconis in conſecratione; chriſmate manus perungere licet. Cap. XII.

Iuo p.6.c.121.

PRæterea ſciſcitaris, vtrũ ſolis presbyteris, an & diaconis debeant, cum ordinantur, manus chriſmatis [e] liquore perungi. Quod in ſancta hac Romana eccleſia, cui Deo auctore deſeruimus, neutris agitur. Sed & quia ſit à nouæ legis miniſtris actum, nuſquam (niſi nos fallat [f] obliuio) legimus. Ergo B. Innocentij Papæ canonica decreta ad ſanctitatem tuam tranſmittimus, & quæ tibi ſint in conſecrationibus, & ordinibus † obſeruanda, principia paginæ ad decentium Eugubinum epiſcopum miſſæ te affatim † edocebunt.

Inno. PP. 2 ep. 1.
† *al. ordinationibus.*
† Adde de hac dictione affatim, dot. in c. vni. in gl. ſuper ver. affatim, extra de reli. domi. lib. 6. & per Archi. hic.

COmmunis filius. CASVS. Epiſcopi & archidiaconi olim dalmaticis non vtebantur niſi Papæ eis concederet ſpecialiter quare Aregius epiſcopus ſupplicauit Papæ per Petrum diaconũ, vt cõcederet ſibi, & archidiacono ſuo vſum dalmaticarum: ſed tunc temporis Papa non conceſſit; quia Petrus nuncius epi cito receſſit propter infirmitatẽ ſuorum hominum, & quia Papa multis implicitus negotijs erat illud nouum ſubito & inconſulte ſibi concedere non potuit: nunc vero concedit eis priuilegiũ vtendi dalmaticis, & eas per Cyriacum abbatem ſibi tranſmittit. Quod ſequitur planũ eſt vſque ad capitulũ, pterea.

a ¶ Communis filius.] Ille diaconus.

b ¶ Suorum infirmitate] Nota quod ꝑpter infirmitatẽ ſuorum poteſt aliqs ſe excuſare, ſicut propter timorem ſuorũ, vt extra de appe. ex parte. Item nota ꝙ propter intemperiem loci aliquis excuſatur, vt hic, & 74. diſtin. quondam Argu. cõtra extra. de dolo & contumac. cum dilecti. in fi. Ioan.

c ¶ Nouũ. & Not ꝙ ea q̃ de nouo petunt non ſine magna deliberatione cõcedũtur, vt hic, & 16. q. 1. in parochia. maxime à Romana eccleſia, q̃ oĩa cũ magna maturitate ſolet tractare, vt 35. q. 9. apoſtolicæ. quia in rebus nouis conſtituẽdis euidẽs debet eſſe vtilitas, vt eſt ff. de cõſtitut. princip. in reb. hodie vero diaconi indiſtincte vtũtur dalmatica. vt 11. q. 3. eps aut pſbyter 76 d. 1. de ieiunio.

d DIaconus dum ordinatur, ſolus epiſcopus. Sacerdoti autem imponunt manus omnes presbyteri aſtantes, vt ſupra cã. presbyter.

QVÆRITVR. Hæc eſt quinta pars diſt. vbi quæritur, vtrum ſacerdotes vngantur oleo vel chriſmate, & reſpõdetur quod oleo tantum Ioan. de Fan.

PRæterea.] CASVS. Bituricen. archiepiſcopus quaſiuit a Papa, an manus presbyteris tantum debeant vngi chriſmate. an etiam presbyteris & diaconis, quando ordinantur? & reſpondit Papa, ꝙ neutris debet hoc fieri; ſed tranſmittit eum ad decreta Innoc. ubi in prima pagina ad Decentium epiſcopum miſſa inueniet quæ ſunt in conſecrationibus obſeruanda.

e ¶ Chriſmatis.] Manus ſacerdotis inunguntur oleo ſimiliter inungitur & brachium ſiue humerus principis: ſed & manus & caput epi inungitur chriſmate, vt extra de ſacra vnc. cum veniſſet in fin. contrarium hic aſſignatur 16. q. 1. §. ecce ſufficienter. vbi dr̃, ꝙ manus ſacerdotis ſicut manus epiſcopi conſecrantur: ſed verum eſt, ꝙ conſecrantur oleo, ſed non chriſmate 2. vt dixi. ff. autem aliquis eſt vnctus oleo pro chriſmate vel econuerſo: nihilominus ordinatus eſt: ſed ſuppleri debet id quod omiſſum eſt, vt extra de ſacra. non ite. paſtoralis.

f ¶ Fallat.] Non ergo Papa habet omnia iura in pectore ſuo 3. vnde etiam Vrbanus dicit, quod non reperitur prohibitum quin vir & vxor ſimul poſſint ſuſcipere puerum, vt 30. q. 4 quod autem. & tamen anteceſſor huius Leo illud prohibuerat. de conſecra. diſtin. 4. non plures. & hoc concedo. Quod autem dicitur quod Papa habet omnia iura in pectore ſuo 4 vt C. de teſti. omnium. verum eſt per interpretationem: quia omnia

ſe in iure determinatũ & ideo ſtatur cõſuetudini, alias credit verũ eſſe qđ contra prox. dictum eſt, ſcilicet ꝙ debet ſtolam habere vt diaconus, Scripſit etiã Lau. de ſubdiacono: ſtolã quã portat in manu ſiniſtra conſuetud ne reperitur, non iure.

Loci intemperies excuſat.

1 Hoc cap. nõ videtur hoc probare: quoniã ibi habetur de alba ſic. 93. diſt. diaconus in cõuentu. ſed Hug. & Lau. intelligunt albam id eſt dalmaticã. ſic etiam exponitur in præcedenti ca. diaconus.

2 Vnde ꝙ hic dicit, chriſmate, ſol. contrarium quam in [illegible] dicit de vnctione olei ſecundum Lau.

3 Hoc non vr̃ procedere hic. nam hic nõ erat obliuio iuris ſed exemplorum, ſecundũ Laur.

4 Ad hoc ia cit l. pe. C de his q vt indig. qñque tamen papa vel Imperator errant in iure, vt l. 3. §. fi. & ibi gl. ff. de ſupp. leg. adde. Bal. in l præſcriptione. col. 6 C. ſi. contra ius vel vtil. publi.

omnia interpretari poteſt. nam & quandoque impeditur minori intelligentia, vt extra de cenſi cũ inſtantia.

QVorundam.] CASVS. Vnus in presbyterum, duo in leuitas promoueri volebant: epiſcopus autem cũ pateretur infirmitatem oculorum, manum ſuper caput ordi-

& de ordinatis. & reſpondet, vt epiſcopus qui defunctus eſt, relinquitur diuino examini: ordinati uero careant ordine, quem peruerſè acquiſiuerunt.

¶Caſus autem alij qui ſequuntur vſq; in fi. diſtin. plani ſunt. & per te facile videbis.

PALEA Cap. XIII.

Ex conc. Hiſpalen. 2. cap. 5. Burch. l. 1. c. 3. Iuo par. 5. cap. 113. & par. 6. c. 202.

EX a epiſtola ſimplicij Papæ Seuero, & Florentino epiſcopis directa. Ad cognitionem noſtri examinis, G...renenſis diaconi relatu, peruenit de quibuſdã ipſius eccleſiæ clericis, quorum cum unus ad presbyteriũ, duo ad leuitarum miniſteriũ conſecrarentur, epiſcopus eorum, oculorum dolore detentus fertur manum ſuam ſuper eos tantum poſuiſſe, & presbyter quidam illis cõtra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe: qui propter tãtam præſumptionis audaciam poterat accuſatus iudicio præſenti dãnari, ſi adhuc in corpore poſitus, non fuiſſet mortis vocatione præuentus. Sed quia iã ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non põt, ij, qui ſuperſunt, & ab eo nõ conſecrationis titulum, ſed ignominiæ potius elogiũ acceperunt, ne ſibi licentiã talis vltra vſurpatio faciat, decreuimus, vt à gradu ſacerdotalis, vel leuitici ordinis, quem peruerſè adepti ſunt, depoſiti æquo iudicio abijciantur. Tales enim merito iudicati ſunt remouendi; quia prauè inuenti ſunt conſtituti.

a ¶Ex epiſtola.] *Hac palea in nullo manuſcripto exemplari eſt inuenta. Burchardus & Iuo ante hoc caput, quod incipit,* Ad cognitionem, *referunt aliud quoddam caput, quod incipit,* Relatio, *ex epiſtola* Simplicij *miſſa* Equitio Florentio, (*ſiue Florentino*) *& Seuero epiſcopis. Quamobrem inde poteſt huc eſſe tranſlatus titulus. Cæterum caput hoc a Burchardo citatur ex concilio Bragga; & Iuone in quinta quidem parte, c. 213. ex Carthaginen. 1, in ſexta uero, c. 102. ex Hiſpalenſi 2 c. 5. quo ẽt loco extat & ſequens caput,* Quorundam *eſt quaſi huius ſumma.*

Item quæritur, an eorum ordinatio ſit rata habenda, quibus epiſcopus oculorũ languore detentus manus imponit & presbyter ſuper eos orationem dicit.

De his ita ſtatutum eſt in concilio Toletano.

In concil. Hiſpalen. 2. c. 5.

¶Et ordinator & ordinatus damnationis ſubeat pęnam, cum epiſcopus manum imponit, & alius orationem dicit. Cap. XIIII.

QVorundam clericorum, dum vnus ad presbyteriũ, duo ad leuitarum miniſteriũ ſacrarentur, epiſcopus oculorum dolore detentus, fertur, manum ſuã ſuper eos impoſuiſſe [a] tantum, & presbyter quidam illis cõtra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe. Sed quia iã ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari nõ poteſt [b]; ij, qui ſuperſunt, gradum ſacerdotij, vel leuitici ordinis, quem peruerſè adepti ſunt, amittant [c].

Ordo Romanus pag. 91. Romanus de inſtit. cler. l. 1. c. 8.

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 5.

6 ¶Qualiter ſubdiaconus ordinetur. Cap. XV.

SVbdiaconus, cum ordinatur, quia ma-

a Impoſuiſſe.] Hic habes ꝙ duo imperfecta ſacramenta nõ conſtituunt vnum perfectum [1], & hoc ideo quia ſacramenta ſunt vnitatis, de conſec. diſtin. 2, quia paſſus, & vnitas diuiſionẽ nõ recipit. 24. q. 1. loquitur. 2. Idẽ dico in ſacramento baptiſmi & eucharistiæ, & in omnibus illis vbi certa forma deſiderat, ꝙ duo imperfecta non faciunt vnũ perfectũ. Idẽ eſt in excuſatione tutorum, ꝙ duæ imꝑfectę excuſationes nõ faciunt vnã perfectam, vt C. qui numero tutela. l. 1. Idẽ eſt in ſtipulatione, qa illa nõ diuidit. ff. de verb. obl. l. 1. & l. cõtinuus. Sed ſacramentum ſolennitatis (vt eſt Miſſa) bene diuiditur: & ibi duo imperfecta faciunt vnum perfectũ, vt 7. q. 1. nihil.

1 Arg. cõtra 16. q. 3. §. pſcriptionũ ver. ꝙ ſi ab eo. ubi. de hoc in glo. ar. aliqua, &c.

2 Adde gl. huic cõtrari. in ca. nihil. in verb. presbytero. inf. 7. q. 1. & concor. eas, ut ibi.

b ¶Non põt.] Quia crimina morte extinguunt, & nullus poſt mortem poteſt accuſari, vt 24. q. 2. c. 1. ff. de bonis eorum qui ante ſententiam mortem ſibi conſci. l. ult. & 23. q. 2. admonere, niſi in crimine hęreſis, vt 24. q. 2. ſane 2. vel ſi aliquis hæreticos iſtituit hęredes, vt extra de hære. ſi qs epſ, vel ſi in notorio crimine deceſſit, vt 8. d neque. prout conſueuit notari 24. q. 2. in sũma.

Defunctus de quibuſdã criminibus poteſt accuſari.

c ¶Amittãt.] Et tamen nunquã eũ receperunt: & ita aliquis dicit amittere quod nunquam habuit, vt 5. q. 6. qa. 23. q. 4. Guiliſarius.

ADDITIO. Ad idẽ 17. diſt. concilia ubi de hoc. Archid.

SVbdiacon⁹.] Hæc eſt ſexta pars diſ. in qua ꝓbat ꝑ xvij. ca. qualiter minores ordinãtur. Io. de Fã. & P. Ab hoc loco uſque ad finem diſtinctionis pone caſum, quia litera plana eſt.

nandorum impoſuit, & presbyter quidam orationem dixit: quærebatur quid deberet fieri de epiſcopo,

a ¶Quia

a ¶Quia manus.] Scilicet conſecratoriam,ſeu ordinatoriam accipit.
b ¶Impoſitionem.] Verum eſt,ꝙ non imponitur manus ſuper caput [1] ſubdiaconi ſicut ſuper caput diaconi vel ſacerdotis:ſed imponitur manus ſuper ipſum ſm quòd impoſitio manus idem eſt, ꝙ ordinatio: & ſic non obſtat contrarium 79. diſt. quoniam. ubi dicitur,ꝙ etiā lectori manus imponit. dist.perlectis. vbi dr̃, ꝙ collatio illorum ordinum ſpectat ad epm̃: ſed illud verum eſt de ſolemni ordine.
l ¶Debet.] Parum. Nam magnitudo coronæ eſt ſignū conuerſionis, vt extra de ſucceſſ.ab inteſt.cum dilectus in parte deciſa. duodecim.1.q.1.duo.

nus [a] impoſitionem [b] non accipit,patenam de manu epiſcopi accipiat vacuam,& calicem vacuum:de manu vero archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua †, mantile, & manutergium.

a ¶Pro- Iſidorus lib.2.offic. cap.10. Poly.l.2.tit.32. Anſel.l.7.c.58. Iuo p.6.c.14. Pann.l.3.c.35.

Item ex eodem concilio,c.6.

¶Qualiter acolythus ordinetur. Cap. XVI.

ACOlythus cum ordinatur, ab epiſcopo quidem doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat: ſed ab archidiacono accipiat ceroferarium [c] cum cereo,vt ſciat ſe ad accendenda [d] eccleſiæ luminaria mācipari: accipiat & vrceolum [e] vacuum ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiam [f] ſanguinis Chriſti.

Poly.ibidem. Anſel.li.7.c.58. Iuo p.6.c.15. Pann.l.3.c.35.

Item ex eodem c.7.

¶Qualiter exorciſta ordinetur. Cap. XVII.

EXorciſta cum ordinatur, accipiat de manu epiſcopi libellum,in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi epiſcopo:[Accipe & commenda memoriæ,& habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, [g] ſiue baptizatum,ſiue cathecumenum.]

Poli.l.2.tit.32. Anſel.lib.7.c.57. Iuo p.6.c.16. Pann.li.3.c.27.

Item ex eod.concilio,c.8.

¶Qualiter lector ordinetur. Cap. XVIII.

LEctor cum ordinatur,faciat, de illo epiſcopus verbū ad plebem, indicans eius fidem,ac vitam, atq; ingenium: poſt hæc, ſpectante [h] plebe tradat ei codicem, de quo lecturus eſt,dicens ad eum: [Accipe,& eſto relator† verbi Dei,habiturus,ſi fideliter & vtiliter impleueris officium partē cum eis:qui uerbum Dei miniſtrauerint †.]

Poly.ibidem. Anſ.li.7.c.55. Iuo par.6.c.17. Pann.li.3.c.38. † *al. lector.* † *bene adminiſtrauerunt*

Item ex eodem,c.9.

¶Qualiter oſtiarius ordinetur. Cap. XIX.

OStiarius cum ordinatur, poſtquam ab archidiacono inſtructus fuerit,qualiter in domo Dei debeat conuerſari ad ſuggeſtionē archidiaconi tradat ei epiſcopus claues [i] eccleſiæ de altario,dicens: [Sic age,quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.]

Poly.ibidem. Anſ.li.7.c.54. Iuo p.6.c.18. Pann.li.3.c.39.

Item ex eodem concilio,cap.10.

¶Qualiter pſalmiſta ordinetur. Cap. XX.

PSalmiſta, ideſt cantor, poteſt abſq; licentia epiſcopi, ſola [k] iuſſione presbyteri officium ſuſcipere cātandi,dicente ſibi presbytero:[Vide,vt quod ore cantas,corde credas,& quod ore credis, operibus comprobes.]

Poly.ibidem. Anſel.li.6.c.53. Iuo p.9.c.19. Pann. lib.3.c.40.

Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput deſuper in modum ſphæræ raſum eſſe debet.

Vnde Anicetus Papa epiſcopis Galliæ.

c ACOlythus.] Ceroferarium.] ideſt,candelabrum.
d ¶Ad accēdenda.] Nō in lampadibus, ſed cum legitur Euāgelium, vt 21. diſt. cleros.
e ¶Vrceolum.] Ad vinum.
f ¶Euchariſtiam.] ideſt,calicem.
g EXorciſta cum.] ¶Super energumenum.Energumeni dicuntur lunatici & obſeſſi à dæmonibus:ab eo, ꝙ eſt in: & erge, ꝙ eſt labor: & mene, quòd eſt defectus:ꝙ eſt quaſi in opere deficiens. Archid.
h LEctor.] Spectāte.]67.diſ. reliqui cōtra,vbi dr̃, ꝙ eps minores ordines poteſt conferre ſub teſtimonio triū. Sed hic loquitur de ignotis.
i OStiarius.]¶Claues.]Vt eijciat excōmunicatos, & infideles [2] vt 21.diſ. c.1.in fi.
K PSalmiſta.]¶Sola.]De abbatibus [3] nō dubitatur & choriepiſcopi, q minores ordines cōferant,inf.68. diſtin. quamuis.& 69.diſt. qm̄. ſimiliter eps,q renunciauit epiſcopatui. extra de eo q renun. epi. requiſiuit. Sed qualiter ſacerdotes conferunt ordinem primum, cum ordinari nemo poſſit ſine titulo, vt 70.diſtin. c.1.& ſolus eps titulum confert,vt 26.q.7.c.nullus.& ext. de offic. archidia. cum ſatis. Sed hoc uerū eſt de maiorib. ordinibus. Vel dic ꝙ poſſunt aſſignare titulū,ſed nō curā animarum. Signatur contrariū 25.

1 Hic videas qđ legitur, & no. 5. 6. quia. 1. reſponſo.
Energumeni.
2 Et recipiat fideles.Arc.
3 Scilicet benedictis: aliàs non eſt uerū ꝙ minores conferant,vt dicā in hoc cap. qm̄.hic alle. Archid.

Archid. Corona nō debet eſſe magna.
† *al. aqua manili.*

a P Rohibere.] Iuxta Apoſtolum. In epiſtola ad Corinthios dicitur 1 Vir ſi comam nutrit, ignominia eſt ei. mulier ſi coman nutrit, gloria eſt ei.
b ¶ Spheræ.] inf. 12. q. 1. duo.
Clerici.

C Lerici.] Etiam vxorati, vt extra de vi. & hon. cler. clericus. 32. diſt. ſi quis vero: ſed illud poteſt intelligi ſi vult gaudere priuilegio clericali, alias ſecus, vt 84. diſt. quiſquis. Ioan. Ego dico, quod clericus coniugatus non poteſt gaudere priuilegio clericali: nec debet ferre tõſuram cũ hoc faceret in vituperium ordinis clericalis, vt extra de cler. coniug. c. Ioannes. Bar.

Apoſtolus ſi dixit illud gñaliter non de clericis tantum, ſm Laur.

Clericus cõiugatus non gaudet priuilegio clericali.

Iuo p. 6. c. 46.

¶ Clerici comam nutrire prohibentur. Cap. XXI.

P Rohibete fratres per vniuerſas regionum veſtrarum eccleſias, vt clerici iuxta Apoſtolum [a] comam non nutriant, ſed deſuper caput in modum ſphæræ [b] radant.

Item ex concilio Agathenſi, c. 20.

Iuo cõcor. p. 6. c. 265 & 378.

¶ De eodem. Cap. XXII.

C Lerici [c], qui comam nutriunt, ab archidiacono etiã ſi noluerint inuiti detondeantur. Veſtimenta etiã, vel calceamenta eis, niſi quæ religionem [d] deceant, vti, aut habere non liceat.

ADDITIO. Adhoc plene notatur 50. d. ca. vl. 20. q. 3. eos. & 32. d. ſi qui. Arch.
d ¶ Religionem.] Alioquin perdit priuilegium clericale. extra de vit. & hon. cler. cap. vlt. extra de ſen. excom in audiẽtia. De habitu clericorum plene habes 21. q. 4. in ſumma.

Item Gregorius ii. in concilio Romæ habito in Baſilica ſancti Petri, c. 17.

Extra de vit. & ho. cle. c. ſi quis.

De eodem. Cap. XXIII.

S I quis ex clericis relaxauerit comam [e], ſit anathema [f].

e S I quis.] ¶ Comam, vel barbam, vt extra de vi. & hon. cler. c. 5.
f ¶ Sit anathema.] videtur ergo, quod omnis apoſtata ſit excommunicatus, vt extra de apoſt. ca. 1. & infamis eſt 3. q. 4. quis a vero † 6. q. 1. infames, quod non concedo 2 & expone ſit, ideſt, fiat: nam & monachus in apoſtaſia poteſt recipere ordinem, vt extra de temp. ord. ex parte. & Innoc. dicit, quod admoneri dẽt priuſquam ſuſpendatur, vt extra de ſent. excom. ſacro.

Apoſtata qlibet ſit excõicatus.

† al. ſi quis vero a ſuo.
2 Dicas, quod nõ põt veru intelligi in clerico ſæculari, nam in regulari ſecus, vt extra lib. 6. ne cle. vel mon. vt periculoſa. Archi. 1.

Item ex concilio Carthag. 4. c. 11.

Poly. l. 4. tit. 35
Burc. l. 8. c. 23.
Iuo p. 7. c. 43.
† al. ſui.

¶ Quibus veſtibus monialis ſit induenda, cum conſecratur. Cap. XXIV.

S Anctimonialis virgo, cum ad conſecrationẽ ſuo † epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur, qualib. ſemper [g] vſura eſt, profeſſioni, & ſanctimoniæ aptis.

S Anctimonialis] g ¶ Semper 3. & ẽt in lecto, & ĩ infirmitate vt 20. q. 2. vidua

Vaſa quoque ſacrata, & veſtimenta altaris mulieres Deo dedicata contingere, & incenſum circa altaria deferre prohibentur.

Vnde Soter Papa omnibus epiſcopis Italiæ. epiſt. 2.

Poly. 3. tit. 9.
Anſ. l. 7. c. 240.
Bur. l. 3. c. 215.
Iuo p. 2. c. 72. & p. 3 c. 265.

¶ Veſtimenta altaris, & vaſa ſacrata mulieres tangere prohibentur. Cap. XXV.

S Acratas Deo fœminas, vel monachas [h] ſacra vaſa, vel ſacratas pallas [i] penes vos contingere, & incenſum circa altaria deferre perlatum eſt ad apoſtolicam ſedem: quæ omnia reprehenſione plena eſſe, & vituperatione, nulli recte ſapientum dubium eſt. Quamobrem huius ſanctæ ſedis auctoritate hæc omnia vobis reſecare funditus quanto citius poteritis, cenſemus. Et ne peſtis [k] hæc latius diuulgetur, per omnes prouincias abſtergi citiſſime mandamus.

h S Acratas.] ¶ Monachas.] non ſacratas.
i ¶ Sacratas pallas.] ſcilicet corporalia.
K ¶ Et ne peſtis.] Sic ſup. 8. d. male.

3 Et eſt arg. quod monachus electus in epiſcopũ non debet habitum mutare ſm Laur. Ad idem extra de vit. & hon. cleri. in magno. in ſi. & hoc argu. ſumit ex eo, quod hic dicitur, ioan p.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 21.

Anſ. l. 7. c. 90.
Iuo p. 3. c. 105.

¶ Sacrarium ſubdiaconus ingredi non licet. Cap. XXVI.

N On oportet ſubdiaconos licentiam habere in ſacrarium [l], ſiue ſecretarium (quod Græci diaconium [m] appellant) ingredi, & contingere vaſa Dominica.

N On oportet ſubdiaconos.]
l ¶ Sacrarium.] ideſt, altare: ne ſit contra inf. ea. nõ liceat.
m ¶ Diaconiũ.] Diãconiũ appellat altare, quia ibi diaconus miniſtrat Sacerdoti.

Item ex eodem, c. 22.

Anſ. l. 7. c. 88.

¶ De eodem. Cap. XXVII.

M Iniſtrum [n] non oportet vti orarijs, nec hoſtias derelinquere [o].

n M Iniſtrum.] ideſt, ſubdiaconum.
o ¶ Derelinquere.] ſed ſumere dẽt eas cũ alijs miniſtris, vt de conſe. d. 2. tribus.

¶ Mu-

a MVlier.] ¶Docere non præſumat.] Hoc.n.eſt ſacerdotale officium, vt 16.q.1. adijcimus. idem plenius habet 33.q.5.mulierum.
ADDITIO. Idem Hug.not. hic, ſcilicet, quòd habent a Papa liberam licentiam docendi, & prædicandi populo, ſecundum Laurent.
b ¶Laicus.] Arg.cõtra templarios & hoſpitalarios. Sed illi non dicuntur laici, cum ſint Deo deuoti, vt 12.q.2.duo. vel ipſi hẽnt hoc ex ſpeciali priuilegio.

Templarij, & hoſpitalarij non ſunt laici.

c ¶Præſentib.] Maxime: nã nec abſentibus, quomodo em̃ prædicabit quis, niſi mittatur? extra de hær. ad abolendam. & cap. cum ex iniuncto.
d NOn oportet inſacratos.] Ideſt, non ſacros.
e NOn liceat.] ¶Portare. In proceſſione, & vocat hæc vaſa ſacra; vbi continentur reliquiæ.
f NOn liceat.] ¶In ſecretario.] Hic ſecretarium dicitur locus, in quo ſacra vaſa ponuntur. & ſic non eſt contra ſupra ead. diſt. non oportet. vbi dicitur, quod ſubdiaconi ſecretarium ingredi non debent.
g SPonſis.] ¶Vel a paranymphis.] ideſt, parentibus vel ancillis, & dicũtur paranymphæ, quaſi parantes nympham.
ADDITIO. Dicas ꝙ paranymphi, vel paranymphæ ſunt cuſtodes puellæ ei aſſiſtentes, & docentes qualiter ſe debeant hr̃e. a para, quod eſt iuxta, & nympha ꝙ eſt puella, ſecũdum Hug. Vel hic, a lympha, ideſt, aqua, ſecũdum Laur.
h ¶In virginitate.] alibi dicitur de biduo, vel triduo, vt 30 q.5. aliter. Sed intelligo, & illud, & iſtud eſſe conſilium.

a ¶Hoſtias.] *Vera lectio, quæ habetur etiam in aliquot manuſcriptis, eſt, oſtia, ſed ob gloſſam non eſt reſtituta.*

Item ex eodem, c.23.

¶De eodem. Cap. XXVIII.

NOn oportet lectores, aut pſalmiſtas orarijs vti, & ſic legere, aut pſallere. Anſ.l.7.c.89.

Item ex concilio Carthagin.4.c.98.& 99.

¶Mulier in conuentu viros docere non permittitur. Cap. XXIX.

MVlier quamuis docta & ſancta, viros in conuentu docere non præſumat.[a] Laicus [b] autem præſentibus [c] clericis (niſi ipſis rogantibus) docere non audeat. Inf. de conſe.d.4.c. mulier. Burc.l.8.c.13. Iuo p.7.c.101. & p. 8.c.324. Ibid.c.98.

Item ex concilio Agathenſi.c.66.

¶Miniſtris non ſacratis vaſa Dominica contingere non licet. Cap. XXX.

NOn oportet inſacratos [d] miniſtros licentiam habere in ſacrarium (quod Græci diaconium appellant) ingredi, & contingere vaſa Dominica. Fere idem ſu. ea. c. non oportet ſubdiaconos.

Item ex concilio Bracharenſi, 1.n.28.

¶Cuilibet ex lectoribus vaſa ſacra altaris portare non licet. Cap. XXXI.

NOn liceat cuilibet ex lectorib. ſacra altaris vaſa portare [e], nec alijs, nec ijs, qui ab epiſcopo ſubdiaconi fuerunt ordinati. Apud Marti Braca. inf. c. græc. ſynod. c.41.& c.66.

Item ex concilio Martini Papæ, c.41.

¶De eodem, vt clerici comam non nutriant. Cap. XXXII.

NOn liceat cuilibet miniſteria tangere, niſi ſubdiacono, aut acolytho in ſecretario [f] vaſa Dominica. Iuo p.6.c.377. Ibid.c.66. Iuo p.6.c.378. ¶Nec oportet clericos comam nutrire, & miniſtrare: ſed attonſo capite, patentibus auribus, & ſecundum Aaron talarem veſtem induere, vt ſint in habitu ornato. Exod.22.

Item ex concilio Carthagin.

¶Qualiter ſponſus, & ſponſa ſint benedicendi. Cap. XXXIII.

SPonſus, & ſponſa cum benedicendi ſunt a ſacerdote, a parentibus ſuis, vel a paranymphis [g] offeruntur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerẽtia ipſius benedictionis in virginitate [h] permaneant. inf.30.q.5.c.Spõſus Burc.l.9.c.5. Iuo p.8.c.143.

DISTINCTIO XXIV.

QValiter ep̃s ſit examinãdus, & qualiter ipſe ſimul cũ reliquis infra ipſum cõſtitutis ſit ordinãdus, breuiter mõſtratũ eſt. Nũc aũt[i] videndũ eſt de ſacerdotib, & reliq̃s, an ſine examinatiõe ſint ꝓmouẽdi. De his

QValiter epiſcopus.] Hæc d. diuiditur in tres partes: in quarum prima dicitur, quòd probatæ vitæ debent eſſe ad eccleſiam ſacerdotes: & adhoc tres canones inducunt. Secunda, ibi, [Cum itaque] Tertia, ibi, [Quæritur quid fieri.] Ioan. de Fan.

CASVS. Supradictum eſt, qualiter epiſcopus ſit examinandus, & qualiter ipſe ſit ordinandus. In hac vero 24. diſt. quæritur de ſacerdotibus, & reliquis clericis, an ſine examinatione ſint promouendi, & probat Gratianus auctoritate Pauli, ꝙ examinandi ſunt, dicentis: Manum cito nemini impoſueris, & nihil ſine præiudicio facias, ideſt, præcedente iudicio, ideſt, ſine præexaminatione. Item probatur per ſequentia. Et caſus primi capituli per ſe patet.

i ¶Nunc autem.] In hac diſtin. agit magiſter de examinatione clericorum. Primo oſtendit oẽs examinandos eſſe

Et hoc uſque ad §. 1. …ū itaq;. Et hoc ta… ab illo §. …um itaque …ſque ad §. …aitur.

eſſe 2. Secundo oſtendit qualiter & quando examinandi ſunt, & à quibus 2. Tertio qualiter puniantur, qui ſine examinatione promouentur.

a ¶Manus.] 78. diſt. quid eſt.

ADDITIO. Et extra de elec. cum nobis olim. & eſt hoc c. ſe-

Epiſtola 1. c. 5. Paulo aliter in orig.

P Resbyteri.] CASVS vacante Stomeñ. eccleſia, defecit ſacerdos in eccleſia beati Eleutherij martyris, & cum illa eccleſia epo indigeret, nec erat eps, qui eū ordinaret clerici Stomenſis ciuitatis ſupplicauerunt Papæ vt præciperet Cœleſtino epiſcopo, quatenus nomine viſitatoris tantum & non tanquam proprius epiſcopus ordinaret in præfata eccleſia Iulianū præſbyterum diaconum in locum deficientis presbyteri electum. Præcipit ergo Papa epiſcopo Cœleſtino, vt Iulianum diaconum promoueat in presbyterum in prædicta eccleſia tātum nomine viſitatoris: & Fœliciſſimū in locum Iuliani ſubſtituat diaconū, vt eccleſia illa nec ſacerdote indigeat, nec miniſtro.

¶Caſus ſequētis capituli & §. patet.

ita ſcribit Paulus ad Timotheum: [Manus [a] *nemini cito impoſueris, & nihil ſine præiudicio* [b] *facias in alteram partem declinando.*

Ex decretis Silueſtri Papæ in Synodo Rom. c. 9.

¶De eodem. Cap. I.

Burch. li. 5. c. 34. Iuo p. 2. c. 45.

NVllus acolythorum vel ſubdiaconorum *a* rem conſecratam à presbytero alijs porrigat (quia aliud eſt miniſter, aliud aſſiſtens) niſi tantum ſupportet, quod ei ſacerdos impoſuerit ſuo ore benedictum.

a ¶Vel ſubdiaconorum.] *Verba hæc nō ſunt in ſynodo Romana ſub Sylueſtro ſed habentur apud Bur. burd… & Ioannem, & in ij Vaticanis Gratiani exemplaribus in quibus eſt hoc caput. Nam in antiquioribus non eſt. ſed poſt verſiculum*, declinando *ſequitur continenter*, Nullus ordinetur.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 22.

¶Ante probationem nullus ordinetur clericus. C. II.

Anſel. li. 6. c. 89. † nō probatur uel] orig.

NVllus ordinetur clericus niſi † probatus fuerit, vel epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio [d].

Item Gelaſius Papa Cœleſtino epiſcopo.

¶Ad miniſterium alicuius eccleſiæ, clerici eiuſdem promoueantur. Cap. III.

Anſel. li. 7. 95. al. † *Storienſis.*] Anſ.

PResbyteri, diaconi, & vniuerſi clerici Stomenſis † ciuitatis [e] petitorio nobis ſuggeſſere porrecto in eccleſia B. martyris Eleutherij epiſcopi (quæ in ſupradicta ciuitatis parochia *β* probatur eſſe conſtructa) presbyterū, qui conſtitutus fuerat, defeciſse, atq; in eius locum Iulianum diaconum ipſius eccleſiæ pro celebritate ipſius loci quantocyus debere ordinari. Et ideo frater chariſſime, ſi de eius vita, vel moribus nihil eſt, quod contra canonum veniat ſtatuta, ſupraſcriptū presbyterij honore decorabis, ſciturus [f], eum viſitatoris te nomine, non Cardinalis creaſſe [g] pontificis. Pariter etiam & Fœliciſſimū diaconum in eius eccleſiæ miniſterio, ſi conuerſatio eius patitur; ſubrogabis, vt locus proceſſionis celeberrimus ad myſteriorū † conſecrationem nec ſacerdote indigeat, nec miniſtro [h].

† *al. miniſteriorū.*

β ¶Parochia.] *In omnibus antiquis codicibus tam impreſſis, quam manuſcriptis ſic legitur: cuius uocis loco, in recens impreſſis erat poſitum*, paroecia. *ſed viſum eſt antiquam lectionem eſſe retinendam: præſertim cum dictio hæc etiam Græcè aptiſſimam habeat etymologiam.*

e ¶Ciuitatis.] Carētis epo. Sed nonne vacāte ſede epiſcopali capitulū potuit dare inueſtiturā, vt extra de hære. ad abolendam. & ext. de elec. quia diligentia [3]? Rñ. ꝙ inueſtitura tātū ad epiſcopos ſpectat, vt 16. q. 7. null'. Ioā. & eſt hodie expreſſam extra ne ſe. vac. illa. vbi dicitur, ꝙ capitulū nō ſupplet defectum epi in collation. b. pbēdarū B. Vel dic, ꝙ capitulū, iſtū diaconum nō potuit alienare ſede vacāte: qa eccleſiaſticæ res alienari nō pñt ſede uacāte, vt 12. q. 2. ſi. qua de rebus & 71. diſt. fraternitatem & maior eſt alienatio [4]. pſonæ, q̃ alienus rei, vt 12. q. 1. præcipimus. Sed quare non petebāt hoc ab archiepiſcopo? Forte quia eccleſia erat exempta. Itē quare non petebāt hoc à vicinis epiſcopis, vt 65. diſt. ſi forte? Rñ. forte nolebant: poterant enim ire ad Papam omnibus omiſſis medijs. ſicut ad eum appellatur omiſſis medijs. 2. q. 6. ad Romanam. & c. omnes. Vel capitulum ipſum elegit, & petijt a Papa confirmationem. nam idem non poteſt eligere, & confirmare.

3 Iſte decretales non ꝓbant intuētū id, ad qđ ꝓbandū inducuntur.

4 Dic ꝙ per cōfirmationē nulla fit alienatio: nec ꝑiudicatur futuro epo: & ſic loquitur extra de maio rit. & obed. hiſq; &c. eū olim Io. de Fan.

c. ſecundum Hug. & Lau.

b ¶Præiudicio.] ideſt, in præcedenti iudicio.

c ¶In alteram.] ideſt, in contrariam, prout ponitur 2. q. 3. §. notandum ibi præuaricator.

d NVllus ordinet.] ¶Teſtimonio.] Hic habes, ꝙ teſtimonium populi æquiualet examinationi. Vñ ſufficit ꝙ clericus ordinandus habeat famam pro ſe: & per hoc etiam patet, ꝙ noti non ſunt examinandi: ſed tantum ignoti, vt 47. diſt. de Petro, 84. diſt. ualde, extra de præſump. mandata. 2.

…ignoti ſunt examinandi …ꝙ non alij. De hoc …ſup diſt. …oxi. qui …ps. in prin. …tchid.

f ¶Sciturus] Semper hoc ergo eſt exprimendum, ne pro iure poſſit hoc in poſterum ſibi vendicare, vt 5. q. 1. pontifices extra de iure patr. ex literis.

g ¶Creaſſe] ideſt ordinaſſe illum.

h ¶Nec miniſtro.] Et ita quælibet eccleſia habebit ſacerdo-

cerdotem & diaconum alibi dicit, ꝙ habebit duos ſacerdotes. 7. q. 1. illud. & extra de fil. pſbytero. propoſuit.

a E Piſcopi.] ¶ Qui plurimo.] Tales enim præferendi ſunt alijs in ordine, & in dignitate 1. vt 61. diſt. c ſtatuimus, 75. diſt. c. vlt.

non fuerit in his tribus examinatus, deponendus eſt, vt extra de elect. nihil eſt.

f ¶ Iam condemnati.] Sunt ergo tales ipſo iure ſuſpenſi. 1. q. 1. reperiuntur.

ALIAS. Dictū eſt cōtra. ꝙ clerici collaterales epi dēnt probare

1 Idē Alex. de Imol. in l. cum quid. circa princ. ſſ ſi cer. pet.

CVM ITAQVE. Hæc eſt ſecūda pars in qua dr̄, ꝙ ordinandi ſunt examinandi. Ioan. de Fan.

Item ex concilio Lodicenſi, c. 12.

¶ Metropolitanorum, & epiſcoporum examine promoueantur epiſcopi. Cap. IIII.

Diſt. 61. cap. epm ꝙ 63. c. non licet. Burch. li. 1. c. 9. Iuo p. 5. c. 93. † *al. poteſtatem.*

E Piſcopi iudicio metropolitanorum, & eorū epiſcoporū, qui circumcirca ſunt, prouehantur ad eccleſiaſticam dignitatem †; ij videlicet, qui plurimo [a] tempore probantur tam verbo fidei, quàm rectæ conuerſationis exemplo.

2 *Cum itaque ſine examinatione nullus ſit ordinandus quemadmodum, & quo tempore ſacerdotum, & cæterorum infra poſitorum examinatio debeat fieri, conſiderandum eſt.*

De his in concilio Nannetenſi, c. 11. ita legitur.

¶ Qui ordinandi ſunt feria quarta ad examinationem conueniant. Cap. V.

Burch li. 2. c. 1. Iuo p. 6. c. 21. Poly. li. 2. t. 29. Pann. li. 3. c. 21. † *al. presbyteris.*

Q Vando epiſcopus ordinationes facere diſponit, omnes, qui ad ſacrum miniſteriū accedere uolunt, feria quarta ante ipſam ordinationem euocandi ſunt ad ciuitatem vna cū archipresbyteris †, qui eos repreſentare debent & tūc epiſcopus à latere ſuo eligere debet ſacerdotes [b], & alios prudentes viros gnaros diuinæ legis, & exercitatos in eccleſiaſticis ſanctionibus: qui ordinandorū uitam, genus patriam [c], ætatem inſtitutionem [d], locum, vbi educati ſunt, ſi ſint bene literati, ſi inſtructi in lege Dñi, diligenter inueſtigent [e]; ante oīa, ſi fidem catholicam firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant. Ipſi aūt, quibus hoc committitur, cauere debēt, ne aut fauoris gratia, aut cuiuſcunq; muneris cupiditate illecti à vero deuient, vt indignum, & minus idoneum ad ſacros gradus ſuſcipiendos epiſcopi manibus applicent. Quod ſi fecerint, & ille, qui indigne acceſſit, ab altari remouebitur; & illi, qui donum ſancti ſpiritus vendere conati ſunt, coram Deo iam condemnati [f] eccleſiaſtica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & ſic Sabbato, qui probati inuēti ſunt, epiſcopo repreſententur.

Alias [g] autem ſine clericorum videlicet concilio, & populi teſtimonio nullum epiſcopus ordinare præſumat. Vnde in concilio Carthagin. 4. c. 22. legitur.

¶ Sine clericorum ſuorum concilio epiſcopus clericos non ordinet. Cap. VI.

E Piſcopus ſine concilio † clericorum [h] ſuorum clericos non ordinet, ita vt ciuium conniuentiam †, & teſtimonium quærat.

† *al. conſilio.* † *aſſenſum, & cōniuentiam*] orig.

Q Vādo.] CASVS. Dr̄ in hoc ca ꝙ in feria quarta ante Sabbatū ordinationis archipresbyteri, & ſacerdotes debēt præſentare ordinandos in ciuitate; & tūc ep̄s ad examinationem illorum tribus dieb' cōtinuis faciēdā dēt eligere viros prudentes: q diligenter de vita & ſtatu eorū inquirāt: & illi quibus hoc cōmittitur ſint tales, q gratia vel pecunia non corrumpātur: quod ſi ſecus fecerint, deponantur & promoti repellantur.

b ¶ Sacerdotes.] Tn̄ hoc vr̄ eſſe officiū archidiaconi, & repreſentare abbates ordinandos, & abbatiſſas in ſe deponere: vt ext. de off. archid. ut noſtrū. Et eſt arg. ad hoc s̄. d. pxi. oſtiari'. Et ſm hoc vr̄, ꝙ ſi archidiaconus dēt examinare inſtituēdū, ꝗ tenet ordinato ad bn̄ficiū cōferēdū, ar. 54. d. ſi ſeruus. Arg contra extra de pœn ep̄s. Sol. illud eſt qn̄ ep̄s ordinat ſine repreſentatiōe: vel quādo repreſentās nō eſt ſoluendo. ADDITIO. De hoc no. extra de offi. archi. ad hæc.

Archidiaconus inſtituēdos examinare debēt.

c ¶ Patriam.] Nā pp natiuitatem, vel patriā carius vel vilius emit mācipiū. ff. de æd. edict. quod ſi nolit. §. qui mancipiū.

d ¶ Inſtitutionem.] ideſt, titulum.

e ¶ Inueſtigent.] Sed nunqd ordinādi, ita rigide ſunt examinādi? qđ vr̄, vt ext. de pur. cano. conſtitutus & extra de elect. cum in cunctis. Argu contra. ff. de ædil edict. ſi quid uenditor in princ. vbi dr̄. ꝙ non ita amare. ſed cum quodā temperamento accipiendum, ut non requiratur nimia perfectio extra de elect cum nobis olim. Hæc autem tria potiſſime requirenda ſunt, ætas legitima, literatura ſufficiens, morum honeſtas, ut extra de elect. cum in cunctis. & ſi

Ordinandi de qb. ſunt examinādi.

Hæc in monacho non eſt neceſſaria, vt legit. & no. J. 16. q. 1. legi.

pbare & examinare ordinandos: & ordinādi dēnt eſſe pbati populi teſtimonio. Nūc uero dr̄, ꝙ ſi neutrū iſtorū interueniat ep̄s non dēt præſumere facere ordinōnē.

¶ Caſus ſeq. cap cum §. patet.

g ¶ Alias].i. ſi nō ſunt examinati à collateralib. epi. 2. vel pbati p teſtimoniū populi. ad hoc s̄. e. nullus.

2 Vt ſup. c. proxime.

g E Piſcopus. ¶ Clericorum.] Sed contra 15. quæſt. 7. cap.

d.vlt. vbi dicitur, ꝙ ſolus epiſcopus honorem dare poteſt: ſolus auferre non poteſt. Sed ibi hæc dictio, ſolus, non excludit clericos ſuos: ſed alios epiſcopos. adhuc ſignatur aliud contrarium 67.diſt.reliqui. Sed illud loquitur de notis clericis, requiritur ergo conſenſus canonicorum

modo exponitur quantum ad ordinandos: alio modo quantū ad ordinatos. Et quod dicit, ordinatū deiiciendum, ſi prius fuerit criminoſus, intelligas de maiori crimine: quia ſi quis in minori crimine exiſtens ordinari ſe permiſerit, non deponitur: ſed imponitur ei pęnitentia, vt 68.diſt.cap.1. 82.d. presbyter. extra de renun. niſi.§. pp criminis conſciētiā. Qui ergo tpe ordinationis ſuæ tacet crimen ſuum, deponitur, vt 50.diſtin. ex pœnitentibus, vel ſi quis ſine examinatione promotus fuerit, vt 84.d quiſquis, & 81.diſt. ſi qui ſine examinatione. Sed pone, ꝙ in omnibus ſit idoneus, qui ordinatus eſt ſine examinatione: nunquid propter hoc ſolū deponēdus eſt 2 ꝙ nō eſt examinatus? ita videtur hic dici: & hoc nō eſt pp ſuum vitium, ſed propter vitium ordinātis, vt 70.diſti.c.1. & 16.q. 7.decernimus. Item quia nō intrauit per oſtium, vnde mori debet, vt Remus, ff. de rerum diuiſ.l.vlt. Alij contrarium dicunt: arg. contra extra de præben. cum ſecundum Io.

b ¶Quod irreprehenſibile] Ergo minores ordines cum examinatione 3 cōferēdi ſunt. Nā, & deponitur quis a minoribus ordinibus, vt 27. q.1.ſi quis epiſcopus

2 Hæc depoſitio fieri debet non ab eo qui eum ordinauit: cū ipſe debeat deponi: ſed ab eius ſuperiore, ſm Hugo. Idem ſentit Goff

3 Arg. cōtra ſup.ea.d.qñ. ſumpto arg. a contrario ſēſu, ſed iſta hic & ibi ſub maxime Ar.

3 *Quæritur, quid fieri debeat de his, qui ſine examinatione promoti ſunt.*

De his ita legitur in concilio Martini Papæ.

Apud Martin. Bracaren.c.24. Facit ad hoc c.epiſ. 5.Zachariæ ad Bonifacium epm, & 15. q.8.Si qs presbyter. Anſ.l.8.c.13.

¶De ijs, qui ſine examinatione ordinantur, & poſtea peccata ſua confitentur. Cap. VII.

SI quis presbyter, aut diaconus ſine aliqua examinatione ordinati ſunt, aut certa, cum diſcuterentur criminoſa peccata ſua confeſſi [a] ſunt α, aut poſt ordinationem ab alijs detecti ſunt, abijciantur ex clero. Similiter vero, & de vniuerſo ordine clericorum ſeruetur. Nam hoc ſibi, quod irreprehenſibile [b] eſt, ſancta catholica defendit eccleſia.

α ¶Confeſſi ſunt.] *In originali eſt*, confeſſi non ſunt, & poſt ordinationem, &c. *Verum in Concilio Niceno, c.9. vnde hoc caput videtur ſumptum, habetur ſine negatione, quemadmodum hic, & inf.d.81.c.ſi qui ſint.*

DISTINCTIO XXV.

dam minus idoneus ibidem eſt electus, habens filios & vxorem, pro quo Cethegus patricius ſupplicauit Papæ Pelagio, vt eius electionem confirmaret: ſed quia perſona illius electi erat minus idonea, Pelagius non exaudiuit Cethegum, immo diſtulit eum confirmare fere per

gantur. Si verò in eius coniugio non fuit, memoratum Fantinum ex noſtro mandato commonere te volumus, vt ei facere nil præſumat, nec falſa † illum accuſatio apud eum in aliquo prægrauet.

† Eſt etiam apud Iuonem non autem in orig.

Item ex concilio Aurelianenſi 1.c.15.

¶De vxore presbyteri, vel diaconi, ſi alijs ſe coniunxerit. Cap. XI.

SI ſe cuiquam mulier duplici [a] coniugio, presbyteri, vel diaconi relicta coniunxerit, aut † ſeparentur [b], aut certe, ſi in criminis intentione perſtiterint, pari excommunicatione plectantur.

† *al. caſtigat.* *al. caſtitate ſeruata ſeparentur.*

† *al. crimini*

Item ex concilio Martini Papæ.

¶De eodem. Cap. XII.

Apud Martinum Bracar. cap. 29. & conc. Tol. 1. c. 18.

SI qua vidua epiſcopi, vel presbyteri; aut diaconi [c] maritum acceperit; nullus clericus, nulla religioſa perſona † cum ea conuiuium ſumat: nunquam communicet: morienti tamen † ei ſacramenta ſubueniant.

† abeſt a concil.
† *al. tantum.*

Item Pelagius Cethego patricio.

¶Cuiuſdam epiſcopi ordinatio differtur: quia vxorem habet, & filios. Cap. XIII.

8 DE Syracuſanæ vrbis antiſtite optaueramus in ipſo initio, gloriæ veſtræ deſiderijs obedire, niſi nos multiplex rō ipſius non paucis tēporib. ordinationē differre ſacerdotij coegiſſet, ob hoc, qđ vel perſonæ qualitas (ſicut & vos melius noſtis) vel ſuperſtes vxor, aut filij (per quos eccleſiaſtica ſolet [d] periclitari ſubſtantia) noſtros animos diuitius ab eius ordinatione ſuſpēderēt. Et quantum ad cautelam humanam pertinet, integro pene anno diſtulimus, opinantes, quod in melius Syracuſanorū prouenire poſſet electio. Sed quia in voluntatis ſuę propoſito irreuocabiliter perſtiterūt [e], & nullus eſt alius

Anſ. l. 6. c. 42. al. 46. Poly. l. 2. tit. 1.

¶Caſus ſequentis capituli de eadem materia loquitur, & per ſe patet.

Vxores ordinandorū qđ vouere debeant.

a ¶Duplici.] Quantum ad primum.

b ¶Separentur.] Dubitatur de vxoribus ordinādorum, qualiter vouere debeant, & dare licētiam, vr̄ ꝙ ſolo verbo, vt ſu. ead. diſt de his. in fi. & cap. quia ſunt culpæ. & 32. diſt. ſeriatim. ſed cōtra extra de conuerſ. coniug. ſane, H 34. diſt. fraternitatis. vbi dicitur, ꝙ vxor promouendi intrabit monaſterium 1. Itē alia ratione: quia cœtus clericorū pręeminet cœtui monachorū: quia vix bonus monachus facit bonum clericum. 16. quæſt. prima, legi. & facit ad hoc extra de conuerſ. coniug. coniugatus. ſed nullus ſuſcipit in monachū niſi conuertat vxor. 27. qō. 2. Agathoſa. Dic nō eſſe neceſſe, ꝙ voueat caſtitatē tantū, niſi de ea habeatur ſuſpicio. extra, de conuer. cōiugat. cū ſit prǽditus. Et ſpeciale eſt in illa decre. ſanè in vxore epi. Sed ſubijicit: hęc mulier nō vouit ſolēniter: ergo ſi cōtraxerit, tenet matrimoniū, quod hic negatur. Solu. ſm quoſdam votum iſtud eſt ſolenne ex propria profeſſione †, vt extra qui cler. vel vo. conſuluit. alias non videtur, ꝙ ſola ſcientia mulieris ſolennizet votum, niſi ipſa expreſſe vouerit. Ioan. Sed videtur, ꝙ ſola conſtitutio eccleſiæ hoc matrimonium dirimat non ſcientia, vel votū: quod ex eo patet, ꝙ Græcus non promittit cōtinentiam dum recipit ſacros ordines, vt 31. d. quoniam. tamen ſi contraxerit poſt ſacros ordines, non tenet matrimonium. hoc ergo non facit votum, ſed ſola conſtitutio eccleſiæ.

1 Dicunt quidam, ꝙ monaſteriū ſibi aſſignabitur per epm, & ipſius auctoritate fiet ſeparatio, ſiue dabitur licētia inf. 27. q. 2. ſi vir. ibi videas. Arc.

† cōfeſſione

c SI qua. [¶Aut diaconi.] Ideo non facit mentionem de ſubdiaconis: quia tempore Gregorij promouebatur quis in ſubdiaconatum non promiſſa continentia: nec fiebat vxorib. aliquod præiudicium, vt 27. q. 2. multorum.

DE Syracuſanæ.] Hæc eſt 1. par diſt. in qua probat, ꝙ nullus debet fieri epiſcopus habēs filios & vxorem, niſi ex neceſſitate, & remota cauſa impedimenti, ſcilicet, quod per tales res eccleſiæ non lædantur. Ioan. de Fan.

CASVS. Dum eccleſia Syracuſana paſtore vacaret, quiper annum, vt Syracuſana electio in melius proueniret. Sed quia irreuocabiliter in ſuo propoſito perſtiterunt, & in illa eccleſia nō erat alius idoneus: ne amplius inſanirent (ſicut prætor magnificus Papæ ſignificauit) ideo Papa eius electionem confirmauit: prius tamen ab eo cautione recepta, in qua continebatur, quanta eſſet ſuarum rerum ſubſtantia: & quod nihil de rebus eccleſiæ vſurpabit: & quod qualita tempore epiſcopatus eccleſiæ reſeruabit.

d ¶Solet.] Nota caueri debere ex eo, ꝙ ſolet aliquid fieri, vt 98. d. Afros. & 63. d. noſſe.

e ¶Perſtiterunt.] Nota argu. quòd ambulatoria eſt, voluntas eligentium vſque ad confirmationem, vt 61. diſ. ſtudij. & 63. diſt. quando. & extra de elect. cum terra. & ꝙ nullum ius acquiritur electo ante confirmationem 2, vt extra de accuſat. ſuper his. & 27. q. 2. nō eſt dubiū. & extra de elect. cum in cunctis 3. & cap. noſti. Arg. contra extra de elec. cum inter. in fine, & per illam decr. dico, quod non poteſt variari. Ioan. Sed hodie publicato ſcrutinio variare nequeunt electores, vt extra de elect. pu-

Eligētes an variare poſſint.

2 Hoc eſt ſ[...] ſum ſed di[...] vt not. 63 d. quāto. Arc.

3 Ver. cum autem. ſed multū a lon gè ibi ſumitur hoc arg. vnde dic, ꝙ nil aut parum facit ſi bene videatur. Archid.

p[illegible] poſtulato autem [illegible] ſi poſtulantes, diffidunt de iure ſuo: niſi ſit iam præſentata ſuperiori, ut [illegible] de poſtu. præla. bonæ 2.

a ¶ Principalis.] Id eſt, principiũ. vt in authen de ſanc. epi. [illegible] prohibetur in epm eligi habẽs vxorem &

hoc poſt intelligi, quando filij mali ſunt vel nepotes. nam pp tales ab alijs legitimis actibus patres retrouentur, vt 6. q. 1. qui crimen. vel quando ita tenere d[illegible] ligit eos. q præſumitur ratione ipſorum, quod dilapidetur bona eccleſiæ, vt hic dr. idem. eſt ſi habet patrẽ, vel ſi habet fratres de quib. eſt timor: alias nõ repellitur qs pp vxorẽ vel filios, cu hoc permittat Apoſtolus. Et eſt arg. ad hoc 12. q. 2. epiſcopus, qui filios 1. & extra de teſta. c. 1. dũ tñ longa continẽtia præceſſerit, vt ſup. eod. prius quàm & 77. d. quicunque.

b ¶ Quæſita.] De rebus eccleſiæ, vel intuitu eccleſiæ, vt 12. q. 1. manifeſta. & ca. ſeq. & q. 5. cap. pen.

ECCE HAC. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Gratianus ex ſupradictis ab illo c. aſſumi. vſq; huc, q ſiue ſit ſubdiaconus, ſiue diaconus, ſiue presbyter, licite põt vti matrimonio contracto Et ad hoc allegat breuiter ſupradicta recapitulãdo. In ſecunda parte, quę incipit ibi, [Sed q de electione.] Soluit prædictas obiectiones, qa q dr in illo c. de Syracuſanæ. nõ ob. quia in minorib. ordinibus conſtitutus, vel in laicali habitu potuit electus ille hẽre vxorem & filios: & poſtea de cõſenſu vxoris [illegible] etiam profeſſus bene potuit promoueri. illud aũt c. quia ſunt culpę intelliguntur de diacono. cuius eccleſia nondum ſuſceperat votũ continentiæ: vel de eo diacono, q ſuſcepit eam in minoribus ordinibus: ſicut dictum eſt de epõ ſyracuſano. Alia aũt ca. ex tpe vel loco intelliguntur. Ex tpe: quia nondũ erat indicta cõtinentia miniſtris altaris. Ex loco: quia orientalis eccleſia nondũ ſuceperat votũ cõtinẽtiæ. hoc tñ ſeruat: qa ſi moritur vxor, quæ ducta eſt in minorib. ordinibus, cũ qua eſt aliqs factꝰ ſacerdos, ſi poſtea cõtrahit, deponet.

[illegible] habes [illegible] &

in eodem repertus eccleſia, niſi longioribus adhuc temporum differretur ſpatijs, ne paulo amplius inſanirent (ſicut filij noſtri magnifici viri prætoris teſtificatione didicimus) inter huiuſmodi ambiguitates illud conſultius iudicauimus faciendum, vt congrua prouidentia cauſam, propter quam principalis [a] conſtitutio habentem filios, & vxorem ad epiſcopatus ordinem promoueri prohibet, ſalua diſpoſitione conſilij † muniremus. Qua de re ſummo ſtudio ab eodem Syracuſanæ vrbis epiſcopo, priuſquam à nobis contingeret ordinari, huiuſmodi exegimus cautionem, per quam & ſuam fateretur, quantula eſſet, præſentis temporis habita rerum deſcriptione, ſubſtantiam; & nihil vnquã per ſe, aut per filios, & vxorem, ſiue quamlibet propinquam, aut domeſticam, vel extraneam forte perſonam de rebus vſurparet eccleſiæ, & vniuerſa ſui epiſcopatus quæſita [b] tempore, eccleſiæ ſuæ dominio ſociaret; nihil vltra id, quod modo deſcriptum eſt, filijs ſuis, vel hæredibus relicturus.

Nouella 6. & 123. in princ.

† al. concily] Grat.

1 Et c. ſi ro[illegible] 12 q. 1. ſint manifeſta.

a ¶ Item Pelagius.] *Anſelmus, & auctor Polycarpi ex eadem epiſtola referunt hæc, quæ caput iſtud antecedunt:* Quod de ordinando eccleſiæ Catinenſis epiſcopo, ſalubris electione iudicij fieri deſideraſtis, agnouimus: confeſtim ſequenti die eum iuxta morem diſcutientes, tertio, quo venit die, epiſcopum cõſecrauimus: ſimili quidem modo & de Syracuſanę, *& quæ ſequuntur, In Polycarpo tamẽ inſcriptio eſt.* Gelaſius. Papa Ceto. *Iuo autẽ in epiſtola ad Hugonem archiepiſcopũ Lugdunenſem, quæ incipit,* Cauſam Beluacẽſis, &c. *ita ſcribit* Si enim Papa Gelaſius quondam Syracuſanæ vrbis electum vxorem habentem, & filios interueniente Cethego patricio, &c.

Ecce hac auctoritate electus in epiſcopatum non prohibetur a habere vxorem, & filios †. Eligi autem ad epiſcopatum non debet, niſi aut ſacerdos, aut diaconus: ſubdiaconus vero non, niſi neceſſitate cogente [c]*: ſiue ergo presbyter, ſiue diaconus, ſiue ſubdiaconus fuerit, apparet, q in præfatis ordinibus conſtituti licitè † matrimonio vti poſſunt.* ¶ *Quia ergo auctoritate Gregorij qui relictam diaconi, marito tradidit, puniendus eſt.* ¶ *Item in Neocæſarienſi concilio presbyter ducens vxorẽ, non diaconus, iubetur deponi.* ¶ *Item in Ancyrana ſynodo diaconi, q in ordinatione ſua dicũt ſe velle habere vxores, ſi poſtea venerint ad nuptias, nõ prohibẽtur à miniſterio: patet, quòd nec diaconi, nec ſubdiaconi ſunt prohibendi à coniugio. Sed quod de electione obijcitur, verum quidem eſt in epiſcopum non eligendum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutum: ſed ipſum vxorem habere, & filios, non repugnat præmiſſis auctoritatibus de continentia clericorum.* ¶ *In laicali enim habitu, vel in minoribus ordinibus conſtitutus potuit habere vxorem, & filios: & ſi poſtea ex conſenſu vxoris continentiã profeſſus ſubdia*

† Iſto ex hoc text q aliqua pp ſcandalum [illegible] quæ non fierẽt alias: de quo 51. [illegible] aliqua [illegible] in addi. glo. fina.

† al. legitima

xem & filios, & 61. diſt. Catinẽſis. Item eſt ſi habet nepotes, vt in auth. quomodo oportet epi. §. 1. coll. 1. Sed

c ¶ Niſi neceſſitate cogente.] Hodie iure cõ eligi-

tur, vt

tur, vt extra de ætate. & quaſi à multis.

a ¶ Gregorij.] Supra ea. quia ſunt.

b ¶ Suſceperat.] Hæc ſolu. non valet 1. quia à tempore Apoſtolorum non licuit in ordine illo contrahere, nec in ſubdiaconatu, vt 84. diſt. cum in præterito.

1 Ad idem Fiu & Lau. quorũ fuit ſũa gl. Arc.

c ¶ Neocæſarienſis.] ſ ea. c. presbyter ſi.

d ¶ Ancyranæ.] ſup. eadem, diaconi.

e ¶ Ex tempore.] Illud ſtare non poteſt, quod dicitur in fi. illius ca. diaconi profeſſi continentiam. ADDITIO. Alij vero ſentiunt cũ Gratiano, & ſecũdũ hoc quod dicit ibi, profeſſi. &c. dic, de cætero: quia prius licuit ei cõtrahere. Archidiac.

f ¶ Ex loco.] G. ita credebat, quod in orientali ecclesia diaconi poſſẽt cõtrahere: ſed hoc non eſt verum. ITEM OPPONItur. Adhuc opponit per ſequentia c. quorum prima duo ſunt plana. & poſtea ĩ d. 30. ponit ſolutionẽ.

SI qs.] Hæc eſt 9. pars d. in qua dicit presbyterũ religionis cauſa non debere contẽnere propriam vxorem.

g ¶ Contemnere.] Quantum ad exhibitionẽ neceſſariorũ, vt 31. d. oĩno. & §. pt.

h SI qs diſcernit.] & infra, &c.

PResbyterũ.] Hæc eſt 10 pars huius diſt in qua dicit presbyterum non legalibus nuptijs detentũ ab officio abſtinere debere.

CASVS. Quidã presbyter oriẽtalis mortua ſua vxore duxit ſecundam, cum putaret ſibi licere. quæſitum eſt in ſexta ſynodo, quid de eo fieri debeat. Et reſpondetur; quod debet priuari omni ſacro miniſterio: ita quod neque publicè, neque priuatim benedicat: quia benedictionem non habet propter delictum ſuum: ſed imploret veniam a Domino de ſuo delicto: honorem tñ ſuæ cathedræ per diſpenſationem tenebit.

i ¶ Non legalibus.] põt intelligi de eo qui contraxit ſecundas nuptias per ignorantiam iuris 2.

k ¶ Habere.] Scilicet dignitatem, beneficium enim retinebit, & locum in choro, & cãtabit cũ alijs, & intererit electionibus: ſed hoc ſolum deeſt ei, quod non debet miniſtrare vt ſacerdos, vt 15. quæſt. vlt. qui admiſerit. & cap.

2 Sic intelligit Grat. diſt. §. vl.

conatum, vel diaconatum, vel presbyterij gradum adeptus fuerat, attamen vxori, & filijs ipſum neceſſaria ſubminiſtrare oportebat. ¶ Illud autem Gregorij [a] *duobus modis ſoluitur: vel quia eccleſia illa, cui diaconus ille miniſtrauerat*†, *nondum continentiæ votum ſuſceperat* [b] *in diaconis, & reliquis miniſtris: vel quia (ſicut de electo in epiſcopum antea ſcriptum eſt) ante ſubdiaconatum memoratus diaconus eam in vxorem duxerat. ¶ Illud autem Neocæſarienſis* [c] *& Ancyranæ* [d] *ſynodi, uel ex tempore* [e], *uel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia miniſtrorum altaris. Ex loco* [f], *quia utraque ſynodus orientalis eſt, & orientalis eccleſia non ſuſcipit generale uotum caſtitatis: hoc tamen diligenti obſeruatione cuſtodit, ut poſt adeptum ſacerdotium, defuncta priore uxore, cum qua ſacerdos factus fuerat, ſi alteram duxerit, deponatur.*

† al. miniſtrauerat.

α ¶ Non prohibetur.] *A pleriſque vetuſtis exemplaribus abeſt dictio,* non: *Retenta tamen eſt, quoniam hic Gratianus in alteram partem diſputando, ex canonibus prius citatis præ ſe fert hoc probare, ſubdiaconis, diaconis, atque etiam presbyteris non fuiſſe prohibitum vſum coniugij. Quod tamen qualiter accipiendum ſit, ipſe poſtea declarat à ver.* Sed quòd, *vſque ad uerſi.* Illud autem. *Hac de re agetur etiam infra in notatione ad principium diſtinct. 31.*

Item opponitur illud, quod legitur in canone Apoſtolorum, c. 6 al. 5.

¶ Presbyter cauſâ religionis non contemnat propriam vxorem. Cap. XIV.

9 SI quis docuerit ſacerdotem ſub obtentu religionis propriam vxorem contemnere [g], anathema ſit.

Burch. l. 1. c. 78. Iuo p. 5. c. 184. Panu. l. 3. c. 123.

¶ *Gratianus refert ſenſum canonis, cæteri collectores ipſa etiam fere uerba.*

Item ex Concilio Gangrenſi, c. 4.

¶ Anathema ſit, qui presbyterum coniugatum diſcernit à communione, nuptiarum occaſione. Cap. XV.

SI quis diſcernit [h] presbyterum coniugatum tanquam occaſione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ſe abſtinet, anathema ſit.

Burch. l. 3 c. 75. Iuo p. 2. c. 125. & p. 3. c. 158.

¶ *Græcè eſt:* Εἴτις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι, λειτουργήσαντος αὐτοῦ, προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. *ideſt.* Si quis ſecernat ſe à presbytero, qui vxorem duxit, tanquam non oporteat, illo liturgiam peragente, de oblatione percipere, anathema ſit. *quæ verſio non multum diſcrepat à uerſione* Dionyſii *exigui.*

Simile etiam in 3. canone eiuſdem ſynodi, & apud Baſilium in epiſt. ad Amphilochium, c. 27.

Item ex ſexta ſynodo in Trullo, c. 26.

¶ Ab officio abſtineat presbyter non legalibus nuptijs detentus. Cap. XVI.

10 PResbyterum per ignorantiã non legalibus [i] nuptijs detentũ cathedram quidẽ habere [k], ſed γ ab officio

cap. ſi quis presbyter. Et nota quòd de vtroque iure eſſet priuandus, vt 84. diſt. quiſquis. ſed hoc beneficium conceditur ei, ſublato officio, vt 50. diſt. presbyteros. & cap. ſtudeat. & ext. de cler. pug. Henricus. & extra de cler. ægro. tua.

a ¶Pre-

tur, dum tamen non faciat hoc officium in ſuam eccleſiam, vt colligitur 11. q. 2. ſi quis epiſcopus,

C Onſulendum.] Hæc eſt xj. pars d. in qua dicit presbyteros non a laicis eſſe iudicandos, licet aliquando ſint reprehenſibiles.

Ratio eſt, ... ad ſæcula ... negotia ... in op ... clerica ... 93 d. dia ... Arch.

abſtinere præcipimus: ſufficit enim huiuſmodi indulgentia ei: Quia benedicere alijs eum, qui vulnera ſua debet curare, conſequens non eſt. Benedictio enim ſanctificationis traditio eſt. Qui verò hanc non habet propter delictum † [a] ignorantiæ [b], quomodo alijs tradet? Non igitur, publice, neque priuate benedicat: nec Corpus Domini diſpenſet alijs, nec alio modo miniſtret; ſed ſufficiat ei, quod præſidet: & imploret a Deo, vt dimittatur ei iniquitas ignorantiæ ſuæ. Manifeſtum eſt autem, quod huiuſmodi non legitimæ nuptiæ ſoluentur, & nullatenus vir acceſſum habebit ad eam; propter quam ſacro miniſterio priuatus eſt [c].

† τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας παράπτωμα.

γ ¶Ab officio.] *Græcè eſt, τῶν δ' ἐλοιπῶν ἐνεργειῶν, id eſt: a cæteris officijs.*

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum, c. 70.

¶De presbyteris non eſt laicis iudicandum.

Cap. XVII.

13 C Onſulendum decernitis, vtrum presbyterum α habentem vxorem debeatis ſuſtentare, & honorare: an a vobis proijcere. Ad quod reſpondemus, quoniã licet ipſi valde ſint reprehenſibiles [d] vos tamen Deum conuenit imitari, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Deijcere verò eum a uobis ideo non debetis; quoniam nec Iudam Dominus, cum eſſet mendax diſcipulus, de numero Apoſtolorum eiecit. Verum de presbyteris, vobis, qui laici eſtis, nec iudicandum eſt, nec de eorũ uita quidpiam inueſtigandum, ſed epiſcoporum iudicio, quidquid eſt, per omnia reſeruandum.

Iuo p. 2. c. 82. Pann. l. 5. c. 12.

Matth. 5.

α ¶Presbyterum.] *In vltimo capite harum reſponſionum referuntur Bulgarorum verba dicentium multos apud ſe eſſe Græcos, & Armenos, & alios, qui diuerſa docerent.* Nondum enim a *Romana ſede epiſcopum, aut presbyterum acceperant. Quamobrem nihil mirandum, ſi presbyter, de quo in hoc capite agitur coniugatus erat.*

CASVS. Bulgari sũt populi inter Vngariam & Græciã conſtituti: apud iſtos p̃sbyteri quidã habebant vxores. quare quæſierunt Bulgari (qui laici erãt) a Nicolao Papa, an deberent illos eijcere. Et reſpondet ꝙ non, licet illi ſacerdotes ſint reprehẽſibiles. & hoc probatur exẽplo Domini, qui Iudam proditorẽ non eiecit: & quia laici clericos iudicare nõ debent: ſed ſi quid mali fecerint, epiſcoporum iudicio reſeruatur.

Bulgari qui ſint.

d¶ Reprehẽſibiles.] ſi. 15. q. vlt. c. vlt. Sed contra. 32. d. nullus. Sed illud intelligit [2], cum notorium eſt crimen eius.

[2] Hunc intellectũ approbat hic Lau. qđ dic, vtibi dicam Arc.

S Ed notandũ.] Hic intitulatur 29. diſtinct. in qua ſoluit prædictas oppoſitiones Gratianus, & exponit: Et dicit, quòd quædam cap. intelliguntur ex tempore, & loco, & cauſa, & perſona.

e ¶Sed notãdũ eſt.] Quia dixerat ſupra prox. d. §. ecce. in ſi. quedam c. eſſe temporalia, vel localia: ideo ad ſoluendum multa cõtraria. oſtẽdit in iſta 29. d. quædam capitula tradita eſſe ex cauſa, quędam ex tẽpore, quædam ex loco, quædã ex perſona, quædã ex negotio, quędam ex neceſſitate.

DISTINCTIO XXIX.

S *Ed notandum eſt [e], quòd ſecundum Iſidorum pleraque capitula ex cauſa, ex loco, ex tempore, ex perſona conſiderãda ſunt. Ait enim Iſidorus.*

¶Ex tempore, loco, & perſona, & cauſa regulæ canonum intelliguntur. Cap. I.

S Ciendum eſt, quòd pleraque capitula ex cauſa [f].

S Ciẽdũ.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd quædam c. ex cauſa, & perſona, & tempore deſignant, & quia hoc multi nõ reſpiciunt, cadũt in labyrinthum & laqueum erroris: nec recte iudicant, cũ non intelligant ad plenum.

Ordinis ſuſceptio obligat ad continendum.

a ¶Propter delictum.] Ideſt, quod factum commiſerit per ignorantiam.

b ¶Ignorantiæ.] Arg. quòd licet aliquis ignoret ſe debere continere, qui ordinatur: tamen ex eo, ꝙ recipit ordinem, tenetur continere. 32. d. quamquam.

Presbyter excõicatus tenetur ad horas dicendas.

c ¶Priuatus eſt.] Videtur hic, ꝙ ſi ſacerdos eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus, ꝙ non debet priuatim dicere horas ſuas: quod non eſt verum: immo ad hoc tene-

¶ Caſus ſequentis cap. patet.

f ¶Ex cauſa.] Ex cauſa fuit ſtatutum ne neophyti promoueantur ad epiſcopatus, vt 48. diſt. c. 1. ſcilicet ne in ſuperbia extollerentur: ſed hæc cauſa ceſſauit in Ambroſio, qui catechumenus eſt electus in epiſcopum, vt 61. diſt. §. his omnibus.

a ¶Ex perſona.]Vt in Aug qui factus eſt epiſcopus alio viuente, vt 7 q.1.non autem, & c.periſti.
b ¶Ex loco]Quia propter propinquitatem, vel remotionem loci aliquid ſtatuitur, vt 64. diſtinct cum longe. 24.q 1.pudenda. & ſup.d.4 erit autem. Vel ideo dicit: quia quædam ſunt localia, quædã non.
c ¶Ex tempore.]Sicut Anglicis datũ fuit propter nouitatem, vt coniungantur in quarto gradu, vt 35.q.3. quædam.
d ¶Intelligãt.] Qđ eſſe non debet. 11. q.3.eorum.
e ¶Perquirant.]Qđ inciuile eſt, vt ff. de leg. inciuile.
f R Egulæ. ¶Negotio.]ideſt, propter qualitatem negotii aliqđ ſtatuitur quod eſt contra ius: ſicut ĩ cauſa matrimonii, conſanguinei admittuntur in teſtimonium, vt 35. q.6. conſanguineos & propter cauſam eccleſiæ ſtatuitur, ꝙ domeſtici admittantur in teſtimonium, vt 14.q.2. ſuper prudentia.2.
g ¶Neceſſitate.]Lex non dẽt inſtitui niſi propter neceſſitatẽ, vt ſup d.4.erit.
N Eceſſe. CASVS. Quidã ſcripuras varias, & diuerſas tantum vno mõ intelligebant: quos docet Hieronymus ĩtelligere ſcripturas ſm diuerſitatẽ temporum locorum, & cauſarum. Et hoc ꝓbat exemplo Ioãnis Euangeliſtæ, q ſcribens vij. eccleſijs, in vnaquaq; ſpecialia vitia vario modo corrigebat: nec imitatur medicos, imperitos, qui vno collyrio oculos omnium infirmorum volunt curare.
h ¶Cauſas.] 32. q. 8.occidit.
i ¶Vulnerib.] Not. quòd varietas delictorum requirit varietatem pœnarum, vt 45.d.licet. 50.d.vt conſtitueretur. 44.d.commeſſationes. 41.d.non cogantur.
K ¶Collyrio.] Argu. contra illos qui tales in omnibus contrarijs ponunt ſolutiones: aliud ſecundum leges, aliud ſecundum canones, vel hoc nouum, illud vetus.
I Llud.] Hæc diſtin. diuiditur in tres partes. Secunda ibi,]Hæc autẽ[Tertia ibi,]Si quis presbyter.]In 1. ponuntur quædã ca. cõtra Manichęos, & ad hoc inducit c. ſequentia. de tempore dicet 31.d.

1 Ad idẽ 93. d: iuxta.

2 Dicit Ioa. de Fan. Quod dicit Ioan. non eſt verum: imò de iure cõi eſt, vt domeſtici admittantur. C. de repu l.ex cõſenſu. ext. de teſt. inſupernam edictũ de teſtib. eſt prohibitoriũ vt quilibet admittatur qui nõ prohibetur. ff de teſt. l.1. Et de hac materia not. 3. q. in ſum. cap. 1. Archid.

CASVS. Hic ponitur 30. diſt in qua adhuc ſoluit oppoſitionẽ quam fecerat 28.d. in quatuor ca. & dicit, ꝙ tria prima cap. intelliguntur ex cauſa, & tempore: cauſa fuit hæreſis Manichæorum, qui coniugia deteſtabantur, ſicut multa ſtatuit eccleſia in deteſtationem hæreticorũ, &

ex perſona [a], ex loco [b], ex tempore [c] conſideranda ſunt; quorum modi, quia medullitus non indagantur; in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant, quam intelligant [d], ante inculpant, quam iterando lecta perquirant [e].

Hinc etiam Gregorius ait.

¶Pro diuerſitate rerum temperantur regulæ ſanctorum. Cap. II.

Regulę ſanctorum Patrum pro tempore, loco, & perſona, & negotio [f], inſtãte neceſſitate [g] traditę ſunt. Anſ l.4.c. 53.

Item Hieronymus in proœmio epiſtola ad Epheſ.

¶Pro diuerſitate locorum, temporum, & hominum, ſcripturæ intelligendæ ſunt. Cap. III.

Neceſſe eſt, vt iuxta diuerſitates locorum, & temporum, & hominum quibus α ſcriptæ ſunt; diuerſas & cauſas [h], & argumenta, & origines habeant. Et quo modo B. Ioannes in Apocalypſi ſua ad ſeptem ſcribens eccleſias, in vnaquaque earum ſpecialia, vel vitia reprehendit, vel virtutes probat; ita & ſanctus apoſtolus Paulus per ſingulas eccleſias vulneribus [i] medetur illatis: nec ad inſtar imperiti medici vno collyrio [k] omnium oculos vult curare. Apoc.1.

α ¶Quibus ſcriptæ.] *Antea legebatur*: quibus diuerſæ ſcripturæ factæ ſunt. *Emendatum hoc eſt ex manuſcriptis, & originali quemadmodum & nonnulla alia.*

DISTINCTIO XXX.

Illud autem [l] quod in canone Apoſtolorum, & in Gangrenſi concilio, & in ſexta ſynodo legitur ex cauſa conſideratur, & ex tempore. Cauſa fuit hereſis Manichæorum β, quia coniugium deteſtabantur, ſicut etiam quorundam [m] ſuperſtitio multa in catholicorum deteſtationem introduxiſſe inuenitur: contra quos in Gangrenſi concilio capitibus ſexdecim ſtatutum legitur.

β ¶Manichæorum.] *Propriè Gangrenſis ſynodus ſtatuit cõtra Euſtathianos, vt ſup. d. 16. c. prima adnotatio. Sed hunc errorem Euſtathiani hauſerant a Manichæis.*

¶De multimoda ſuperſtitione hæreticorum, quos Gangrenſe concilium anathematizauit. C. I. Iuo p.8.c.318.

SI qui filij parentes, maxime.

l ¶ Illud autem.] Dictum fuit ſup. 28. diſtinct. capit. ſi quis docuerit. & cap. ſequent. quòd ſacerdotes non debent a ſe abijcere vxores ſuas prætextu religionis. hic dicit, quòd ex cauſa fuit hoc ſtatutum ſcilicet propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur.
m ¶Quorundam.]Scilicet hæreticorum.
SI qui filii. CASVS. Quidam filii occaſione illius verbi

verbi Euangelij. Qui non reliquerit patrem & matrem propter me, non eſt me dignus: debitum honorem parentibus denegabant, & alimenta eis ſubtrahebāt, putantes hoc religioni conuenire. Dicitur hic ꝙ tales debent anathematizari. Plana ſunt c. vſq; ad cap. ſi quis ecrū,

ren-
fideles [a], deſeruerint occaſione Dei cultus [b], hoc iuſtum eſſe iudicantes; & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipſum α in eis venerentur quod fideles ſunt, anathema ſint.

† al. ſit.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus hæc omnia, quæ hic citantur ex concilio Gangernſi, vnico capite, & coniuncta oratione leguntur. Sunt autem ex priſca verſione. Sed ea, quæ eſt Dionyſij exigui, longe magis reſpondet originali Græco, quamuis neque ipſa vſquequaque.*

α ¶ Vt hoc ipſum.] *Græce eſt*, Προτιμωμένης δηλονότι παρ᾽ αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας. i. Quod ſcilicet diuinus cultus apud ipſos omnibus rebus præfertur.

Idem ex eodem. c. 17.

¶ De eodem. Cap. II.

† Hanc textus dixit ... in hac diſtinctione ... mulier, eſſe ... ad hoc ... Quod ... [illegible]

Burch. l. 8 c. 63. Iuo par. 7. c. 80. & par. 8. c. 320.

Q Væcumque [c] mulier religioni β iudicans conuenire comam ſibi amputauerit, quam Deus ad velamē eius γ, & ad memoriam ſubiectionis illi dedit, tanquam reſoluens ius ſubiectionis, anathema ſit †.

β Religioni.] Græce eſt. Διὰ νομιζομένην ἄσκησιν; *id eſt*; Ob eam, quæ exiſtimatur pietatis exercitatio: *quod Dionyſius vertit*, propter diuinum cultum, vt extimat. *Græci enim religioſorum, quos nos dicimus, vitam proprie ἄσκησιν nominabant. Burchardus, & Iuo in parte 7. ſecuti ſunt verſionem Dionyſii, in octaua autem Iuo priſcam.*

γ ¶ Ad velamen eius.] *Hæc non ſunt in Græco originali, neque in verſione Dionyſii: Videntur autem, ſumpta ex epiſt. prima ad Corinthios, c. xi.*

Item ex eodem, c. 14.

¶ De eodem. Cap. III.

Iuo par. 8. cap. 229 & 317. *al. contemnendo.*

S I qua mulier derelicto viro diſcedere [d] voluerit ſolo vinculo coniugali, nuptias condemnando †, anathema ſit.

Item ex eodem, c. 10.

¶ De eodem. Cap. IIII.

Repetitur inf. d. 31. c. quicumque ex verſione. Diony. Burch. l. 8. c. 64. Iuo par. 7. c. 82. & par. 8. c. 316. & hoc ſecundo loco ex hac eadem uerſione.

S I quis propter Deum virginitatem profeſſus, in coniugio poſitos per arrogantiam vituperauerit, anathema ſit.

Item ex eodem, c. 9.

¶ De eodem. Cap. V.

Burch l. 8. c. 61. Iuo par. 7. c. 79.

S I quis vel virginitatem, vel continentiam profeſſus δ, tanquam abominabiles nuptias iudicat; & non propter hoc ſolum, quòd continentiæ, & virginitatis bonum, ſanctum propoſitum eſt, anathema ſit.

δ ¶ Profeſſus.] *Hic erat additum*, in coniugio. *quod neque eſt in canone Græco, neque etiam in Latino, qui citatur infra diſtinct. 31. c. quicumque, neque in multis manuſcriptis Gratiani codicibus.*

Item ex eodem, c. 13.

---

a ¶ Fideles.] Fidelibus & infidelibus parentibus tenenē ſubuenire: magis tamē fidelibus. 86 d. non ſatis. Sed pone ꝙ habes patrem hæreticum: nunquid præferes ipſum extraneo bono? P. mādueator dixit hanc quæſtionē eſſe nebulā, & tenebroſam aquam in nubibus aeris. Sed dicas ꝙ patrē, qualiſcūq; ſit, debemus ꝑponere extraneo, etiam ſancto, in his quæ ſpectāt ad opus miſericordię in prouidendo ei in neceſſarijs: niſi alter magis indigeat: quia tūc potius tenemur extraneo ſubuenire, vt 86. diſt. paſce. Ambroſius tamen videtur cōtradicere huic opinioni ī cāticis in illo loco: Ordinauit in me charitatē. ait enim, Multorum eſt charitas inordinata. quidam enim id, ꝙ eſt primum, ponunt tertiū vel quartum. Sed primo diligēdus eſt Deus 1: ſecundo parentes: deinde filij, poſtea domeſtici: qui ſi boni ſunt, malis filijs ſunt præponendi. de pœn d. 2. charitas. ſed illa auctoritas intelligēda eſt de affectu interiori, non de bñficiorū exhibitione: nā magis debem⁹ diligere extraneos bonos q̄ ꝓpinquos malos, licet iſtis potius dēamus ſubuenire. 23. q. 2 nō ęſtimem⁹

Pater malus an ſit extraneo bono præferēdus.

1 Dicit Beatus Bernar. in li. de diligendo Deū, cā diligendi Deū Deus eſt: modus, ſine mō diligere. ob duplicem. cām Deum ꝑ ſe diligēdū dixerūt: ſiue, q̄a iuſtius, ſiue quia nil diligi frutuoſius poteſt. Arch.

b ¶ Dei cultus.] Qđ quidam hæretici fecerūt ratione illius auctoritatis, Qui reliquerit patrem & matrem propter me, cētuplum accipiet. 28. q. 1. in princip.

2 Sed in multis locis moniales tondentur, vt Rhegij & Mutinæ & amputāt ſibi comas: forte & male faciunt. a. 20. q. 3. c. 3 vbi etiā dicam. Arch.

c Q Va cūque.] Infra, de conſe diſt. 5. fucare. 33. q. 5. mulier. Ioan. 2.

d S I qua mulier.] ¶ Diſcedere.] ſine eius conſenſu.

 a ¶ Si qua

SI qua mulier ſuo propoſito.] quia magis eſt habilis, & magis parata in ſciſſa veſte, quam in clauſa ad meretricandum.

b SI quis. Contemptum.] quia ſi non fuit in contemptum illius diei, etiã omni die bonum eſt ei ſi ieiunat, vt 76. diſt. in. vtinam.

SI quis eorũ.] CASVS. Beneuẽtan' ſic ponit casũ. Quidã dũ ieiunaſſet, cępit eum fames affligere: ille propter famem ſuperbiens dicebat nõ eſſe ieiunãdũ, & ſufficere ſolã conſcientiam pro facto. de iſto dr̃ ꝙ dẽt anathematizari. Ego Bart. Brix. aliter caſum intelligo, ſic ponens. Quidã dum permaneret in ꝓpoſito abſtinentiæ, ideſt, cõtinentiæ: propter neceſſitatẽ corporalẽ, ideſt, abſtinentiam, per quam multa neceſſaria corpori ſubtrahũtur, ſuperbiebat, omnia ieiunia parui pẽdens, cum plus alijs ieiunaret: perfectã conſtitutionem eccleſiæ iudicans in ſua conſcientia, dicitur ꝙ talis anathema ſit Seq. cap. vſq. ad c. ſi quis virorum patent.

c ¶ Neceſſitatẽ.] Ideſt, continentiam.

d SI quis.] ¶ Baſilicas.] Niſi cum fiunt per inanes reuelationes, vt de cõſecr. diſtin. 1. placuit.

a ¶ Si quis

De eodem. Cap. VI.

SI qua mulier ſuo propoſito [a] vtile iudicans, vt virili veſte vtatur; propter hoc virilem habitum imitetur α anathema ſit. Burc. l. 8. c. 60. Iuo p. 7. c. 78.

α ¶ Imitetur.] *Gracè legitur* Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι *quæ Dionyſius .igنus apte vertit*, & pro ſolito muliebri amictu virilem ſumit: *ſicque habet Burchardus, & fere etiam Iuo.*

Item ex eodem, c. 18.

¶ De eodem. Cap. VII.

SI quis tanquam hoc continentiæ conuenire iudicans, die Dominico ieiunauerit in eiuſdem β diei contemptum [b], anathema ſit. Burc. l. 13. c. 19. Iuo p. 4. c. 31.

β ¶ In eiuſdem.] *In originali huius priſca verſionis eſt*, aut in eiuſdem diei contemptum: *quod in verſione Dionyſii, quam attulerunt Burchardus, & Iuo, iſtis vocibus videtur exprimi*, aut contumaciam, *al.* propter contumaciam. *Sed in Græco vulgato nihil eſt, quod iſtis reſpondeat.*

Item ex eodem, c. 19.

¶ De eodem. Cap. VIII.

SI quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, propter neceſſitatem γ [c] corporalem ſuperbiat, & ieiunia communia putauerit contemnenda, totius eccleſię perfectam in ſua conſcientia iudicans rationem, anathema ſit. Burc. l. 13. c. 5. Iuo par. 4. c. 38.

γ ¶ Propter neceſſitatem.] *Nihil mutatum eſt ob gloſſas, cęterum multis modis diſcrepat à priſca verſione, & à Dionyſiana, quam ſecuti ſunt Burchardus & Iuo. Priſca ſic habet*: Si quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatem corporalem, & ſuperbiens ieiunia communia totius eccleſiæ putauerit contemnenda, perfectam in ſua ſcientia vindicans rationem, anathema ſit. *Dionyſiana autem hoc modo.* Si quis eorum, qui continentiæ ſtudent, abſque neceſsitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab eccleſia cuſtodita, ſuperbiendo diſſoluit. ſtimulo ſuę cognitionis impulſus, anathema ſit. *Quæ verſio in cæteris quidem partibus originali Græco, etiam vulgato, ſatis reſpondet: ſed in poſtrema inſignis eſt varietas. Nam vbi Dionyſius habet,* ſtimulo ſuæ cognitionis impulſus, *in Græco vulgato eſt*, ἀποκυροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, i. nimirum perfecta, quæ in ipſo eſt, ratiocinatione, ille abrogante. *In manuſcriptis autem huius canonis exemplaribus partim eſt*, ὑποικουροῦντος. *ideſt* perfecta in *eo reſidente ratione, partim.* ἐπικουροῦντος. *ideſt* perfecta, quæ in ipſo eſt, ratione ſibi auxilium ferente. *Notantur vero Euſtathiani (quos poſtea Bogomilici ſectati ſunt) qui ita ſtatuebant, peracto certo quodam ieiunio, ad eam ſe perfectæ vitæ rationem perueniſſe, vt poſtea omnia ſibi eſſent indifferentia, nulliſque præceptis obligarentur, ſed ſoluti omnino eſſent, ac ne peccare quidem poſſent: qua de re Balſamon in capitis huius interpretatione.*

Item ex eodem, cap. 20.

¶ De eodem. Cap. IX.

SI quis per ſuperbiam tanquam perfectum ſe exiſtimans, conuentus, qui per loca, & baſilicas [d] ſanctorum martyrum fiunt, vel accuſauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, ſpernendas eſſe crediderit, memoriaſque ſanctorum contemnendas, anathema ſit. Fann. l. 2. c. 8.

Item ex eodem, cap. 5.

¶De eodem. Cap. X.

Burch.li.3.c.94. Iuo p.3.c.84.

SI quis docet domum Dei contemptibilem eſſe debere, & congregationes quæ in ea fiunt, anathema ſit.

Item ex eodem, c.6.

¶De eodem. Cap. XI.

Burch.li.3.c.95. † *al. conſilio.*

SI quis extra [a] eccleſiã priuatim populos congregans, contemnat eccleſiaſticas ſanctiones α; ipſamq; eccleſiam apud ſe ſine concilio † epiſcopi cum presbytero agat, anathema ſit.

α ¶Sanctiones.] *Poſt hoc verbum in priſca verſione iſta ſunt interiecta,* aliterque ea, quæ ſunt eccleſiæ, voluerit vſurpare, non conueniente presbytero iuxta decretum epiſcopi, ipſamque, *& cætera, quæ hic ſequuntur. Dionyſij autem verſio, quæ optimè reſpõdet verbis Græcis, & refertur à Burchardo, hæc eſt.* Si quis extra eccleſiam ſeorſum conuentus celebret, & deſpiciens eccleſiam, ea, quæ ſunt eccleſiæ, voluerit vſurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum epiſcopi, anathema ſit.

Item ex eodem, c.1.

¶De eodem. Cap. XII.

Inf.31.d.ca. ſi quis nuptias ex verſione Dionyſij. Burc. l.8.c.61. Iuo p.7.c.79.

SI quis nuptias in accuſationem duxerit; & mulierem fidelem, ac religioſam cum viro ſuo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accuſandam, tanquam non poſſe coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema ſit.

Item ex eodem, c.2.

¶De eodem. Cap. XIII.

Iuo p.4.c.30. † *al. immolatam, & ſuffocatam.*

SI quis carnem manducantem ex fide [b] cum religione, præter ſanguinem, & idolo immolatum † [c], & ſuffocatum, crediderit condemnandum, tanquam ſpem non habentem, qui eam manducat, anathema ſit.

Item ex eodem, c.15.

¶De eodem. Cap. XIV.

Iuo p.8.c.318.

SI quis dereliquerit proprios filios [d] ſuos, & non eos aluerit, & (quod pietatis eſt β) neceſſaria non præbuerit, ſed ſub occaſione continentiæ negligendos putauerit, anathema ſit.

β ¶Quod pietatis eſt.] *Longè fidelius Dionyſius:* & quod ad ſe pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat. *Græcè enim eſt,* καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ † πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγκη. *Subinſelligitur autem particula negans, ideſt,* μή, *ex ſuperiore membro.*

† *al.* ἑαυτῷ.

Item ex eodem, c.12.

¶De eodem. Cap. XV.

Burch.li.8.c.63. Iuo p.7.c.81. † *al. beris.*

SI quis virorum putauerit ſancto propoſito (ideſt continentiæ) conuenire, vt pallio vtatur, tanquam ex eo iuſtitiam habiturus; & reprehendat vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris vtuntur, & alia veſte [e] communi, quæ in vſu eſt, anathema ſit.

Item ex eodem, c. vltimo.

Iuo p.8.c.321.

2 ¶De eodem. Cap. XVI.

HÆc autem ſcripſimus non abſcindentes eos, qui

a SI qs extra.] Et domus in qua hæc fiunt publicanda eſt, vt in auth. de eccl. tit. §. ſi quis in ſua domo. collat. 9. Ioan.

b SI quis.] ¶Ex fide.] Ideſt, ex bona cõſcientia. extra de præſcrip. quoniam omne.

c ¶Immolatũ.] Idolothytis non debemus veſci, vt hic. & 5. d. presbyteros. & 32 q. 4. ſicut ſatius. Sed contrarium videtur illud Apoſtoli ad Corinth. Si quis infideliũ vocat uos ad cęnam. omne qđ vobis apponitur mãducare nihil interrogantes. 1. Sed illud, loquitur ſecundum ſua tpa, cum adhuc pauci erant fideles. Quod autẽ dicit de sãguine & de carne ſuffocata, hodie non tenet: quia tantũ in figura fuit iſtud prohibitum.

1 Vt 11. q. 3. ad menſam. & 1. q. 4. §. notandum. Archid.

ADDITIO. 12. q. 2. gloria epi. Archid.

d SI qs.] ¶Filios.] Nam ex iuramento nõ poſſumus adſtringi ad illud, vt 22. q. 4. inter. de hoc habuiſti ſupra diſt. 1. ius naturale.

SI quis virorum.] CASVS. Quidam in quadam pretioſa veſte iuſtitiã ponebat, quaſi propoſito continentiæ cõueniret reprehẽdẽs eos, qui alia veſte vtebantur. dicitur quòd talis anathema ſit.

e ¶Veſte.] Sufficit ergo ꝙ quis veſte vtatur ſ᷑m conſuetudinem regionis: & ſic tranſmontani non coguntur vti affibulatis veſtibus, vt Italici, nõ obſtante noua cõſtitutione, ext. de vi. & honeſt. cler. clerici. quia lex debet cõuenire cõſuetudini, vt ſupra, diſtin. 4. erit.

Conſuetudinẽ in vſu veſtiũ debemus obſeruare.

HAec aũt ſcripſimus.] Hæc eſt ſcđa pars diſt. in qua cõcilium interpretatur prædicta. Archi. CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ea quę ſtatuta sũt in ſupioribus

bus cap. non ſunt ſtatuta, niſi contra eos, qui religionis habitum & propoſitum continentiæ aſſumentes in ſuperbiam efferuntur contra eos, qui ſimplicitet viuunt, facientes noua ſtatura contra diuinas ſcripturas, & eccleſiaſticos canones: illi vero commendantur, qui continentiam ſeruant, & proprijs abrenunciant cum humilitate: & qui diuitias poſſidēt cū iuſtitia, & bonis operibus.

a ¶Et noua.] ff. de conſtit. princ. in rebus.

b ¶Diuites.] Hoc verum eſt de talibus, qui faciunt miſericordiam non habentibus, vt 33. quęſt. 5. ſecundum. nam &. Dominus habuit pecuniam, vt 12. quęſt 1. exemplum, aliàs abijcienda eſt pecunia exēplo Cratis, vt 12. quęſt. 2. gloria epiſcopi, §. Crates. nam aliena rapere conuincitur qui ultra neceſſaria ſibi retinet, ut 42. diſt. §. 1 Io.

b ¶Diuites.] Nō eſt cōtra illud, facilius eſt camelum per foramen acus trāſire: quia illud de talibus intelligitur, qui in diuitijs ſpem ponentes, gratius intuentur aurum quàm ſolem, de quibus habetur 47. diſtinct. ſicut hi. 1.

Diuites aliqui boni ſunt.

Rapere aliena dr̄ qui vltra neceſſitatem ſibi retinet.

1 Et dicit Hieronym. Diuitias habuiſti, requiem perdidiſti. Dū vigilas augmentum diuitiarum cogitas. Dū dormis latronē ſomnias. In die ſolicitus, in nocte pauidus, & ſic ſemp mendicus. Archid.

eccleſię Dei ſecundum ſcripturas ſanctū propoſitū continentię eligunt. ſed eos, qui ſuſcipiūt habitum α eius, & in ſuperbiam efferuntur aduerſus eos, qui ſimplicius viuunt. Sed & hos cōdemnamus, qui ſe extollunt aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones, & noua [a] introducunt præcepta. Nos aūt & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum caſtitate & religione Deo acceptiſſimam dicimus, & renūciationem ſæculariū negotiorum, atq; actuū cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum vinculum β, quod ſecundum caſtitatem † perdurat honoramus: & diuites [b] cum iuſtitia, & operibus bonis non abijcimus γ.

† *caſtitatem ſecū]* orig. & Iuo.

α ¶Eos, qui ſuſcipiunt habitum.] *Gracè eſt:* τὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφάνειαν κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε κὶ παρὰ τὰς γραφάς, κὶ τὺς ἐκκλησιαστικὺς κανόνας καινισμὺς εἰσάγοντας: deſt qui ex inſtituto exercitationis huiuſmodi, capiūt occaſionem ſeſe offerendi: ſeque extollunt aduerſus eos, qui ſimplicius viuunt, & aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones introducunt nouitates.

β ¶Et nuptiarum vinculum.] *Gracè;* κὶ γάμου συνοίκησιν σεμνήν, *quæ Dionyſius vertit:* & nuptiarum vinculum.

γ ¶Non abijcimus.] *Poſt hac verba in concilio ipſo proximè ſequuntur quæ habentur infra c. parſimoniam, diſt. 41.*

Item ex concilio Martini Papæ.

Apud Martinum Bracarenſem, c. 57.

¶Anathematizatur, qui Manichæorum ſuperſtitiones ſequitur. Cap. XVII.

Si quis presbyter α propter publicam [c] pęnitentiam à ſacerdote acceptam, abſque aliqua neceſſitate die Dominica pro quadā religione ieiunauerit, ſicut Manichęi, anathema ſit. Similiter quia β, quod ab Apoſtolis traditū eſt, canon tenet antiquus; placuit, vt per omnes Dominicas, & per omnes dies Paſchæ vſq; ad Pentecoſten †, nō proſternant [d] ſe in oratione cauſa † humilitatis: ſed recto vultu ad Dn̄m fungantur orationis officio: quia in his diebus gaudium reſurrectionis Domini celebramus. Si quis etiam δ non pro abſtinentia, ſed pro execratione eſcarum à carne abſtineat; placuit ſancto concilio vt pręguſtet [e]; & ſic, ſi vult abſtinere, abſtineat. Si autem ſpernit, ita vt olera cocta cum carnibus non deguſtet, iſte nō obediens, nec ſuſpicionem hæreſis à ſe remouens, deponatur de ordine clericatus.

Burc. li. 13. c. 20. Iuo p. 4. c, 52.

† *al. quinquageſimam.*

† abeſt uox iſta ab orig.

Ibid. c. 58.

α ¶Presbyter] *Sequebatur,* vel diaconus, *quæ ſublata ſunt, quoniam abſunt à pleriſq; manuſcriptis, & originali: Cæterum Burchardus, & Iuo ſimilem canonem citant ex concilio Turon. atq; ita habent:* Si quis propter publicā pęnitentiā à ſacer-

Si quis presbyter.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur quòd ſi quis p̄sbyter accepta publica pœnitentia in die Dominica ieiunauerit ea intentione qua Manichæi ieiunabāt, anathema ſit. In ſecūda parte, quæ incipit ibi,] Similiter.] dicitur, ꝙ in diebus Dominicis & inter Paſcha & Pentecoſten non debemus flectere genua; ſed vultu erecto orare ad Dominum. tertia parte quæ incipit ibi, [Si qs ēt.] dicitur: [Si quis nō comedit carnes uel olera, in quibus carnes coquuntur, propter execrationem eſcarum, compelli debet deguſtare, & ſi noluerit tanquam hæreticus deponatur.

c Si quis.] Propter publicam.] Quam facere poteſt ſacerdos, ſed non ſolennem, ut dixi ſupra 28. diſtinct. presbyter.

d ¶Proſternant.] Vt de conſecr. diſtinct. 3. quoniam ſunt.

e ¶Prægustet.] Ecce ꝙ ſuſpectus cogitur comedere ſiue guſtare. Sed nunquid idem eſt ſi aliquis eſt ſuſpectus eo ꝙ non cōicat in anno 2. nunquid cogendus eſt cōicare? Non: quia illa non recipitur ſine peccato, ſi recipiens eſt peccator, ſed ad hoc poteſt cogi vt faciat ſe dignum, i vt pœniteat de conſec diſt. 2. ſi qui intrat. ca. diſt. hi qui. ſecundum Hug. cuius fuit iſta glo.

2 Vt de cōſ. diſt. 2. ſeculares. cum duobus cap. ſeq ſm Hu. &c. & ſi nō.

Tem-

Tempus quoque.] Hæc diſtinct. diuiditur in ſex partes, In prima corrigitur ſententia Pelagii per Greg. vt in cap. ſequen. Secunda ibi, [Cauſa vero.] Tertia ibi, [Poteſt, & aliter] Quarta ibi, [Sed obiicit] [Quinta ibi, [Aliter] Sexta

Sexta ibi, [Similiter.] Ioan de Fan.

CASVS. In hac 31. diſtinct. dicit Gratia. quòd illa capit. quæ ſuperius poſita in diſtinct. 28. intelliguntur tempore, quia nondum erat indicta continentia ſacerdotibus, & hoc probat per ſequentia. Dicit etiam quæ eſt cauſa, ſcilicet quod propter munditiam fuit continentia dicta: quod ſacerdotes vxores non abiiciant a ſua cura, quin eis neceſſaria miniſtrent.

dote acceptum, aut pro aliqua neceſſitate. *In aliquot Gratiani manuſcriptis eſt;* ſi quis præter publicam pœnitentiam, a ſacerdote acceptam, abſq; aliqua neceſſitate, &c. *& quæ optima videtur lectio. Nam in cap. 18. concilij* Gangrenſis, *vnde hoc videtur Martinus ſumpſiſſe nulla presbyteri fit mētio, ſed vniuerſè pronunciatur vt ſup. eadem cap. ſi quis tanquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur excitationem, die Dominico ieiunet, anathema ſit, abſq; aliqua neceſsitate, *vidētur huc importata ex cap. 19. eiuſdem concilij. Neque vero presbyteris huiuſmodi pœnitentiæ more laicorum imponebantur. c. illud cum ſequentibus. d. 50. & c. fi. verſ. nec enim. 82. d. Sed quando in grauiſſima crimina publice incurrebant: depoſiti peregrinari iubebantur. c. ſi quis ſacerdos. 30. q. 1. c. ſacerdos de pœn. d. 6.*

β ¶Similiter quia.) *Hoc ſumptum eſt ex canone vltimo concilij Nicæni.*

γ ¶Non proſternant.) *In codice Lutenſi Regio legitur:* non proſtrati, ſed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.

δ ¶Si quis etiam.) *Hoc ſumptum eſt ex concilio* Ancyrano, *c. 13, al. 14. & in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.*

DISTINCTIO XXXI.

Tempus quoque, quia nondum α erat inſtitutum, vt ſacerdotes continentiam ſeruarent.

α ¶Nondum.) *Quid ait hic* Gratianus, *fuiſſe tempus, quo nondum erat inſtitutum, vt ſacerdotes continentiam ſeruarent, in ſubdiaconis (Nam, & hi ſacerdotum nomine interdum comprehenduntur, valetq; idem ſacerdotis nomen atque in ſacris conſtitutus, vt infra ad initium diſtinct. 32. notaturque in gloſſa 1. q. 1. qui per pecuniam) locum habere poteſt. Fuit enim tempus, cum ſubdiaconi in aliquibus prouincijs, vt in Sicilia, continentiæ legibus non adſtringebantur; quod Gregorij locus, qui ſolus ad hanc rem confirmandam proximè a Gratiano citabitur, manifeſtè probat. Diaconis autem & presbyteris in Latina eccleſia nunquam licuiſſe vxoribus, quas ante ſacros ordines duxerant, vti ex canonibus, qui poſt primum in hac ead. diſt. citatur, & alijs multis, præſertim epiſtola ſecunda Siricij ad Himerium Tarraconenſem clare demonſtratur.*

Vnde Gregorius ſcribit Petro ſubdiacono Siciliæ, lib. 1. epiſt. 42.

¶Qui caſtitatem non promiſit, ab vxore ſua ſeparari non cogatur. Cap. I.

Pann. l. 3. c. 89. Poly. l. 4. tit. 31.

Ante triennium ſubdiaconi omnium eccleſiarū Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanæ eccleſiæ nullatenus ſuis vxoribus miſcerentur. Quod mihi du-

a ¶Tempus.] In hac 31. diſtin. oſtendit, quod a tēpore Gregor. ſtatutum fuit, vt ſubdiaconi non ordinarentur niſi promiſſa continentia 1. Secundo agit de cauſa continentiæ presbyterorum. & diaconorum 2. Tertio dicit quod licet ordinati in ſacris ordinibus vxoribus non debeant cōmiſceri, tamen neceſſaria prouidebunt eis 3. Vltimo aſſignat differentiam inter orientales, & occidentales.

Ante triēnium.] Caſus iſtius ca. ex quadam conſtitutione Pelagii pēdet. vnde ſcire debes, quod vna conſtitutio facta fuit ab Apoſtolis de continētia clericorum, vt 84. diſtinct. cum in præterito. idem fuit poſtea a Syricio repetitum in 82. diſti. plurimos. Tertia fuit facta auctoritate Pelagii, quæ habetur 27. quæſt. 2. multorū de qua fit hic mentio. Eſt ergo caſus huius cap. Pelagius fecit quandam conſtitutionem per quē dam diaconum nomine Seruum Dei, vt omnes ſubdiaconi Siciliæ a ſuis vxoribus abſtinerent, quas in minoribus ordinibus duxerant, aut ab officio ceſſarent: quam conſtitutionē, quia dura fuit, & iniqua, vt ſubdiaconi compellerētur ad continētiam Gregor. primus, qui ſucceſſit Pelagio retractauit, & ſtatuit, vt nullus de cetero fiat diaconus, niſi cōtinentiā promittat: ita tamen, vt mala præterita, ideſt continentia, quæ ſolet eſſe iuuenibus mala, ideſt, pœnalis, vel mala ſi non ſeruetur, per

1 Vt inf. ea. cap. 1.

2 Vt inf. ea. §. cauſa. vſq; ad §. quod autē

3 Hoc ſcribit ad prędictū. §. quod autem vſq; ad c. Nicęna. Arch.

rum [a], atque incompetens videtur, vt qui vſum eiuſdem continentiæ non inuenit [b], neque caſtitatem ante promiſit, compellatur a ſua vxore ſeparari, atque per hoc (quod ſup.d.28.c. nullum.
abſit) in deterius cadat. Vnde videt̃ mihi, vt a præſenti die epiſcopis omnibus dicatur, vt nullum ſubdiaconum facere præſumant, niſi qui ſe victurũ caſtè promiſerit [c] quatenus, & præterita mala [α] [d], quæ per propoſitum mentis appetita non ſunt, violenter non exigantur, & futura cautè caueantur. ¶Qui vero poſt eandem prohibitionem, quæ ante triennium facta eſt, continentes cum ſuis vxorib. vixerunt laudandi, atque remunerandi ſunt, & vt in bono ſuo † permaneant, exhortandi. † ſic] orig.
¶Eos autem, qui poſt prohibitionem factam ſe a ſuis vxoribus cõtinere noluerint, ad ſacrum ordinem nolumus promoueri: quia nullus debet ad miniſterium altaris accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.

α ¶Mala.] *Vox iſta abeſt à Polycarpo, & aliquot vetuſtis Gratiani codicibus.*

2 *Cauſa vero huius inſtitutionis munditia ſacerdotalis fuit, vt libere cunctis diebus orationi poſſint vacare. Si enim (vt Paulus ait) ab uxoribus eſt ceſſandum, ut expeditius orationi uacemus: miniſtris utique altaris, quibus quotidiana neceſſitas orandi incumbit, numquam coniugali officio uacare permittitur.* 1.Cor.7.

Vnde Beda in commentarijs ſuper Lucam ad c.1. ait.

¶Sacerdotibus ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. Cap. II.

SAcerdotibus [e], vt ſemper [f] altari queant aſſiſtere, ſemper ab vxoribus continendum; ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. Pann.l.3.c.92.

Item in concilio Carthaginienſi 2.c.2.

¶Qui diuinis ſacramentis inſeruiunt, continentes eſſe oportet. Cap. III.

EPiſcopos [g], presbyteros, & diaconos ita placuit (vt decet ſacros antiſtites, ac Dei ſacerdotes, necnon, & leuitas, vel qui [h] ſacramentis diuinis inſeruiunt) continentes eſſe in omnibus. inf.d.84.ca. cum in præterito. Pann.l.3.c.95. Raba.pęn.c.29.

Item Innocentius I. Victricio Rothom. epiſcopo, epiſ.2. cap.9.

per violentiam non exigatur: & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Qui vero.] commendat illos, qui conſtitutionem illam, quæ facta fuit ante triennium ſeruauerunt: & hortatur eos, vt debeant in ſuo propoſito permanere. Illi vero qui noluerint a ſuis vxoribus abſtinere, promoueri non debent: quia nullus dẽt promoueri, niſi eius caſtitas fuerit approbata. Vel ſic: Olim promouebantur ſubdiaconi non promiſſa continentia, & licitè vtebantur vxoribus & beneficijs: Poſtea Pelagius ꝑdeceſſor Gregorij ſtatuit, vt vel contenti eſſent vxoribus tantũ, vel beneficiis tantũ: de qua cõſtitutione Gregor. facit mentionẽ 27.q.2. multorũ. Poſtea idem Pela. aliã edidit cõſtitutionẽ, in qua præciſe ꝓhibuit, vt ſubdiaconi nullo modo commiſceri debeant amodo vxoribus ſuis, & illam cõſtitutionem quidam ſubdiaconi ſeruabant, quidam non, ſed quia illa cõſtitutio fuit iniqua, ſcilicet, ꝙ aliquis, q̃ non promiſit continentiam, cogeretur cõtinere: ideo retractatur hic a Greg. & ſtatuit, ꝙ ſi qui ſubdiaconi nõ ſunt, nõ cogantur continere, niſi velint. ſi qui autem in futurum ſunt ordinandi, non admittant, niſi promittant continentiam.
a ¶Durum.] ſtatutum Pelagij fuit contra Euangelium, in quo excipitur ſola
1 Vt 32.q.1. dixit. fornicatio 1 33.q.2 quos Deus, & ideo reprobatũ fuit. Sed quare reprobatur illa conſtitutio Pelagii, in qua ſtatuit, vt aut beneficia, aut vxores dimittant: cum idem ſtatuerit Alexander extrà de cler.coniug. capit.1. Sed dic, cum aliquis in minoribus ordinibus exiſtens poſtea contrahit, poteſt priuari beneficio prius habito, & de illis loquitur Alex. Cum vero aliquis primo contrahit, & poſtea eccleſia ſcienter ei confert beneficium, poſtea non poteſt illud ei auferre, & de illis loquitur Pelagius, & ideo conſtitutio eius fuit iniqua. ſimile ext. de cle. cõiu., diuerſis.
b ¶Non inuenit.] Ideſt, non ſuſcepit.
c ¶Promiſerit.] Hoc intelligo ſi hẽat licentiam vxoris.
d ¶Mala.] Ideſt, continentia, quæ iuuenibus eſt mala.
2 Sub, & ad 33.q.2. in adoleſcentia 2. pęnam, & ad onus. 28.diſ. de his, & accipitur hoc nomẽ mala pro pęna: & eſt ſenſus a ſubdiaconis vxorem habentib. ſine voto per violentiam non exigatur cõtinentia, ſed ab ordinandis de cætero, quam ſi promittere noluerint: repellãtur. 10. de Fan.

CAVSA VERO. Hæc eſt ſecunda pars d. in quã dicitur, ꝙ cauſa huius conſtitutionis fuit munditia ſacerdotalis, & hoc probat per 6.c.10. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ propter munditiam ſacerdotalem inducta fuit continentia in eccleſia, quia cum ſacerdotes ſemper debeant orare, ſemper debent ab vxoribus abſtinere. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli per ſeq. c. quorum prima duo patent.

e SAcerdotibus.] Idem eſt de aliis clericis. Lau.
f ¶Semper.] i. horis debitis. ſic inf. eo. ſi laicus 22.d. ſacroſan. & intra 37.diſt. de quibuſdam. 36. diſt. cap. vlt. Archid.
g EPiſcopus.] Hoc c. habetur 84.d. cum in præterito
h ¶Vel qui.] Ideſt, ſubdiaconi. tam & ſubdiaconi. ſacramentis inſeruiunt. 84. diſt. cum in præterito. Et expone.

pone iſtud, vel, pro, &, ſecundum Hug. & ita per hoc, & per illud infra 32. diſtinct. placuit. ſuppletur illud 34. diſtinct. cum de quorundam. quia hæc tria cap. ſunt. Carthaginienſis cōcilij, & faciunt pro opin. Hug. ſecundum Laur.

Ideo quæſiuit à Papa, an presbyteri & Leuitæ deberent viuere continenter? Et reſpondet ꝙ ſic, & hoc probat auctoritate ꝓphetæ dicentis; Sācti eſtote, &c. ideſt, mundi. & exemplo ſacerdotū vete teſt. qui in ſua hebdomada à ſuis vxoribus abſtinebant, ſed finita ſua hebdomada ſuis vxoribus commiſcebantur ꝓpter ſobolem procreandam: quia nullus poterat fieri ſacerdos niſi de tribu Aarō, hodie vero cū ſacerdotes quotidie debeāt orare, nec requirit, de qua tribu promoueantur, ſemper debent ab vxoribus abſtinere. Sequētia duo c. plana sūt, & per te videbis.

Tene-

¶ Sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus ſuis miſceri non debent. Cap. IIII.

Burch li. 2. c. 118. Anſel. li. 7. c. 134. Iuo p. 6. c. 94. & 194 Pann. li. 3. c. 94. *Leuit.* 11. *Luc.* 1. *Num.* 18. † *al. præceptus fuerat.*

TEnere debet omnino eccleſia, vt ſacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus ſuis non miſceantur; quia miniſterij quotidiani neceſſitatibus occupātur. Scriptum eſt. n.: [Sancti eſtote, quoniam, & ego ſanctus ſum[a] Dominus Deus veſter.] Nam ſi priſcis temporibus anno[b] vicis ſuę de templo Dei ſacerdotes non diſcedebant (ſicut de Zacharia legimus) nec domum ſuam omnino tangebant, quibus vtique propter ſobolis ſucceſſionem, vxoris vſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præter quā ex ſemine Aaron, ad ſacerdotium nullus accedere præcipiebatur †; quanto magis hi ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent; quibus vel ſacerdotium vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies,[c] qua vel à ſacrificijs diuinis, vel à baptiſmatis[d] officio vacent.

PALEA Cap. V.

Ibidem cōtinenter Anſel. li. 7. c. 132. *1. Cor. 7.* † *al. officium.*

NAm ſicut α Paulus ad Corinthios ſcribit dicens: [Abſtinete vos ad tempus, vt vacetis orationi:] & hoc utique laicis præcepit; multo magis ſacerdotes, quibus orandi, & ſacrificandi iuge ſacrificium † eſt, ſemper; debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere.

α ¶ Nam ſicut.] *Hæc palea in duobus Vaticanis (in quibus ſolis reperitur) eſt coniuncta cum ſuperiori capite, quemadmodum etiam in epiſtola Innocentij. & legitur,* Nam ſi Paulus. *Sed non eſt mutatum, quoniam eſt initium capitis.*

Item Euxuperio Tholoſano epiſcopo, epiſt. 3. c. 1.

¶ Qui ab vxoribus ſuis abſtinent, ad ſacrificia admittantur. Cap. VI.

Infra diſt. 82. c. propoſuiſti. Pann. li. 3. c. 95.

EOs β ad ſacrificia fas ſit admitti, qui vel cum uxore[e] non exercent carnale officium[f].

β ¶ Eos.] *Apud Innocentium, & infra diſt. 82. c. propoſuiſti, ubi hoc idem eſt repetitum, legitur*, neque eos ad ſacrificia fas ſit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale conſortium.

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib. 1.

¶ Sacerdoti, cui eſt ſemper orandum, matrimonio ſemper eſt carendum. Cap. VII.

Pann. li. 3. c. 96.

SI laicus, & quicunque fidelis orare[g] non poteſt, niſi careat officio coniugali; ſacerdoti, cui ſemper pro populo offerenda ſunt ſacrificia, ſemper orandū eſt: ſi ſemper orandum eſt; ergo ſemper matrimonio carendum[h].

a ¶ Quoniam, & ego sāctus ſum] Ex quo Dominus ſe cōmendauit, & Chriſti actio noſtra eſt inſtructa lectio. 81. d. legit. ergo & nos poſſum' nos commendare, & Aug. ſe commēdat, æquiparando ſe prophetis, vt 23. q. 4 & proconſul poteſt ꝑmittere libellū commendationis ſuæ, vt ff. de off procon obſeruare Similiter ille qui impetrat veniam ætatis, ſe commendat. 1. C de his qui ve. æta. imp. l. 2.

Commēdare pōt aliqs ſeipſum.

b ¶ Anno] ideſt ſeptimana. ſic alibi ponitur dies ꝓ anno, vt 33. q. 2. hoc ipsū. & tēpus pro anno, vt de conſec. diſt. 4. omni tempore. 2.

1 Ad idē ꝙ dicit Bald. Cuſtodi animam meam qm̄ ſanctus ſum, & cæt. & in pſalm. Inclina Domine,

2 Ideo autē fit hoc, quia annus dicit ab an, quod eſt circum. quia circumuoluitur. ſic & qdlibet tp̄s. Laur.

c ¶ Nec ꝓterit dies.] excepto ſabbato ſancto & die veneris ꝓcedēte, vt de conſe. diſt. 3. ſabbato. qui duo dies nulli reputantur propter paucitatem. ſic ī. de cōſ. diſt. 2. reuera.

d ¶ Vel a baptiſmatis.] dū ē neceſſitas. arg. 5. diſt. baptizari.

e EOs.] Vel cum vxore,] Ne dū cum alia.

f ¶ Officium.] Poſt votum factum.

g SI laicus.] ¶ Orare.] Quid de hac materia iuris ſit, habes 33. q. 4. c. 1. & 2.

h ¶ Matrimonio carendum.] ar. ꝙ ſi aliqua ſibi cohęrēt, vel ſi aliquid ſequitur ex alio, uno probato & reliquum eſt probatum. 3, ut 33. diſt. ſi quis viduam. 26. diſt. deinde 3. q. 6. hæc quippe argum. contra de pœn diſt. 1. ſicut primi in ſi.

Probato vno coniunctorū, ꝓbatur reliquū.

3 Sic de talibus vno cōceſſo & aliud conceſſum eſt 1. q. ſicut Chriſtus. ubi de hoc. Arch.

TEnere debet.] CASVS. Victorius Rothomagen. epiſcopus, habebat quoſdā presbyteros & leuitas in ſua diœceſi, qui nolebant a ſuis uxoribus abſtinere,

Quod

Quod autem [a] *Manichæorum cauſa de coniugio ſacerdotum illud ſupradictum ſit, ex Gangrenſi concilio apparet in quo c.1. ſic ſtatutum legitur.*

a ¶De coniugio.] *Sequentem canonem Gratianus reſtringit ad coniugia ſacerdotum cum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebans aliquem Chriſtianum etiam laicum, liberis operam dare. Nec fuit editus proprie contra Manichæos, ſed contra quendam Euſtathium, qui hunc errorem cum alijs multis in Armenia diſſeminauerat. Eſt autẽ caput hoc idem cum capite, ſi quis nuptias. ſupra diſt. 30. ſed ex alia verſione.*

¶Anathema ſit, qui nuptias vituperat. Cap. VIII.

SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro ſuo fidelem, ac religioſam deteſtatur, aut culpabilem æſtimat, uelut quæ regnum Dei introire non poſſit, anathema ſit.

Item ex eodem, c.8. & 9.

¶De eodem. Cap. IX.

QVicunque virginitatem cuſtodiens, aut continẽtiæ ſtudens, velut horreſcens nuptias, nec propter hoc, quod bonum, & ſanctum eſt: nomen virginitatis aſſumit, anathema ſit.

3 *Poteſt & aliter intelligi illud, quod in canone* [b] *Apoſtolorum legitur, ut iſte ſit ſenſus capituli: [ſi quis docet ſacerdotem vxorem ſuam contemnere,] non quam uxorem in ſacerdotio accepit, ſed quam, dum adhuc eſſet laicus, uel in minoribus ordinibus conſtitutus, ſibi copulauit, cum qua continentiam profeſſus eſt, cum ad ſacros ordines aſcenderet, quam nullus debet contemnere, hoc eſt ab animo, & cura ſua abijcere, quin ei neceſſaria prouideat. Probatur autem hæc interpretatio auctoritate Leonis Papæ, qui epiſt. 90. c. 3. ſcribens Ruſtico Narbonenſi epiſcopo ait.*

¶Miniſtris altaris cum epiſcopis, & presbyteris eadem eſt lex continentiæ. Cap. X.

LEx continentiæ eadem eſt altaris miniſtris, quæ epiſcopis, atq; presbyteris, cui cum eſſent laici, ſiue lectores, licitè & uxores ducere, & filios procreare potuerunt: ſed cum ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere [c], quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat ſpiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quaſi non habeant, ſic habere, quo & ſalua ſit charitas, & ceſſent † opera nuptiarum.

Item Leo ix. contra epiſtolam Nicetæ abbatis.

a ¶Leo.] Habetur *in reſponſione Humberti ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi aduerſus Latinos editum: quam reſponſionẽ, cum nomine Leonis ix. cuius erat legatus, ſcripſerit, poteſt rectè nomine ipſius citari, ſicut multa ex* Ennodij *libro nomine Symmachi citata inueniuntur ſupra diſt. 12. c. concilia. et inf. 40. diſt. c. non nos. & 81. diſt. c. nemo rectè. 8. q. 4. c. nonne. & 9. q. 5. cap. aliorum. Ac ſupra diſt. 22. nomine Nicolai ij. citatur cap.* Omnes, *quod habetur in oratione Petri* Damiani.

ſup. diſtin. 30. ca. ſi quis nuptias.

ſup. d. 30. ca. ſi quis vel virginitatem, ex alia verſione. Burch. li. 8. c. 61. Iuo p. 7. c. 79. ſup. diſt. 28. c. ſi quis.

Burc. l. 2. c. 114. Anſel. li. 7. c. 135. & 6. c. 204. Polyc. li. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 68. Pann li. 3. c. 106. 1. Cor. 7.

† *al. ceſſet exercitatio nuptiarum.*

QVOD AVTEM. CASVS. Dr̃ in hoc §. ꝙ illud qđ dictũ fuit in Gãgrẽſi cõc. s. 28. d. in c. ſi qs docuerit. & c. ſi qs diſcernit. ex cã fuit ſtatutum, ſ. propter Manichęos, q̧ nuptias condemnabant exẽplo ſacerdotum. Et hoc probat duobus ſeq. c. q̃ plana ſunt, & per ſe patent.

a ¶Quod aũt.] Reſpicit tria pen. c. 28. dicens, ꝙ illud ſtatutum fuit ꝑ ꝑ hæreſim Manichęorũ, q̧ nuptias cõtemnunt.

QVicũque.] POTEST ET ALITER. Hæc eſt tertia pars d. in qua dr̃, ꝙ illud qđ ſupradictũ eſt in c. ſi qs docuerit. diſt. 28. ex cauſa vel ex tp̃e intelligit. Nunc aũt aliter exponit, dicẽs ꝙ illud c. põt intelligi de ſacerdotibus noſtri tẽporis, vt ſi qs docuerit ſacerdotẽ cõtẽnere vxorem, quam in minorib. ordinibus duxit, vel cũ erat laicus, vt eam à ſua cura abijciat, cum qua poſtea cum promoueretur continentiã eſt profeſſus, anathema ſit. & hoc probatur per duo cap. ſeq.

b ¶In canone.] ſup. 28. diſt. ſi quis docuerit. Io.

LEx.] CASVS Ruſticus Narbon. Ep̃s q̃ſiuit à Leone, vtrum diaconi poſſint vel dẽant cognoſcere vxores ſuas? Qui reſpõdet quod no, ſed debent cõtinere ſicut ep̃i & p̃ſbyteri. nam cũ erãt laici vel lectores, hoc eis licebat, ſed poſtquam promoti ſunt ad ſacros ordines, cępit eis non licere quod ante licebat; eas tamen à ſua cura abijcere nõ debent, quin eis neceſſarla ſubminiſtrent.

c ¶Eis non licere] Nota quod propter commutationẽ ſtatus incipit aliquid nõ licere quod prius licuit. 1. 12. quæſt. 2. ne quis arbitretur.

1 Ad hoc j. 27. q. 1. nuptiarum. 32. q. vlt. c. ult. 17. q. 1. ſunt quidam. & habet ẽt ad hoc 88. diſt. fornicari. ff. de ſolut. cũ quis. 1. reſp. argu. contra extra de diuort. gaudemus. Archi.

OMnino.] CASVS. Abbas Nicæta dicebat licere epiſcopo, presbytero, & diacono amplecti vxorē ſuā, & cognoſcere, & hoc probabat auctoritate Apoſtoli dicentis ſe habere poteſtatem circumducendi mulierem ſicut frater Domini, & Cephas. Leo autē Papa eum reprehen-

ſtinct. epiſcopus, & hoc cum perſona eſt ſuſpecta.
c ¶Paulo apoſtolo dicente.] Ducebant enim vxores ſecum, vt ſeruirent eis in cibis parandis, & ab eis paſcerentur (cum eſſent pauperes) de mercede p̄dicationis.
d ¶Sororem.] ideſt, quaſi ſororem.

¶Epiſcopus, vel presbyter vxorem propriam a cura ſua non abijciat. Cap. XI.

Pann.l.3.c.115.

OMnino confitemur non licere epiſcopo, presbytero, diacono, ſubdiacono propriam vxorem cauſa religionis abijcere a cura ſua .ſ. vt ei victum, & veſtitum [a] largiatur [b], non vt cū illa ex more carnaliter iaceat. Sic, & ſanctos Apoſtolos legimus egiſſe, beato Paulo Apoſtolo dicente [c], [Nunquid non habemus α poteſtatem mulierem ſororem [d] circumducendi [e], ſicut fratres Domini, & Cephas:] Vide inſipiens, quia non dixit, [nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem amplectendi?] ſed, [circumducendi,] ſcilicet vt de mercede [f] prædicationis ſuſtentaretur ab eis: nec tamen forte deinceps inter eos carnale coniugium.

1.Cor.9.

α ¶Nunquid non habemus.] *Variæ ſunt huius loci interpretationes, quod inter alios S. Hieronymus in 1. libro contra Iouinianum oſtendit.*

Hinc illud [g] Gregorij. [Presbyter quidam.] Quod require inf. diſt. ſeq. c. penul. ¶Vt igitur ex his auctoritatib. apparet ſacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, vel in minoribus ordinibus conſtituti ſibi legitime copularunt, neceſſaria miniſtrare, debita uero reddere non ualent.

4 ¶*Sed obijcitur illud tripertitæ hiſtoriæ, lib. 2. c. 14.*

¶Diſſuaſu Paphnutij Nicæna ſynodus non conſtituit, quòd presbyteri cum ſuis vxoribus non dormirent. Cap. XII.

Pann.l.3.c.85.

NIcæna ſynodus corrigere volens hominum vitā in eccleſijs commorantiū, poſuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere [h] legem, vt epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi α cum coniugib. quas ante conſecrationem duxerant, nō dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confeſſor contradixit, honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem [i] eſſe dicens, cum propria coniuge concubitum †; ſuaſitque concilio, ne talem poneret legē, grauem eſſe aſſerens cauſam, quæ in ipſis, aut eorum coniugibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum eſſet inexpertus) expoſuit: ſynoduſ-

Adde glo. ...cor. in c. ...poſuiſti. ...r. eſtote. ...62. diſt.

e ¶Circunducendi.] nobiſcum.
d ¶Vt de mercede.] Arg. ꝙ ſi quis habet vxorem, & filios, de bonis eccleſiæ ipſos poteſt paſcere, ſi nō habet ꝓpria, vt 86. diſt. non ſatis. inf. d. prox. ſi quis vero, & 50. diſt. ſtudeat in fi. & 37. d. legant. quia nemo carnem ſuam vnquā odio habuit, vt 13. q. 2. non æſtimemus, & hæc vera ſunt ſi indigent 2 aliàs ſecus, vt 23. di. de Syracuſanæ. vnde & ſi viro relictus eſt vſus alicuius rei, mulier eadem re poteſt vti, vt ff de vſu. & habi. l. cæterum. §. mulier.
g ¶Hinc, & illud.] inf. in illo c. presbyter quidam, quod eſt infra diſt. proxima. Ioan.
VT IGITVR. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis ꝙ ſacerdotes debēt ſuis vxorib. cū quibus in minoribus ordinib. vel laicali habitu contraxerūt, neceſſaria miniſtrare, ſed debitum reddere non valent. Sed contra hoc duo ſequētia cap. inducuntur. ſ. ꝙ ſacerdotes debēt reddere debitum vxoribus ſuis.
SED OBIICITVR. Hæc eſt pars diſt. in qua ponit duos canones orientales, in quib conceditur clericis habere vxores. Io. de Fan.
NIcęna ſynodus] CASVS. Nicæna ſynodus volebat legē imponere, & neceſſitatem ep̄is, preſbyteris, diaconis, & ſubdiaconis vt ſeruarent caſtitatem cum vxoribus, cum quibus in minoribus ordinibus matrimonium contraxerunt. Sed quia hæc lex erat occaſio fornicandi, ſurrexit Paphnutius confeſſor inexpertus nuptiarum, & ſynodo contradixit ne talem poneret legem. cum caſtitas ſit cognoſcere vxorem propriam ſynodus autem ſententiā eius laudauit, & approbauit.
h ¶Introducere de conſenſu vxoris, aliter eſſet iniqua.
i ¶Caſtitatem.] Sic qui bene comedit, abſtinens eſt 44. d, conuiuia in fi.

ſed hoc verū eſt quo ad trāſactionē, aliter bene continetur. Arch
Beneficiatus ſuis conſanguineis ſubuenire pōt.

2 Ad hoc 12 q.1. habebat. in prin.

prehendit, & ſcribens contra eum dicit non eſſe verum, vt poſſint cum ea dormire more ſolito: tamen debent eis largiri victum, & veſtitum, & hoc probat exemplo Apoſtolorum, reprehendens eum ex eo, ꝙ male intelligebat illud verbum circumducendi.
a ¶Et veſtitum.] ¶Ex quo dicit victum, & veſtitum, videtur, ꝙ nomine victus non comprehendatur veſtitus, vt ff. de tranſ. cum hi. §. qui tranſigit 1 quod non eſt verum, ff. de verb. ſig. verbo, victus.
b ¶Largitur.] Sequeſtrato tamen habitaculo, vt 77. di-

1 ...tus nomi compre... ...ditur ve...us.

a ¶Sea-

Cõtradicere poteſt vnus multis.

a ¶Sententiam.] Vnus ergo poteſt contradicere toti vniuerſitati 1 ſi habet rationabilem cauſam, vt extra de his quæ fi. a ma. par. cap. 1. 1. nam ſententia vnius poteſt alios trahere ad partem ſuam, vt extra de eo qui mit. in poſ. cap. cum ſicut, ff. de arb. item ſi vnus. §. vlt. C. de vet. iu. enu. l. prima, § ſed is, &c.

1 Et eſt hic argu. quod vnus canonicus põt ſe opponere pro defenſione eccleſiæ ſuæ. Ad idẽ extra de cõceſ. pb. ex parte, vbi dicit Ioan. de Fan. hoc eſſe verũ etiã ſi capitulum illius eccleſiæ nollet defendi, & hoc fauore eccleſiæ. arg. ff. de lib. cau. l. j. 2. & 3

potest promoueri ſine licentia vxoris? Dicit H. quod ſic, quia nec fit ei præiudicium aliquod. Sed certe præiudicium fit ei, quia poſt mortem viri non poteſt contrahere 4. Item in alio fit ei præiudicium: quia tempore vicis ſuæ non debet ei commiſceri: cum etiam ad tempus vir

QVoniam.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod in canone Romano ſtatutum erat, quòd diaconi, & presbyteri oriẽtalis eccleſiæ deberẽt continentiam profiteri: quod male ſeruabant, quòd ſexta ſynodus cognouit ideo ſtatuit iuxta antiquum canonẽ Apoſtolorum, vt vnuſquiſque clericus ſuã poſſit habere vxorem: nec propter hoc repellatur a promotione ſi dignus fuerit. nec tempore ſuæ ordinationis cogitur continentiam profiteri: eo tamen tempore, quo miniſtrat altari, debet abſtinere. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Si quis.] dicit quod ſi quis presbyteros, vel diaconos a contactu legitimæ vxoris priuauerit, deponi debet, & quicũq; clericus cauſa religionis ſuam vxorem abiecerit, deponi debet: ſi in contumacia perſeueret.

b ¶Quoniam.] id eſt quamuis.

c ¶Romani.] Hic aſſignatur differẽtia inter orientales, & occidentales.

d ¶Qui ordinati sũt] id eſt, ordinantur.

e ¶Apoſtolicæ. Quia Apoſtolus præcepit, vt vir reddat debitũ vxori, 33. q. 1. c. 1.

f ¶Opportuno.] Iſtud eſt contra Gandulphũ & alios, qui dicunt vir quolibet loco etiam in eccleſia, & quolibet tempore tenetur reddere debitũ vxori petenti. Sed hoc nõ eſt verũ; quia ſicut debitor nõ debet ſemper venire cũ ſacro paratus, vt ff. de ſo. quod dicimus. ſic nec vir ſemper debet eſſe paratus. 33. q. 4. Chriſtiano. 2.

Vir debitum vxori nõ ſemper nec vbiq; reddere tenetur.

g ¶Diligens] id eſt, dignus.

h ¶Conuenientes.] Sed nũquid in orientali eccleſia vir vir inuita vxore non poſſit orare, vt 33. q. 4. Apoſtolus. ſed ibi expone, orare, id eſt, peregrinari. Io.

2 Melius ea. cauſa & q. c. apoſtolus in gl. vlt.

que laudauit ſententiam [a] eius: & nihil ex hac parte ſanciuit: ſed hoc in vniuſcuiuſque voluntate, non in neceſſitate dimiſit.

α ¶Subdiaconi.] *In aliquot vetuſtis codicibus, & in originali Socratis non ſunt duæ iſtæ voces. Sozomenus tamen lib. 1. c. 22. habet tam Græcè, quam in Latina vetere, & noua verſione, vt etiam Nicephorus.*

Item ſynodus ſexta. c. 13. lib. 8. c. 19.

¶Non in perpetuum, ſed tempore oblationis a complexu ſuarum vxorum ſacerdotes abſtineant. Cap. XIII.

QVoniam β in Romani [c] ordine canonis eſſe cognouimus traditum, eos qui ordinati † ſunt diaconi, vel presbyteri, debere confiteri; quòd iam ſuis non copulentur vxoribus: nos antiquum ſequentes canonem Apoſtolicæ [e] diligentiæ, & conſtitutiones, ſacrorum virorum legales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cũ vxoribus ſuis eorum connubia diſſoluentes; aut priuãtes eos familiaritate adinuicem in tempore opportuno [f]. Quicunq; ergo diligens † [g] inuentus fuerit in ſubdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut ſacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem aſcendere gradum pro vxoris ſuæ legitimæ cohabitatione. Nec etiam tempore ordinationis ſuæ profiteri cogatur: quod abſtinere debeat a legalis propriæ vxoris familiaritate. *Item infra.* ¶Oportet eos, qui altari miniſtrant: in tempore oblationis † ſanctorum continentes [h] eſſe in omnibus; vt a Deo poſſint conſequi, quæ ſimpliciter poſtulant. ¶Si quis igitur præſumpſerit contra Apoſtolicos canones, aliquos presbyterorũ & diaconorum priuare contractu, & communione legalis vxoris, deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus, qui religionis cauſa vxorem ſuam expellit, excommunicetur. Si vero in hoc permanſerit, deponatur.

Pann. l. 3. c. 86.

† *ordinandi*] ſed ob gloſſam non eſt mutatum.

† *leg. dignus*] ſed ob gloſſam non eſt mutatum.

† *al. tractationis.*

β ¶Quoniam.] *Græcè ſic habetur,* ἐπειδὴ ἐν τῇ ῥωμαίων ἐκκλητικῇ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν. *id eſt.* Quoniam in Romana eccleſia loco canonis traditum eſſe cognouimus, &c. *Hanc vero Eccleſiæ Romanæ traditionem non ſolum* B. *Hieronymus contra Iouinianum, Humbertus ſupracitatus, & alij Latini ſcriptores defendunt, ſed etiam Balſamon in explanatione huius canonis ſatis apertè probat. Verum de omnibus huiuſmodi canonibus, qui ſextæ ſynodo adſcribuntur, quid ſit ſentiendum, ad caput, Habeo librum d. 26. ſatis explicatum fuit.*

Hoc autem ex loco intelligendum eſt, orientalis. n. eccleſia (cui ſexta ſynodus regulam uiuendi præſcripſit) uotum caſtitatis miniſtris altaris non ſuſcepit.

HOC AVTEM. CASVS. Modo Gratianus ſoluit ſupra

ſupradictā obiectionem:& dicit, ꝙ hæc duo cap.intelliguntur de clericis orientalis eccleſiæ, qui non ſuſceperunt votum caſtitatis,cui ſexta ſynodis præfuit: licet occidentalis ſic: & hoc probatur per ſequens cap. rant votum continentiæ. In cap.presbyterum.non legitimæ nuptiæ intelliguntur ſecundæ ſcilicet, ſi quis diſcernit, locale fuit: vel intelligūtur de vxore,quæ ducta fuit in minoribus ordinibus. Similiter cap.illud.ſi ſubdiaconus.de ſecunda vxore intelligitur.

A Liter.]CASVS.Dicitur in hoc cap.ꝙ alia eſt traditio

Vnde Stephanus Papa ait in prima actione ſynodi ab ipſo in Baſilica Lateranenſi congregatæ.

Occidentalis, non orientalis eccleſia caſtitatis obtulit votum. Cap. XIIII.

Pann.l.3.c.84.

5 ALiter ſe orientalium traditio habet eccleſiarum, aliter huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ. Nam earum ſacerdotes diaconi, atque ſubdiaconi matrimonio a copulantur [a],iſtius autem eccleſię,occidentalium nullus ſacerdotum a ſubdiacono vſque ad epiſcopum licentiam habet coniugium ſortiendi.

a ¶Matrimonio.] *Ideſt poſſunt ſimul eſſe in ſacris ordinibus, & matrimonio iuncti. Nam neque illis,poſtquam ad ſacros ordines aſcendiſſent,licebat contrahere matrimonium.*

ſup.82.d.c.vlt.

sup.28.d.c.presbyterum.

ſup.28.d.c.ſi quis.

Similiter & capitulum Nicolai [b] ex looco conſideratur, quia gens Bulgarorum nouiter ad fidem conuerſa, propoſitum ſacræ religionis ex integro aſſumere nōdum didicerat.¶Quod autem in c.6.ſynodi [c] presbyter non legitimis nuptijs detentus punitur,non legales nuptiæ ſecundæ intelligendæ ſunt, a quib. auctoritate canonica ſacerdos quilibet debet eſſe immunis.Illud autem Gangrenſis concilij. [Si quis [d] diſcernit presbyterum coniugatum,&c.]ſimiliter intelligendum eſt,vel localiter traditum,vel coniugatum ab ea appellatum,quam ante tempus ordinationis ſuæ duxerat.Illud quoque Martini Papæ.]ſi ſubdiaconus [e] ſecundam duxerit vxorem]non diſſimiliter intelligendum eſt. Primam enim vxorem ante ſubdiaconatum habere permittitur: qua defuncta, vel caſtitatem profeſſa, promouetur iſte ad ſubdiaconatum,Promotus autem ſi ſecundas deſiderauerit nuptias, ſententiæ Martini Papæ ſubiacebit.

Infra 34.d.c.ſi ſubdiaconus ex Martino Bracarenſi.

DISTINCTIO XXXII.

ps 1 S Eruanda eſt [f] ergo continentia ab omnib. in ſacris ordinibus conſtitutis.

Vnde Leo Papa ad Anaſtaſium epiſt. 82.c.3.& 4.ait.

Burc.l.1.c. 5.& l.2. c.148.
Anſ.l.7.c. 137.& l. 6.c.18.in fi.
Iuo p.5.c.59.& par. 6.c.91.& 211.
Pann.l.2.c.100.

¶Neque etiam ſubdiaconis connubium conceditur. Cap. I.

OMnium ſacerdotū tam excellens eſt electio, vt hęc,

tio orientalis eccleſiæ, & alia occidētalis,Nam in orientali eccleſia oēs clerici indiſtincte poſſunt vti mr̄imonio cōtracto. In occidentali vero eccleſia aliter ſeruat̄.

a ¶Copulantur.]Ideſt,copulato vtuntur:Multi ex hac litera dixerunt, ꝙ orientales poſſunt contrahere in ſacris ordinibus.ſed eis obſtat infra.d.proxi.ſi quis eorū. ſed ipſi dicunt, quod ibi ſexta ſynodus nobis præfixit regulam.

SIMILITER.CASVS.[1] In hoc oſtēdit Gratianus qualiter intelligantur tria cap.in 28.diſt.ſcilicet, conſulendum, & presbyterorum,& ſi quis diſcernit. & vnū cap. in 34.diſt.ſi ſubdiaconus. Dicit.n.quod illud cap.conſulendum. locale fuit. quia Bulgari nondum ſuſcepe-

b ¶Nicolai.]28.diſt. conſulendum.

c ¶Synodi.]25.diſt. presbyterum.

d ¶Si quis.] ſup.28. d.ſi quis.

e ¶Si ſubdiaconus.] Infra.24.diſt. ſi ſubdiaconus.

S Eruāda.] hæc d. diuiditur ī ſex partes: In prima parte probat. quod in ſacris nullus poteſt habere vxorem; in minoribus autem poteſt:& etiam habere beneficiū. hoc ꝓbat p tres auctoritates. Scđa ibi, [Nullus,] Tertia ibi [Verum.] Quarta ibi, [Prohibentur.]Quinta ibi, [Interdixit.] Sexta ibi, [Presbyteram.] Ioan.Fan.

CASVS. Hic intitulatur 32.d in qua dicitur, ꝙ in occidētali eccleſia clerici in ſacris ordinib. conſtituti debent continentiam ſeruare, vt probatur per ſequēs cap.Sed in minorib. ordinib. non coguntur:& hoc per c.inf. ea.ſeriatim.

f ¶Seruanda eſt.]In hac 32.d adhuc proſequitur de continētia clericorū. Dicit ergo,ꝙ conſtituti in quatuor ſacris ordinib. tenent̄ cōtinere:& qui nō fuerint continentes, priuātur officio & beneficio: & ſi habent publicas concubinas, nullus Miſſam eorū audiat [2] & vt facilius poſſint ſeruare cōtinentiā, præcipit eis, vt extranearū fęminarum familiaritatem vitent [3] Io.Sed nunquid qlibet ordo eſt ſacer?Et certe vr̄, ꝙ ſic.nam dr̄ in lib 4. ſnīarum,22.d.c.1.in prin. ꝙ ordo eſt ſacrū ſignaculum in quo traditur ſpiritualis ptās ordinato, & officium:& in quolibet ordine confertur gratia ſi digne ſumatur, vt ibi dicitur.Solut reuera quilibet ordo [4] ſacer eſt:ſed quatuor præcipue dicuntur ſacri a ſanctimonia, ideſt, caſtitate,& continentia,quam indicunt ſup 28. di.nullum.& cap. decernimus.

OMnium]CASVS. Quæſitum fuit a Leone,an ſubdiaconi poſſint habere vxores. Et reſpondet,quod clerici in minoribus ordinibus conſtituti ſi contrahant immunes ſunt a culpa. [5] ſed hoc ſubdiaconis non licet

Clerici in quatuor ſacris ordinibus conſtituti continere tenentur.

2 Vt inf. ca. nullus.&c. præter hoc. Arch.

3 inf.ead.interdixit. & c.ſeq.

4 Hic quæro an ordo ſit vnum ſacramentū? Dic ſm̄ Pet. ꝙ vnum dr̄ pfectione vnius finis: qa conſtituitur ex diuerſis ordinibus ſpecialibus, qui oēs ordinantur ad vnū actum conſecrationis, ſicut ēt domus vna dr̄ Arch.

1 Ideſt, carnaliter commiſcentur. ſæpe enim inuenit copulari pro carnaliter commiſceri & copulatio pro carnali cōmixtione, vt ſup.c. 11. 30. q. 1.§. roſe, 27.q. 2.Agathoſa. &c. ꝓſſ quam ſm̄ Hug.

quæ in alijs [n] membris eccleſiæ vacant † à culpa: in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum [b] ordinem cōſtitutis, nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec ſubdiaconis quidem cōnubium carnale conceditur: vt & qui habent, ſint tanquā non habentes; & qui non habent, permaneant ſingulares [c]. Quod ſi in hoc ordine [d], qui quartus eſt à capite [e] dignum eſt cuſtodiri, quanto magis in primo, vel in ſecūdo, tertioue ſeruandum eſt, ne aut leuitico miniſterio aut presbyterali honore, aut epiſcopali excellentia quiſquā idoneus æſtimetur, qui ſe à voluptate vxoria ß necdum frænaſſe detegitur?

† al. non vetantur à culpam.

ß ¶ Vxoria.] *Sic emendatum eſt ex epiſtola Leonis, & cæteris collectoribus præterquam Iuone in parte 6. c. 97. nam ibi eſt vt antea apud Gratianum,* luxuriæ *Ex iſto autem epiſtola loco oſtenditur eo quoque tempore in multis eccleſiis eam fuiſſe conſuetudinem, vt ſubdiaconi à proprijs vxoribus abſtinerent. Quod tamen ante B. Gregorium non erat generatim omnibus eccleſiis præceptum, quippe cum in Sicilia aliter obſeruaretur. c. nullum. ſupra diſt. 28. & c. ante triennium. diſt. 31.*

[*Item* [f] *Gregorius Leoni epiſcopo Catin. lib. 3. epiſt. 34.*]

PALEA Cap. II.

MVltorum relatione comperimus, hanc apud vos olim conſuetudinem tenuiſſe, vt ſubdiaconi ſuis licite miſcerentur vxoribus: quod ne denuo quiſquam præſumeret, à Seruo dei ſedis noſtræ diacono ex auctoritate noſtri deceſſoris eſt iſto modo prohibitum, vt eodem tempore, ij qui iam vxoribus fuerant copulati, vnū è duobus eligerent, ideſt, aut à ſuis vxoribus abſtinerēt, aut certe miniſtrare nulla ratione præſumerent. Et quātum dicitur, Speciosus tunc ſubdiaconus pro hac re ab adminiſtrationis ſe ſuſpendit officio, & vſque in obitus ſui tempus, notarij quidem geſſit officium, & à miniſterio, quod ſubdiaconum oportuerat exhibere, ceſſauit. *& poſt aliqua.*

Infra 27. q. 2. Anſ. l. 7. c. 138. Poly. l. 4. tit. 31.

¶ De cætero vero fraternitas tua ſit omnino ſolicita, vt quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quam maxime diligenter inſpiciat, ne ſi vxores habent, miſcendi ſe cum eis licentia potiantur; ſed ad ſimilitudinem Apoſtolicæ ſedis, eos cuncta obſeruare ſua nihilominus diſtrictione conſtituat.

Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, ca. 2. ad ſecundam interrogationem.

¶ Extra ſacros ordines cōſtituti ducant vxores, & ab eccleſia ſtipendia accipiant. Cap. III.

SI qui vero ſunt clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe continere non poſſunt, ſortiri vxores debent, & ſtipendia ſua exterius [g] accipere; quia & de eiſdem patribus, de quibus præfati ſumus, nouimus ſcriptum, quod diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo ſtipendio cogitandum, atque prouidendum eſt, & ſub eccleſiaſtica regula ſunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis pſalmis inuigilent [h], & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conſeruent.

Infra 12. q. 1. quia tua. §. ſi. qui. Iuo par. 6. c. 86. Pan. l. 3. c. 101. Act. 2.

Item Nicolaus Papa Odoni †. *Viennenſi archiepeſcopo.*

† al. Adoni.

Vnde qui habēt, ſint tanquam non habentes: & qui nō habent, permaneāt ſingulares. Et ſi hoc cuſtoditur in ſubdiacono, multo fortius in diacono, presbytero & epiſcopo cuſtodiri oportet.

a ¶ Quæ in aliis.] Ideſt, laicis.

b ¶ Clericorum.] Sacrorum.

c ¶ Singulares.] Ideſt, diuiſi ab eis.

d ¶ In hoc ordine.] Ideſt, ſubdiaconali.

e ¶ A capite.] Ideſt, ab epiſcopatu. & ſic videtur quod epiſcopatus ſit ordo. 54. diſ. ſi ſeruus. & 93. diſ. diacones. & diſt. 21. cleros. ſic 28 diſt. nullū.

f ¶ Item] Hic habēt quidam ca. quod eſt 27. quæſtio. 2. multorum, &c

SI qui vero. CASVS. Quæſiuit Aug. Anglorum epiſcopus à Greg. quid deberet fieri de clericis in minoribus ordinib. conſtitutis, qui continere non poſſunt. & reſpondet Greg. quod ipſi debēt vxores accipere. & ſtipēdia ſua recipere exterius. Et hoc probat exemplo patrum, qui diuidebant ſingulis prout quibusque opus erat. Et debēt viuere ſub regula ſua eccleſiaſtica, & lingua, & corde à malo abſtinere.

g Exterius.] Signatur contrarium 12. quæſt. 1. neceſſaria. & de conſec. diſtin. in omnibus. vbi dicitur, quod omnes clerici ſimul dormiant. Sed dic, vt not. 12. q. 1. quia tua.

h ¶ Inuigilēt.] Licet enim ſint vxorati tamen abſtinebunt. a negocia

ciatione & armis. vt 88.diſt. fornicari.20. q.3.eos. ſic extra de elect.tranſmiſſam.& 81 diſt.dictum.

DE illo.] CASVS. Quidam epiſcopus permiſit alicui ſubdiacono ducere vxorem ; de quo Nicolaus Papa eum reprehendit, cum tantum clericis infra ſub-

qui contra conſtitutiones eccleſiæ be- q.1.ſunt quidam Ioan. Ego credo ꝙ Papa poſſit * diſpenſare , cum hoc non ſit contra articulos fidei 2.& ipſe habeat plenitudinem poteſtatis, vt 2. q.6. decreto & cap.ſeq.B.

* Vide B. Thom.2.2. q.88.ar.7. & 11.& Caiet. ibidem.

¶ Subdiacono vxorem ducere non licet. Cap. IIII.

uo.p 6.c.119.

† al. Aluco.

† al. habendi.

DE illo clerico, Aluerico † nomine, quem per ordines eccleſiaſticos vſque ad ſubdiaconatū caſtè vixiſſe dicitis, cur veſtra auctoritate vxorem duxerit, miramur; eo quod nulli vnquam (exceptis illis, quibus eccleſiaſtica regula habere permittit) vxorem ducendi† licentiam damus ª:

Item Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.

¶ Non audiatur Miſſa presbyteri concubinam habentis Cap. V.

In ſynodo Romana cxiij. epōrum in baſilica Cōſtantiniana.

Pann.l.3.c.135.

2 NVllus Miſſam audiat ᵇ presbyteri, quē ſcit ᶜ concubinā indubitanter habere, aut ſubintroductā mulierē. Vnde etiam ipſa ſancta ſynodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: [Quicunq; ſacerdotum, & diaconorum, &c.] [*Sicut in ſubſequenti* a *capitulo Alexandri ſecundi continentur.*]

a ¶ Sicut in ſubſequenti.] *Hæc clauſula eſt Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quo proximè ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem uerba. Nam Nicolaus ſecundus in epiſtola, quæ extat, omnibus epiſcopis catholicis ſcripſit ſe in concilio, quod Romæ habuit centum tredecim epiſcoporum, hunc canonem edidiſſe, quem poſtea Alexander ſecundus (ut ipſe etiam teſtatur in epiſtola manuſcripta) in concilio à ſe habito iiſdem uerbis repetit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexandri.*

In epiſ. ꝓxima notat. indicata.

Item Alexander ſecundus.

¶ Non eſt audienda Miſſa presbyteri, qui concubinam habet: Cap. VI.

Pann. ibidem, & lib.8.c.142.

PRæter hoc autem præcipiendo mandamus, vt nullus Miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam habere indubitanter, vel ſubintroductam mulierem, Vnde etiam ſancta ſynodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: ¶ Quicunq; ſacerdos, diaconus, ſubdiaconus poſt conſtitutū beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri ſanctiſſimi Papæ Leonis, ac Nicolai de caſtitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductā non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, vt Miſſas nō cantet, nec Euangelium, aut epiſtolam ad miſſam legat, neq; in presbyterio ad diuina officia cum his qui præfatæ conſtitutioni obedien-

Leo ix. in conc. Romano.

NVllus.] Hæc eſt ſecūda pars diſtinct. in qua dicitur quod in duob. c. ſeq. cōtinetur. Io. de Fan. CASVS. Præcipit Nicolaus Papa in hoc ca. vt nullus audiat Miſſam ſacerdotis, quem ſcit indubitanter habere concubinam, aut ſubintroductam mulierem. Synodus ēt hoc ſub excommunicatione ꝓcipit. quod ſequitur eſt §. Gratiani.

b ¶ Audiat] Cōtrarium legitur 28. diſt. conſulendū. 15.q.vl. c.vlt. Sed hic loquitur de illo, cuius crimen notorium eſt, vel per ſnīam, vel p ꝓpriam confeſſionē, vt extra de cohab. cle & mu. veſtra. Immo ſi adhuc poſt ſententiam corrigi uoluerit, nō dicam eum ſuſpenſum ipſo iure, vt 81. diſt. ſi qui ſunt presbyteri, extra de cohab. cleri. & mulier. cap. ſicut. B. tñ dicit hunc canonē fuiſſe quandoq; latæ ſententiæ; ſed hodie nō eſſe: & hoc quod dixi ſpeciale eſt in hoc crimine fornicationis. vt notorius fornicator ſit ſuſpenſus ipſo iure, & etiā ſimoniacus, vt §. verū. ſed in alijs criminibus nō eſt expreſsū & ideo licet notoria ſint, non eſt pp illa abſtinēdum ab officijs ipſorum. vel dic ꝙ licèt notorius fornicator ipſo actu ſit ſuſpenſus; tamen pp cōtrarium actū ipſo iure reſtituit ei officium. 81. diſtin. ſi q ſunt. vnde quàm citò pœnitet, licitè celebrat. Io. Sed certè

2 Nec etiam pōt diſpenſare contra Apoſtolum. 25.q 1.ſunt quidam. Io. de Fan. ſed hic uideas ꝙ le. & no. extra de uoto.c. nō eſt.

Concubinarij an ſint ī officio fugiendi.

Subdiaconus an de licentia Papæ poſſit cōtrahere.

1 Scilicet ut contrahant. 35.q.3. quidam & c. ꝙ ſcripſi.

ſubdiaconatum liceat contrahere matrimonium.

a ¶ Damus.] Sed nonquid Papa dare poteſt ſubdiacono licentiam contrahendi? Vr ꝙ ſic. Nam diſpenſat eccleſia cum conſanguineis 1. & diſpenſat in alijs uotis, ut extra de vot. & uoti.redemp. ex multa. & in iuramētis vt 15.q.6. auctoritatem. vbi dr; diſſolue obligationes impietatis. Econtra vr, ut extra de ſtatu mona. cū ad monaſteriū. in fi. Solu. ſi uotum ipſum obliget ordinatum, Papa non poteſt diſpenſare ſed ſi conſtitutio obliget, & non uotum. tunc poteſt Papa diſpenſare

quiquid dicat Io. hoc tene pro certo, ſiue ſit notorium per ſententiam, ſiue per confeſſionem, vel per rei euidentiam de fornicatione ipſius, quòd uitari debet, ut extra de cohab. cler. cap.vlt. B.

c ¶ Quem ſcit.] Scientia iuris, non facti. Io. 3.

PRæter.] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in duas partes. In prima parte dr, ꝙ nullus debet audire Miſſam presbyteri quem ſcit concubinam indubitanter habere, uel ſubintroductā mulierem. Hoc idem ſtatuit ſynodus ſub excōicatione ſeruandum, præcipiens,

2 Et ꝙ ſic debeat ītelligi, probat 20 q c 2. ibi de hoc ī gl. arg. ꝙ, & c. vbi ita not. Archid.

...on cantet, niſi ceſſauerit, nec ...n his qui obediunt huic conſtitutioni, nec aliquid ab eccleſia percipiat. In ſcđa parte quæ incipit ibi, [Præcipientes etiam ſtatuimus.] dr̃, ꝙ iſti qui ſeruant caſtitatē, ſimul manducent & dormiāt & decimas, & primitias, & oblationes ꝑcipiāt à laicis, quas qui non dederit, excommunicetur.

ſtiones ſcribit, & ſolutiones pōnit. Diuiditur ergo hoc cap. uel hęc epiſtola ī duas partes. In prima parte ponuntur duæ quæſtiones: quarum prima eſt. vtrū ſacramenta ſint recipiēda à criminoſis? Rñdet Vrbanus, ꝙ vera ſunt ſacramenta in ſui eſſentia à quocunq; fiant, uum-

tes fuerint, maneat, neque partem ab eccleſia [a] ſuſcipiat.

¶ Præcipientes etiam ſtatuimus, vt hi prædictorum ordinum, qui eiuſdem prædeceſſoribus noſtris obedientes caſtitatem ſeruauerint, iuxta eccleſias, quibus ordinati ſunt, (ſicut oportet religioſos clericos) ſimul māducēt, & dormiant, & quidquid eis ab eccleſijs competit communiter habeant. Et rogantes [a] monemus, vt ad Apoſtolicā, communem ſcilicet vitā, ſummopere peruenire ſtudeant: quatenus perfectionem cum his cōſecuti, qui centeſimo fructu ditantur, in cęleſti patria mereātur adſcribi. Deinde, vt decimæ, & primitiæ, ſeu oblationes uiuorum & mortuorum eccleſiis Dei fideliter reddantur à laicis; & vt in diſpoſitione [b] epiſcoporum ſint, quas qui retinuerint, à ſanctæ eccleſiæ communione ſeparentur [c]. *Matth.* 13.

[a] ¶ Et rogātes.] *Hæc vſque ad verſ.* Deinde, *addita ſunt ex epiſtola muniſcripta Alexandri, quorū aliqua etiā ſunt in concilio Nicolai, in quo eſt præterea ſequens Verſiculus*, Deinde. *qui in epiſtola Alexandri non eſt.*

3 *Verum* [d] *præcepta harum auctoritatū contraire videntur Hieronymo* [e], *& Auguſtino* [f], *& cæteris, qui Chriſti ſacramēta neq; in bono, neq; in malo hoīe fugienda oſtendunt; ſicut ſubſequens cauſa ſimoniacorū plenius demonſtrat. Sed Vrbanus ſecundus in epiſtola* [g] *deſtinata prępoſito Sancti Iuentij* [h] *hanc contrarietatē determinat dicēs:* 1. q. 1. neque in homine.

[*Ad* 3 *hoc* [i] *vero quod ſubiungitur in eadem epiſtola, id eſt, vtrum ſit vtēdum ordinationibus, & reliquis ſacramentis à criminoſis exhibitis; vt ab adulteris, vel ſanctimonialium violatoribus, vel huiuſmodi: Ad hoc, inquam, ita reſpondemus. Si ſchiſmate, vel hæreſi ab*

Clerico ex cōicato eſt ſubtrahendum beneficium.

a ¶ Ab eccleſia] Hoc concedo in ſuſpēſo à canone. idē eſt in excōicato. extra de appel. paſtoralis non ita dico in ſuſpenſo ab hoīe, ꝙ ibi ſtatim debeat amittere beneficiū 1. quia relegato ad tēpus bona non adimuntur, niſi hoc in ſententia exprimatr̃. C. de pęn. deportatorum, quia dū alijs rationibus quis conſtringi pōt, non ſunt ei ſubſidia ſubtrahenda. C. de execu. rei iud. ſtipendia. Io immo dico, ꝙ nec hæc admitterentur, niſi in ſnīa exprimeretur. quid de hoc iuris ſit, notatur in quæſtionib. B.

1 Fortè non bene dicit Io. quia qui nō facit officium, non debet percipere bn̄ficium. extra de cle. coniug. quod a te. & ca. diuerſis. Arch.

b ¶ In diſpoſitione] arg. pro cōi vita clericorum 2. ut 1. q 2. ſacerdos Sed, contrariæ ſunt conſuetudines inf. ea. placuit. extra de conſti cum omnes, & de elect cū eccleſia Vulterrana.

2 12. q. 1. neceſſariū. de conſec. diſt. 5. in omnibus ubi de hoc.

c ¶ Separētur] Arg. ꝙ laici excommunicandi ſunt qui decimas vel oblationes ſoluere nolunt. 16 q. 1. ſtatuimus. & reuertimini. 13. q. 2. qui oblationes. 12. q 1. duo ſunt genera.

Excōicari poſſunt qui decimas nō ſoluunt.

VERVM. Hæc eſt tertia pars diſt in qua punit cap. Vrbani in quo dr̃ quæ differentia ſit inter ſacramenta celebrata a malis catholicis, vt in neceſſitate poſſint ſumi. & ſacramenta ab hæreticis, quæ nullo modo poſſunt ſumi, præter baptiſma. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſup. in c. nullus. & cap præter hoc ꝙ nullus debet audire Miſſam ſacerdotis quem ſcit concubinā indubitanter habere. ſed hoc uidetur contradicere Hieron. & Augu. & multis alijs, qui dicunt ſacramenta non eſſe ſpernenda in bono vel malo prælato, ut 1. q. 1. in multis cap. Sed hæc contrarietas ſoluitur in epiſtola Vrbani, quæ epiſtola infra ſequitur ſtatim.

d ¶ Verum.] Hic §. diuiditur in tres partes.

e ¶ Hieronymo.] 1. q. 1. ſicut Chriſtus.

f ¶ Auguſtino.] 1 q. 1. ſi fuerit &c. ne que in homine.

g ¶ In epiſtola.] 1. q. 3 ſaluator

h ¶ Præpoſito Sancti Iuentij.] Epiſtola deſtinata fuit ab hæretico, in qua multa 3 obijciebantur ei, ſ. vtrum uera eſſent ſacramenta uel ſacrificia hæreticorum. cui cum non reſpondere poſſet, miſit eam Papæ Vrbano, ut reſponderet: ipſe uero reſpondit ad ſingula

3 Quæ continentur 1. q. 3. ſaluator.

AD HOC VERO CASVS. Quidam miſit epiſtolam quandam præpoſito Sancti Iuētij, in qua duæ quæſtiones continebantur. quas cum neſciret ſoluere, Vrbanum ſuper hoc conſuluit. Vrbanus uero ei eaſdē quæ-

dummodo fiant in forma eccleſiæ, & ab his qui poteſtatem habent conficiendi, & recipienda ſunt ab eis niſi ſint hæretici, uel ſchiſmatici: & hoc probat auctoritate Aug. Nicolaus tñ & Greg. pceperunt ab officijs ſimoniacorum & iacentium in fornicatione manifeſta abſtinendum eſſe. Secunda quęſtio fit complexiuè: Aut non ſunt uera ſacramenta quæ conficiuntur ab iſtis, nec hēnt uirtutis effectū; aut ſunt uera. Si non ſunt uera, ergo neq; agentibus, neq; ſuſcipientibus obſunt. Si ſunt uera, ergo ſperni nō debent. Et rñdet Vrbanus, ꝙ uera ſunt. Veruntñ contra ſtatuta Grego. & Nicolai non ſunt recipienda de manibus eorum. In neceſſitate tñ ab iſtis, ſ. ſimoniaco, & notorio fornicatore poteſt baptiſma ſuſcipi, & etiam euchariſtia In ſecunda parte, quæ incipit ibi,] Hæc de malis] dicitur, ꝙ ſacramenta ſchiſmaticorum, & hæreticorum uera ſunt, ut dicunt doctores eccleſiæ, ſed non habent effectum donec fuerint reconciliati eccleſiæ uel ipſi, uel ordinati ab ipſis per manus impoſitionem; ſed non ſunt recipiendi ab ipſis, in mortis tamen articulo tantum baptiſma ab eis recipi poteſt. Cyprianus tamen, & lxxx. epi cum eo dixerunt baptiſma hæreticorum eſſe lauacrum diaboli. Sed reprehenſi ſunt ab Auguſtino, Stephano, Cornelio, & alijs Pontificibus Romanis, cum melius ſit a talibus baptiſmum recipere, quam in æternum perire. Et hanc ſententiam ſequitur tota eccleſia.

i ¶ Ad hoc.] Hic incipit cap. Vrbani.

a ¶Et veneranda.] Et etiam ſuſcipienda, & per hoc reſpondet duabus quæſtionibus. ſcilicet, quòd ipſa ſacramenta venerãda ſunt, & præterea, ꝙ ſuſcipienda ſunt: & ita facias vim in verbo illo, veneranda.

b ¶Malus.] Nõ ſufficienter probat hoc, cum aliud dici po-

g ¶Officium.] Hug. iſtud intelligit de notorio ſimoniaco, ſicut de notorio fornicatore. melius credo, ꝙ etiam occultus ſimoniacus ſuſpenſus ſit, ſi eſt ſimoniacus in ordine, vt 1. q. 1. reperiuntur. ſuſpenſus eſt enim quo ad ſe, & quo ad alios. Hoc ideo dicit: q̃a quilibet peccator

Simoniacus an ſit ſuſpenſus,

eccleſia nõ ſeparantur, eorundẽ ordinationes, & reliqua ſacramenta ſancta, & veneranda[a] *non negamus, ſequẽtes Beatum Auguſtinum, qui ſuper Ioannẽ de huiuſmodi tam copioſe, quã ueraciter dixerit. Ait enim:* [*Baptizat ſeruus bonus, ſiue ſeruus malus*[b]*: nõ ſciat ſe ille qui baptizatur baptizari, ni ab illo, qui ſibi tenuit baptizãdi poteſtatẽ.*] *et paulo poſt;* [*Non horreat colũba*[c] *miniſterium malorum, reſpiciat Domini poteſtatem.*] & infra. [¶*Attamen*[d] *deceſſores noſtri Nicolaus, & Gregorius a Miſſis ſacerdotũ, quos tales re uera eſſe conſtiterit*[e] *fideles abſtinere decreuerunt, ut peccandi licentiam cæteris auferrent, & huiuſmodi ad dignæ pęnitẽtiæ lamenta reuocarẽt. Scribit hoc prædeceſſor noſter Gregorius Rodulpho duci*[f] *Sueuiæ, & Rodulpho duci Carentanorum inter cætera:* [*Officiũ*[g] *ſimoniacorũ, & in fornicatione iacentium ſcienter nullo modo recipiatis, & quantũ poteſtis, tales a ſanctis miniſterijs* †*, aut oportuerit, prohibeatis, &c.*] ¶*Porro*[h] *ad hæc, quæ tibi ſyllogiſtice in eadẽ epiſtola obijciũtur, ideſt, ſi corpus & ſanguis Chriſti nõ ſunt, & alia, quæ prædiximus, proprias non habent uirtutis dignitates quid agentib. obſunt: quod ſi habent, cur ſpernũtur, ſi*[i] *ab indigno præſumuntur*[k]*: Ad hæc inquam, ita reſpondemus proprias quidem habent uirtutis dignitates, ut præfatus Auguſtinus ait ſuper Ioannem contra Donatiſtas: ſed agentib.*[l]*, uel ſuſcipientib. eadem ſacramenta contra præfatorum*[m] *Pontificũ inſtituta*[n] *(niſi forte ſola morte interueniente, utpote ne ſine baptiſmate, uel cõione*[o] *quilibet humanis rẽb. excedat) eis, inquam, in tantũ obſunt, ut uere* † *idololatræ ſint, cum talia.*[p] *& ordinationum*[q]*, & ſacramentorũ confectio*[r] *& aliter q̃ præmiſſum eſt ſcienter ſuſceptio, uehementer a ſanctis canonib. prohibentur. Ait enim Samuel propheta: Quoniã quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.*] ¶*Hæc de malis*[t] *catholicis qui intra eccleſiã ſunt. Cęterũ ſchiſmaticorũ, et hæ-*

Tract. 5. ad c. 1. Ioannis, circa medium.

Gregorius vij. l. 2. reg. epiſt. 45.

† *Miſterijs*] orig.

† *al fere.*

1. Reg. 15.

ſuſpenſus eſt quo ad ſe, licet non quo ad alios 1. præter notorium fornicatorem, & occultum ſimoniacum, vnde ab occulto ſimoniaco in ordine, quem ſcis eſſe ſimoniacum, nõ debes recipere ſacramenta, vt dixi 1. q. 1. ſi quis a ſimoniacis. & probat̃ extra de ſimo. ꝑ tuas, ſed a quolibet alio, qui adhuc toleratur, potes recipere: q̃a licet quilibet peccator ſit quo ad ſe ſuſpẽſus, vt 1. q. 1. ſacerdotes nõ tñ quo ad alios, vt hic patet, & 55. q. vlt c. vlt ſic q̃nque aliquis eſt ſuſpẽſus quo ad alios, & non quo ad ſe, vt extra de cler. peregri. tuæ.

h ¶Porro.] Hęc ſunt verba Vrbani.

i ¶Si.] Exponitur, ideſt, quamuis.

K ¶ Præſumuntur.] ideſt, præſumptiue conficiuntur.

l ¶Sed agẽtibus.] Ab illo loco vſq; ad illũ locũ, cęterũ, agit de ſimoniaco, & de fornicatore. & ab illo loco vſq; ibi, ſciẽdũ, loquitur de hæretico & ſchiſmatico, & tres innuẽtur differẽtię inter hos duos, ſ. ſimoniacũ, & fornicatorẽ, & inter illos duos, ſ. hæreticũ & ſchiſmaticũ Prima eſt, ꝙ ſimoniacus & fornicator tpe neceſſitatis conferrũt duo ſacramenta ſ. baptiſmum & corpus Chriſti; ſed illi 2, baptiſma tantum. Secunda eſt, quod iſti conferunt ſacramentũ & effectum ſacramenti, illi tantum ſacramentum * 3. Tertia ꝙ quia ordinati ab iſtis recipiuntur ſine manus impoſitione, ſed ab illis non. 1. q. 1. manus. & ca. quod quidam.

1 De hoc ẽt not. 50. d. de his uero: in glo. ulti. ibi uideas.

Simoniacus & fornicator tripliciter differũt.

2 Scilicet hęreticus & ſchiſmatic⁹.

* *Niſi in caſu neceſſitatis; quia q̃ a præciſo accipit ſacramentum extra caſum neceſſitatis, peccat: non item qui a malo. B.*

Th. p. 3. q. 64. ar. 9. ad 3. & art. 9. ad 2. & q. 57. art. 5.

3 Et nõ corpus Chriſti 34. q. 1. c. ul. & quæ ſit ratio not. ſup. ea. q. §. ſed illud. Arch.

4 Et hoc eſt ꝓpter ipſius Euchariſtiæ reuerẽtiam. arg. de conſe diſt 4. ꝑ regulam.

ci poteſt in baptiſmo, aliud in cæteris. nã & a pagano conferri poteſt. de conſe. d. 4. a quodam. ſed melius probat per ſequens, non abhorreat, &c.

Baptizare poteſt Paganus

c ¶Columba.] ideſt, bonus Chriſtianus.

d ¶Attamen.] Hucuſque intelligit de malis occultis, & de illis qui tolerantur.

e ¶Conſtiterit.] Per ſententiam, vel per confeſſionem uel per rei euidentiam, ut ſupra. dixi in c. nullus.

f ¶Duci.] Arg. hic ꝙ laicus de mandato ſuperioris poteſt ſuſpendere clericos, & excõmunicatio eſt iuriſdictionis potius quam ordinis. arg. extra de elec. trãſmiſſam. nam electioni poſſunt intereſſe laici 64. diſtin. Hadrianus. & c. in ſynodo. & ar. 96. diſtin bene quidam. &c. nos ad fidẽ. & cauſis matrimonialibus. 35. quæſt. 5. ad ſedem. circa me. 2. q. 5. Mennam. Ioan. Hoc tamen uidetur alienum a laico, cum de rebus ſpiritualib. ſe non intromittat, vt extra de iudi. decernimus, immo ut ibi dicitur, prohibetur prælatis, ut talia laicis non committant, tamen dominus Papa, qui habet plenitudinem poteſtatis, eis poſſet committere, ut excommunicarent. 2. q. 5. Mennam Bar.

Laicus quãdoq; poteſt clericos ſuſpendere, & excõicare.

m ¶Contra præfatorum.] Nicolai & Gregorij. Et ſic patet, ꝙ hic tm̃ loquitur de ſimoniacis, & fornicatorib.

n ¶Inſtituta.] Scilicet obſunt.

o ¶Vel communione. Sic ergo ab iſtis recipitur Euchariſtia, ſed non ab hæreticis vt 24. q. 6. ſi quis dederit 4.

p ¶Talibus.] Sacerdotibus.

q ¶Et ordinationum.] ideſt, ordinum.

r ¶Et ſacramentorum.] Aliorum.

ſ ¶Confectio.] improprie dicuntur ordines confici.

t ¶De malis.] Hæc litera bene innuit, ꝙ ab illo loco, porro ad hæc, &c. uſque huc, tantũ de malis catholicis intelligitur; non de præciſis. nec contradicit illud contra Donatiſtas, quia Vrbanus inducit auctoritatem Greg. a minori. Nam hic dicit de ſacramentis Donatiſtarum,

ſtarum; & ꝙ habent proprias virtutes,&c.

a ¶Formam.]ideſt,virtutem habent;quia vera & integra ſunt.1.q.1.quod quidam.& de conſe.d. 4. oſtenditur, & cap.ſicut in ſacramentis.

b ¶Initiati] ideſt conſecrati.ſi de conſecr.d.2.quia corpus. 12. q. 2. autun. 28.q.1.caue. Sed aliter accipitur. 26. q. 2.cum initiatur.

K ¶Neceſſarior.]Immo eſt ianua omnium ſacramentorum.1.q.1.ſi quis confugerit. de conſecr. d.4.his vero. extra de presby non baptiza.veniens.

PROHIBENTVR. Hęc eſt 4.pars diſt.in qua probatur qualiter debeant puniri omnes qui in ſacris recipiunt

reticorum ſacramenta, quoniam extra eccleſiam ſunt, iuxta ſanctorum Patrum traditiones, ſcilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Auguſtini, & Hieronymi, formã[a] quidem ſacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, niſi cum ipſi, vel eorum ſacramentis initiati[b] per manus[c] impoſitionem ad catholicam redierint vnitatem. Sciendum verò, quòd canones Apoſtolorum[d], (quorum[e] auctoritate orientalis, & ex parte[f] Romana vtitur eccleſia) & inſignis Cyprianus martyr, & lxxx. epiſcopi cum eodem baptiſma hereticorũ, lauacrum diaboli[g] appellãt[h]. Stephanus verò, & Cornelius martyres, & pontifices Romani, & venerabilis Auguſtinus in libro de baptiſmo eundem Cyprianum, & præfatos epiſcopos ob hanc cauſam vehementer redarguũt, affirmãtes baptiſma ſiue ab hæretico, ſiue ſchiſmatico, eccleſiaſtico more celebratum ratum eſſe, & merito: quia alia in baptiſmo[i], & alia in reliquis ſacramentis conſideratio eſt, quippe cum & ordine prior, & neceſſarior[k] ſit. Subito enim morituro, prius baptiſmate, quã Dominici corporis communione, vel alijs ſacramentis conſulitur, & dum forte catholicus non inuenitur, ſatis eſt ab hæretico baptiſmi ſacramentum ſumere, quam in æternum perire. Et hanc ſententiam præſcriptorum Pontificum, Cornelij, Stephani, et Auguſtini, ſecuti ſunt Innocentius, † Syricius, Leo Anaſtaſius, & magnus Gregorius, & omnis catholica eccleſia. 4. ¶Prohibentur ergo de manibus talium ſacerdotum ſacramenta ſuſcipi, non quin ſint vera quantum ad formam, & effectum: ſed quia, dum huiuſmodi ſacerdotes ſe a populo contemptos viderint, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiam prouocentur.

β ¶Ad hoc.] *Hinc vſque ad finem capitis omnia accepta ſunt ex epiſtola Vrbani ſecundi L. Præpoſito ſancti Iuentij apud Ticinum, quæ habetur in vetuſto codice Bibliothecæ Vaticanæ, cuius epiſtolæ initium, & magna pars habetur infra c ſaluator.1.q.3. atque in aliquot vetuſtis Gratiani codicibus eſt caput diſtinctũ cum rubrica,* De eodem.

Item ex ſexta ſynodo, c.6.

¶Qui vxorem ducere voluerit, ante ordinem ſubdiaconatus hoc faciat. Cap. VII.

SI quis eorum[1], qui ad clerum accedunt, voluerit nu-

Can.45. 46.47.

lib 1.epiſt.12. ad Ianuarium, & epiſt.ad Iubaianum, quæ ante illius concilium poſita eſt.

In cõc.Steph. Aug.l. 7. cõtra Donatiſtas.

Inn. Victricio epiſt. 1.c.15.Syricius Himerio.c.1.

Leo de conſ.d.4. hi de quib. Anaſtaſius diſt.19.c.ſecundum.

Extra de ætate qualita.c.a.multis. Pann.l.3.c.103.

Pęnitentia an poſſit ab hæreticis recipi.

c ¶Per manus] 1.q. 1.hi qui. Sed quid dices de pœnitentia? nunquid eſt ab iſtis pręciſis accipienda? Reſpon. in caſu neceſſitatis eis poſſumus confiteri. nam & cuilibet. de pœn. d.1.quem pœnitet. ſed licet eis confiteamur, tamen non debemus recipere ab illis pœnitentiam: quia nec in eo caſu imponenda eſt pœnitentia, ſed innoteſcenda.26.q.7.ab infirmis, vel dic, quod non debemus confiteri. 24. q. 1 §. ſed iſtud.in fi.de pœni. d.6.c. qui vult.& illud ne inducant nos in deſperationem ſicut Iudęi Iudam, cũ ei pœnitẽti dixerũt quid ad nos tu videris. de pęn. d.1. is poteſtatis.

d ¶Apoſtolorũ.]id eſt, qui ſub nomine Apoſtolorum facti ſunt ſed ſunt apocryphi.15.d. ſancta Romana.16.d.canones Hu.

e ¶Quorum] Simplex eſt hæc relatio.

f ¶Ex parte.] 12 d. aliter.

g ¶Diaboli.]Si quo ad effectũ dixiſſent in deteſtationẽ criminis hæreſis, bene dixiſſent: ſed hoc dixerunt, quia nõ credebant eſſe ſacramentorũ veritatem apud hæreticos, & ideo reprehenſi fuerunt ab Aug.H.

h ¶Appellãt.]inf.de cõſe.d.4.quomodo.

1 Vt continetur in pd.c. nullus. De hoc legit & not. 24 q.1. §. ſed iſtud. ibi videas.

Purgatorij pęna eſt acerbior omni mũdana.

i ¶In baptiſmo.]Videtur, ꝙ nec baptiſmus in neceſſitate ab hæretico ſit accipiendus. nam cordis contritio ſufficit, vt de conſec. diſt.4. baptiſmi vicem. ſi nec corpus Chriſti.24.q.1.c.penul. & vlt.quia qui credit manducat de conſecra diſt 2.vt qd paras? Reſp. hęc eſt rõ, quia baptiſmus neceſſarior eſt, nam in eo delentur oĩa peccata.adeo ꝙ ẽt ignis purgatorii pęna non ſentietur. de conſe diſt.4.ſiue:non autẽ ita eſt in cordis contritione, vel pęnitentia: nam per ea non poteſt purgatorium euitari 1, quod excedit omnem pęnam quam hic quis poſſit ſuſtinere, ſm quod hæc colliguntur.de pœn.diſt. vlt.c. vlt.& 25.d.qui in aliud.

piunt vxores, vel retinent concubinas, & dicit, ꝙ debẽt a clero ſubmoueri, & vxores mancipari ſeruituti: hoc probat per viij. auctoritates ſanctorum patrum.Ioan.de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, ꝙ ſacramenta de manibus hæreticorum ſimoniacorum, & in fornicatione iacentium nõ ſunt recipienda, non quin ſint vera ſacramenta; ideo fit, vt tales ſacerdotes propter verecundiam facilius ad pęnitentiam prouocentur ſi viderint ſe contemni. Caſus ſeq. cap.patet.

1 SI quis eorum iſtud c. euidenter eſt contra illos qui dicunt, ꝙ Gręci poſſunt, contrahere in ſacris ordinibus

Cræci in ſacris ordinibus nõ poſſunt contrahere.

nibus 1, cum hoc cap. ſit ſextæ ſynodi, & ſexta ſynodus præfixit eis regulam viuendi, vt 31. diſt. Nicæna, cap. quoniam. §. hoc autem. patet etiam quod apud eos in ſacris ordinibus non contrahitur matrimonium, nec etiam tempore Apoſtolorum licitum fuit contrahere in

1 Argu. ad ... 31. diſt. ...vbi et ... hoc ſed ... dicit, ꝙ hoc N... ... contili- ..., & ... ... eſt pro ... ar. ... ſ comm... l. 1. & l. in cõmodato §. ſicut aũt. Archid.

SVbdiaconis.] CASVS. Quæſiuit Bonifacius an ſubdiaconi ſui epiſcopatus poſſint vxores ducere. & reſpondet Greg. ꝙ non: ſed hoc ſtatuit de illis quod decreuit de aliis. nec quod decretum fuit, alicuius temeritate vult violari.

partiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinem ſubdiaconatus faciat.

Item ex concilio Carthag. 3. c. 19.

¶ Lectores aut vxores ducant, aut continentiam profiteantur. Cap. VIII.

Pann. l. 1. c. 11. LEctores, cum ad annos pubertatis[a] venerint, cogantur[b] aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

Item Gregorius Bonifacio epiſcopo Rhegino, lib. 3. epiſt. 5.

¶ Subdiaconos continentiam ſeruare oportet. Cap. IX.

Pann. l. 3. c. 99. SVbdiaconis tuis hoc, quod de Siculis ſtatuimus, decernimus obſeruari, nec illam definitionem noſtram cuiuſquam ſinas contumacia[c] aut temeritate corrumpi.

Item Vrbanus ij. in ſynodo apud Melphiam, c. 13.

¶ Beneficio & officio careant, qui poſt diaconatum vxoribus vacant. Cap. X.

Pann. l. 3. c. 101. EOs, qui[d] poſt ſubdiaconatũ α vxoribus vacare volũt, ab omni ſacro ordine remouemus, officioque, atque beneficio eccleſiæ carere decernimus. Quòd ſi ab epiſcopo commoniti non ſe correxerint, principibus indulgemus licentiam, vt eorum fœminas mancipiant ſeruituti: Si vero epiſcopi conſenſerint[e] eorum prauitatibus; ipſi officij interdictione mulctentur.

α ¶ Subdiaconatum.] *Antea legebatur,* diaconatum. *Sed emẽdatum eſt ex aliquot uetuſtis Gratiani exemplaribus, & ex ipſo concilio, cuius unum exemplar eſt in bibliotheca Vaticana, & alterum miſſum eſt è Gallia. Diaconis enim nunquam in Latina eccleſia legitur permiſſum fuiſſe coniugium, aut uſum ipſius, quos Syricius, & Innocentius ſemper eadem continentia lege cum epiſcopis, & presbyteris coniunxerunt. Subdiaconis quoque poſt B. Gregorium, & prohibitionem illam, quæ continetur in cap. ante triennium ſupra diſt. 31. eadem lex fuit conſtituta, quam Vrbanus ſecundus hic innouandam ſtatuit.*

Item Dominico Patriarchæ Gradenſi.

c ¶ Cõtumacia.] quia non eſt fauore alicuius perſonæ omittẽdum quod ſtatutis generalib. continetur. 61. diſt. miramur.

EOs qui.] CASVS. Quidã diaconi contrahebant de facto, vel vxores quas duxerãt ante ſacros ordines cognoſcebant. Quæſitum fuit quid de eis deberet fieri. & de vxoribus eorum? Et reſpondet Vrbanus, quod clerici ab officio & beneficio ſuſpendantur, & ſi incorrigibiles fuerint, datur licentia principib. vt eorum fœminas mancipiãt ſeruituti, & ſi epiſcopi huic prauitati cõſenſerint, ſuſpendantur.

d ¶ Eos qui.] Quod hic dicitur, intelligo quando quaſi matrimonialiter 2 ducunt vxores, & in eo caſu filij redigũtur in eccleſiæ ſeruitutem, vt 15. q. vlt. cum multę. primo tamen ipſe epiſcopus rediget in ſeruitutem eas ſi poteſt, vt 81. diſt. quidã clerici: ſed ſi ipſe non ſufficit, tũc itur ad brachium ſæculare, vt hic dicitur. Sed obijcitur, nõne principes habent iuriſdictionẽ ſup iſtas, cum ſint laicæ? quare ergo eis, indulgetur iſtud, cũ ipſi eas per ſe poſſunt punire? Si legitima eſſet vxor iſta, tunc planũ eſſet, quia legitima vxor ſortitur forum ex perſona viri, vt ff. de iur. om. iud. cum quædam Sed illa quæ non eſt legitima, non, vt ff. ad munici. de iure. §. vlt. Ad hoc poteſt dici, 3 quod cum ſit de familia ſacerdotis, eſt de foro eccleſiæ, ſicut & alii, qui ſunt de familia eius, vt 89. diſt. indicatum. & 12. q. 2. eccleſiarum ſeruos. vel ideo cenſetur de foro eccleſię, quia deliquit in perſona eccleſiæ; quia ratione delicti dicitur in me princeps habere iuriſdictionem: & ratione delicti fit quis de foro alterius, vt 6. q. 3 placuit.

2 Hanc ſententiã ſequitur Vinc. & Inno. extra de cohabi. cler. ca 2. in fin. vbi ẽt de hoc. Archid.

Vxor clerici eſt de foro eccleſiæ.

3 Ideſt q̃d dr̃ in illis c. pdictis Gradẽſi patriarchæ. iſte ſub nomine archiepiſcopi continetur, vt patet 21. diſt. in ca. 1. ver. ſi ordo.

in ſubdiaconatu, vt 84. diſt. cum in præterito.

LEctores.] C A S V S. Clerici quidã in puberrate xviij. ann. poſiti volebant ad ſubdiaconatum non promiſſa continentia promoueri. Quæſitum fuit in concilio Carthag. quid de hoc fieri deberet, & reſponſum fuit, ꝙ iſti aut ducant vxores, aut cogantur continentiam profiteri, ſi volunt ſubdiaconi fieri.

a ¶ Pubertatis.] plenæ, quę eſt xviij ann. in ſæcularib. clericis, ſed xv in monachis 20. q. 1. illud. 28. diſtinct. de his. hic enim dr̃ plena pubertas, vt Inſtitu. de adopt. §. minorem. Sed quantum ad matrimonium contrahendum, dicitur plena pubertas xiiij. anni in viro, vel xij. anni in muliere, vt extra de ſpon. imp. puberes.

b ¶ Cogantur.] inf eod placuit contra. Sed illud quando eccleſia penuriam non patitur. argumen. 55. diſt. cap. 1.

e ¶ Conſenſerint.] hodie deponitur, vt extra de vita & honeſta. cleric. & clericorum mores. & 83. diſtinct. ſi quis epiſcopus. & extra de ſimo. nemo. Sed illud 3. verum quando prece vel pretio conſenſit, vt ibi dicitur in illa conſtitutione, vt clericorum. Si autem epiſcopus negligens eſſet, ſuſpendatur per duos menſes, vt 1. q. 1. quidquid.

¶ Excludendi ſunt à ſuorum graduum dignitate ſubdiaconi, & deinceps, ſi continentes eſſe nolunt. Cap. XI.

ERubeſcant impij, & aperte intelligant iudicio ſpiritus ſancti eos, qui in ſacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, ſubdiacouatu ſunt poſiti, niſi mulieres abiecerint, & caſte vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. De manifeſtis quidem loquimur: ſecretorum [a] autem & cognitor Deus, & iudex eſt.

In c. à multis. erubeſcant. extra de æta. & qual.
Pann. l. 3. c. 103.

Idem in Melphitenſi ſynodo præſidens dixit, c. 12.

¶ Ad ſacros ordines non accedat, niſi virgo, aut probatæ caſtitatis. Cap. XII.

NEmo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo [b], aut probatæ ſit caſtitatis, & qui vſq; ad ſubdiaconatum vnicam, & virginem vxorem habuerit.

In c. à multis extra de æta. & qual.
Pann. l. 3. c. 104.

Item in concilio Carthaginienſi 5. c. 3.

¶ In tribus gradibus conſtituti etiam ab vxoribus abſtineant. Cap. XIII.

PLacuit epiſcopos, presbyteros, diaconos α ſecũdum priora ſtatuta β etiam ab vxoribus abſtinere [c]; quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico remoueãtur officio: cęteros vero clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundum vniuſcuiuſque [d] eccleſię conſuetudinem obſeruari debere.

Pann. l. 3. c. 105.

α ¶ Diaconos.] *ſequebatur,* ſubdiaconos. *quæ vox ſublata eſt, quoniam abeſt ab originali, & ab Africano, cap. 37. & à Carthaginienſi Græco, c. 71. & infra diſt. 84. cum de quorundam: quamuis habeatur in Carthaginienſi codicis canonum, c. 5.*

β ¶ Secundum priora ſtatuta.] *Græcè eſt* κατά τοὺς ἰδίους ὅρους, *& Balſamon interpretatur,* tempore vicis ſuæ: *quod ab originalis ſententia alienum eſt.*

Item Leo IX. contra epiſtolam Nicetæ abbatis.

Humbertus Cænomanen. legatus Leonis ix. in reſponſione contra Nicetam.

¶ In minoribus ordinibus conſtituti vxorem ducant; niſi voto, aut religioſo habitu prohibeantur. Cap. XIV.

SEriatim, & aperte proſequemur, quid ſancta Romana eccleſia in gradibus clericorum agat. Clericos tãtum, oſtiarios, lectores, exorciſtas, acolythos, ſi extra votũ, & habitum [e] monachi inueniantur, & continentiã profiteri noluerũt, vxorẽ ducere virginẽ cũ benedictione ſacerdotali permittit; nõ autem viduam, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad ſubdiaconatũ prouehi poterunt: quia nec laicus non virginem ſortitus vxorẽ, aut bigamus ad clericatum poteſt aſcendere. Quòd ſi qs ex

Pann. l. 3. c. 107.

ERubeſcant.] CASVS. Quæſiuit Patriarcha Gradenſis quid debeat fieri de his qui erant in ſacris ordinibus poſiti: nihilominus tñ mulierculas ſibi habebant. Et reſpon. Vrbanus: niſi eas abiecerint, & vixerint continenter: ſi eſt manifeſtum, ſunt ab omni dignitate eccleſiaſtica remouẽdi: ſi autem occultũ eſt, diuino iudicio reſeruentur. Sequentia duo cap. plana ſunt.

a ¶ Secretorum.] ex hoc patet ꝙ eccleſia nõ iudicat de occultis, ſic 32 q. 5. Chriſtiano. 2 q. 5. cõſului ſti. & 6. q. 1. ſi omnia. Et eſt ar. pro opinione illorũ, qui dicunt ꝙ occultum delictũ non irrogat irregularitatem. lo. quod eſt expreſſum hodie extra de temp. ord cap. vlt. niſi in homicidio & ſimonia ĩ ordine. 1. q. 1. reperiuntur. B.

Eccleſia nõ iudicat de occultis.

b NEmo.] virgo.] quid ſi credit ſe contrahere cũ virgine, & eſt corrupta? Dico eum nõ promouendum, cũ ſit maritus corruptæ, vt 51. d. qui in aliquo. quia ibi nec error nec uiolentia excuſat, vt 32. quæſt. 5. ille autem. ſicut nec caſus excuſat, vt 15. q. 1. cap. vlt. Quid ſi primo corrupi virginem, & poſtea eam deſponſaui? Argu ꝙ promoueri non poſſum, ſi volo eam ducere, vt 30. q. 5. qualis & infra d. proxi. maritum hoc notaui in quæſtio. B.

Bigamus eſt cũ corrupta etiam ignoranter contrahens.

ADDITIO. Quæſtio dominicalis eſt: & incipit, Aliquis cognouit virginem, &c.

c PLacuit.] Abſtinere.] Ideſt, nõ contrahere.

d Sed ſecundũ vniuſcuiuſque.] nota conſuetudinem ſeruandam ĩ matrimonio, vt hic, & inf. ead. quoniam & extra de cog. ſpi. cap. 2. Sed contra extra de ſpõ. duorum tua. & ex hoc videtur quòd epiſcopus in ſua diœceſi poſſit ſtatuere ne acolythi contrahant. Sed credo hanc conſuetudinem referendam ad beneficia, vt ſi conſuetudo ſit vt acolythi vxorati habeant beneficia, ipſa ſeruetur. ſed hodie corrigitur per decreta. extra de cler. coniug. Ioannes. & cap. cum decorem.

Conſuetudo eſt obſeruãda in matrimonio.

SEriatim] CASVS. Abbas Niceta dicebat clericos in ſacris ordinibus poſſe cognoſcere vxores ſuas. Leo autem Papa reprehendens epiſtolam dicit, quòd clerici in minoribus ordinibus, ſi ſunt extra votum vel habitum monachalem, poſſunt vxores ſortiri virgines, nõ viduas vel repudiatas alioquin nec ipſi nec bigami poterunt promoueri poſtea. Si autem poſtea uoluerint promoueri, debet hoc etiam fieri de conſenſu uxoris: quæ poſtea nec maritis nec aliis debet carnaliter copulari viuente marito, vel poſt mortem. Sequen. cap. plana ſunt vſque ad cap. presbyter.

Vxor ꝓmoti an matrimoniũ contrahere poſſit.

e ¶ Votum & habitum.] Bene dicit, habitum, & votum: quia ſolus habitus non ſolemnizat votum, vt extra de reg. porrectum.

a ¶ Poſt

a ¶Poſt mortem.] De iſta vxore promoti dic, ꝙ eo ipſo ꝙ dat licentiam, intelligitur uouere: ſimiliter etiam ea cuius maritus ſuſcipit habitū religionis: vnde neutra debet contrahere. ſi tamen contraxerit, tenet ſecundum quoſdam: nam votum non fuit ſolennizatum 1. Diſtin- pp votum, ſed pp conſtitutionem eccleſiæ. ſ vt non ſit matrimoniū ſi contrahat. & vr̄ expreſſum ſ. 28 diſt. qa ſunt H dicit. ꝙ in utraq; vxore promoti, & ingreſſi votum de præſenti dirimit, licet non ſolennizet actum. Ioan. Faber dicit aliud eſſe in vxore ingreſſi, aliud in vxore promoti: qa illa poſt mortem cō trahit, ſed vxor promoti non. quia eſt ratio diuerſitatis: quia dignior eſt clericatus quam monachatus: nam etiā bigamus pōt eſſe monachus: 16. q. 1. legi. ſed mirum eſt, quod tantus vir hoc dixerit, cum manifeſtè obuiet 27. q. 2. Agathoſa, &c. ſi quis cō iugatus. & 33 q. 5. q uxorem. poſſet autē dici, ꝙ uotū vxoris ſolennizatur ex uoto viri promoti: & ita vir uxori communicat uotum, ut 28. diſt. quia ſunt. de hoc not. in d. ca. qui uxorem.

ADDITIO. Idē no. Hoſt. extra de regu. ad apoſtolicam. Archidiac.

1 Arg. 27. q. 2. multorū. ubi de vxore promoti loquitur, q̄ quia votū nō fecerat. poſt viri mortem nubere nō prohibetur ſed illud ſm̄ ſua tpa. 31 diſt. c. 1. Dic ergo ſm̄ Ioan. de Fan. ꝙ illud nō eſt uerū in uxore ꝓmoti. 38. di. qa & c. ſeq. Archid.

præfatis ordinibus deſiderat ad ſubdiaconatum aſcendere, nequibit hoc ſine conſenſu vxoris ſuæ: vt fiat de carnali deinceps ſpirituale coniugium, nemine eos ad hoc cogente. Neq; permittitur poſtea vxor iungi eidem marito ſuo carnaliter, nec cuiquam nubere in vita, aut poſt mortem [a] illius.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 14.

¶Non liceat clericis alterius ſectæ uxorem accipere. Cap. XV.

Pann. li. 3. c. 110.

† ἑτεροδόξων.

QVoniam in quibuſdam prouincijs conceſſum eſt lectoribus & pſalmiſtis vxores ducere [b], ſtatuit ſancta ſynodus, nō licere cuiquam ex his accipere ſectæ [c] † alterius vxorem.

Item ex concilio Nicæno, c. 3.

¶Non habitent cum clericis mulieres, niſi quæ naturali fœdere omnem ſuſpicionem excludunt. Cap. XVI.

† πάγνα.

Burch. li. 2. c. 109.
Anſ. li. 7. c. 113. & 6. c. 202.
Iuo p. 6. c. 186.
Pann. li. 3. c. 112.

5 INterdixit per omnia ſancta † ſynodus nō epiſcopo non presbytero, non diacono vel alicui omnino, q in clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem, niſi forte, aut matrem, aut ſororem [d], aut amitā, aut etiam α eas idoneas [e] perſonas, quæ fugiant ſuſpiciones [f].

α ¶Aut etiam.] *Græce eſt.* ἢ ὦμάνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διεπέφευγεν, *ideſt*, vel eas tantum perſonas, quæ omnem fugerint ſuſpicionem.

[*Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum, & alibi.*]

PALEA. Cap. XVII.

In epiſt. ad Ocea. ibidem.
In epiſt. ad Nepotianum prope fi.
In epiſt. ad Ruſt.
In epiſt. ad Ocea. li. 1. contra Iouin.

HOſpitiolum α tuum aut raro, aut nunquam mulierū pedes terant. ¶Quia non poteſt β toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum acceſſibus copulatur. ¶Fęmina γ conſcientiam ſecum pariter habitantis exurit. ¶Nunquam de formis mulierum diſputes. ¶Fœminę nomen tuum nouerint δ; vultum neſciant. ¶Fœminam, quam bene videris conuerſantem, mente dilige, non corporali frequentia ε. Si bonum eſt mulierem non tangere, malum eſt [g] ergo tangere.

α Hoſpitiolum.] *Caput hoc habetur in multis manuſcriptis, & ſine* Paleæ *nomine. Eſt autem collectum ex uarijs* B. *Hieronymi locis, in quibus de vitanda mulierum conſuetudine agitur.*

β ¶Non poteſt.] *In epiſtola ad Oceanum, quæ non putatur eſſe* B. *Hieronymi legitur,* Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.

γ ¶Fœmina.] *Ibidem Paulo ſuperius:* flammigero igne percutit fœmina conſcientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta mentium.

b QVoniam.] ¶Vxores ducere. i. retinere.

c ¶Sectæ.] inf. 28. q. 1. caue. &c. non oportet. 1.

INterdixit.] Hæc eſt quinta pars diſt. in qua vt clerici facilius cōtineant, ſupponit Gratianus auctoritatem horū cap. quod clerici debent vitare familiaritatem & cohabitationem fęminarum extranearum. Ioan. de Fan.

1 Illud c. nō oportet potius cōtradicit: ſed hic, ꝙ loquitur in ſpōſalib. de futuro: q̄ inter tales pñt contrahi, vt ibi nota. Hug.

d ¶Aut ſororē.] In quib. nil ſæui criminis exiſtimari fędus naturale ꝑmittit, vt ext. de coh. cle. c. pe.

e ¶Idoneas.] Vt vxores ſeruorū ſuorum, 81. diſt. uolumus. & c. cum omnibus.

f ¶Suſpiciones.] Quia ſuſpectas mulieres hēbat, vt ext. de coha. cle. c. 1. & 2.

g HOſpitiolum tuū ¶Malū eſt.] Ar. a cōtrarijs, ſi vnū eſt bonum reliquū eſt malū, fallit in prodigalitate & auaritia. Item duo contraria qñque inueniuntur bona, vt nubere, & non nubere: quotidie cōicare, & non cōicare. 18. q. 1. ſic enim de conſecr. diſt. 2. quotidie. & arg. C. de procur. exigendi, ibi, ſed multo iuſtius fuit.

Contraria duo qñque ſunt bona.

Diſtingue tñ, utrum huius uxor ſciat ius uel dicatur ſibi, quia tunc uouere intelligit, nō tñ ſolennizatur uotum. Si uero ignorat, nec ei dicitur non intelligitur uouere, in uxore tamen promoti ſecus poſſet dici non

Preſ-

PResbyter.] CASVS. Quidam de conſenſu uxoris ſuæ factus fuit presbyter: quem Gregorius valde commendat: quia & ſi eam poſt ſacerdotium diligeret, vt ſororem, tñ quo ad carnis officium vitabat vt hoſtem: nec appropinquabat ad eam. Quæ autem poſtea ſequuntur, plana ſunt uſque ad diſtinctionē: & per te videbis.

a ¶Presbyteram.] Cum qua in minoribus ordinibus contraxerat.

b MVlieres.] ¶Et matricuriæ.] ideſt, habentes curã de reb. eccl.

ECce.] Hæc di. diuidit in quatuor partes. In prima ponuntur x. impedimẽta quæ impediunt promouendos. Secũda ibi, [Cõiter.] Tertia ibi, [Laici.] Quarta ibi. [Cæterum.] Io. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis ꝙ in ſacris ordinib. conſtituti vxores nõ poſſunt hr̃e: nec bigami poſſunt ad ſacros ordines ꝓmoueri. In hac vero 33. diſt. quęritur, an ille, qui præter uxorẽ concubinam habuit, poſſit promoueri? Et rñdet ꝙ nõ. Et accipitur hic concubina quę habetur loco vxoris. Additur etiam in hac diſt. de arreptitijs, dæmoniacis, & caducis maximè.

c ¶Sed quæritur.] Hic intitulatur 33. diſt. in qua magiſter oſtendit ꝙ bigami, corpore vitiati, vſurarij, publicè pęnitẽtes, luſores, in ſcena ludẽtes, furioſi, arreptitij, accipiẽtes meretrices in vxores, habẽtes cõcubinas, nõ poſſunt promoueri: quandoq; tñ diſpenſat in cõcubinarijs, inf. ea. c. vlt. 1. Et nota, ꝙ ĩ ꝑtimis duob. cap. magiſter accipit concubinã pro vxore 2. quã quis duxit ſine ſolennitate, vt inf. 34. di. §. concubinã. ſed H. intelligit verã concubinã: q̃ ſi qs habuit poſt baptiſmum promoueri non debet, vt 25. diſt c. vlt. Io.

Vſurarij & alij multi nõ poſſunt promoueri.

1 Ad idẽ 34. di. fraternitatis. Arch. 2 Idẽ tenet Goffr. prout no. inf. c. 1.

SI quis.] CASVS. Quidã poſt baptiſma duas habuit vxores, vel vnam vxorem, & aliam concubinam: quæſitum fuit ab Apoſtolis, vtrũ talis poſſit promoueri & rñ. ꝙ non poteſt talis promoueri ad ordinẽ clericalem. d ¶Poſt acceptum.] Maxime. Idem. n eſt ſi ante 3. baptiſma habuit unã, & ꝑoſt aliam uxorem vel concubinam: vel determinat uerbum infra poſitum habuerit. c ¶Aut concubinam.] Poſt primam vxorem: talis tamen ex

3 26. di. cātius.

δ ¶Nouerint.] *Antea legebatur,* fœminam nomen tuum neſciant. *Emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & ex epiſtola Hieronymi ad Ruſticum monachum.*

ε ¶Frequentia.] *In epiſtola ad Oceanum eſt,* frequentes ornatu.

Item Gregorius in dialogo, lib. 4. c. 1.

¶Presbyter vxorem ſuam quaſi ſororem diligat, & quaſi hoſtem fugiat. Cap. XVIII.

Pann. li. 3. c. 114.

PResbyter quidam ſibi commiſſam regebat eccleſiam cum magno timore Domini; qui ex tempore accepti ordinis presbyteram [a] ſuam, vt ſororẽ diligens, ſed quaſi hoſtem cauens ad ſe propius accedere non ſinebat; eamque ſibi appropinquare nulla occaſione permittens, ab ea ſibi communionem funditus familiaritatis abſcidit.

Presbyteram vero quam debeamus accipere Laodicenſe concilium, c. 11. oſtendit dicens.

¶Viduæ, vel ſeniores presbyteræ appellantur. Cap. XIX.

MVlieres α, quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos viduæ, ſeniores, vniuiræ, & matricuriæ [b] appellantur, in eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non debere.

α ¶Mulieres.] *Sic habet priſca uerſio Gracè:* περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι προκαθημένας ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι, *ideſt,* quòd non oportet eas, quæ presbyteræ, vel præſidentes dicuntur, in eccleſia collocari. *quæ eſt Dionyſij verſio præterquam: in vltimis verbis. Ille enim habet,* eccleſijs ordinari. *Et videndus eſt Balſamon ad eum locum.*

DISTINCTIO XXXIII.

ECce, *quòd in ſacris ordinibus conſtituti vxores habere non poſſunt, vel ſi bigami aliqui fuerint inuenti ad ſacros ordines aſcendere non ualent. Sed quæritur* [c], *ſi quis præter uxorem concubinã habuerit, vtrum in ſacerdotem promoueri ualeat. Talis a ſacris ordinibus auctoritate canonum Apoſtolorum prohibetur, in quibus, can. 17. ſic ſtatutum legitur.*

¶Secundis nuptijs poſt baptiſma copulatus, aut concubinam habens ad ſacrum ordinem conſcendere non valet. Cap. I.

SI quis poſt acceptum [d] baptiſma ſecundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam [c] habuerit, non poteſt fi† ri epiſcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorſus eorum, qui miniſterio α ſacro deſeruiunt.

Anſel. li. 6. c. 143. Iuo p. 8. c. 137. al. 151. † *al. eſſe.*

α ¶Miniſterio.] *Gracè:* τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. *ideſt,* qui ſunt in catalogo ſacerdotali.

ex diſpenſatione quandoque promouetur.inf.ea.habuiſſe, & 34.d.fraternitatis.

DESERVIENTIS. Exponit modo Gratianus qui dicantur ſacro miniſterio deſeruire, & dicit ꝙ ſubdiaconi, & acolythi, & qualiter deſeruiant, dicit. Exponit etiam

punitur quis & meretur, vt ff.qui indig.l.1.

c ¶Vel iniuſto.] id eſt, indignatione, vel ex nimia commotione. ſecus ſi propter neceſſitatem faceret, vt 55.d.ſi quis a medicis.

d ¶Illum.] Talis etiam deponitur.47.d de Petro.& cap. quoniam.

Deſeruientes ſacro miniſterio intelliguntur ſubdiaconi qui calicem diacono offerunt, & acolythi, qui cum cereis diaconos præcedunt, vnde, & ceroferarij dicuntur: qui etiam vinum, & aquam præparando calici subminiſtrant. Concubina intelligenda eſt præter vxorem, vt iſte ſit ſenſus capituli: [Si quis poſt acceptum ſacrum baptiſma ſecundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam duxerit:] diſtinguendum eſt, antequam vxorem duxerit ſiue poſt mortem vxoris.

Vnde B. Gregorius [a] *ait.*

a ¶Gregorius. *Hoc caput ſumptum eſt ex c.72. libelli de eccleſiaſticis dogmatibus, qui inter opera B. Aug. editus eſt; atque ex eo albi ſapiſſime ab ipſo Gratiano citatur. A Trithemio autem adſcribitur Alcuino, ab alijs Iſidoro. Sed plures, & maioris auctoritatis Gennadio tribuunt, ut Valfridius Strabo; lib. de re. eccleſ. c.20. Petrus Lombardus ſent. 2.d.8. S. Thomas quodlib.12.art. 20. Platina in Simmacho, & alij.*

¶Duarum matronarum maritus poſt baptiſmum, clericus nnn ordinetur. Cap. II.

Anſ.l.7.c.22.al. 26. Iuo p.8.c.295. Poly.l.2.tit.31.

MAritum duarum poſt baptiſmum matronarum clericum non ordinandum, neque eum qui vnam quidem ſed concubinam [a], non matronam habuit nec illum, qui viduam, aut repudiatam, vel meretricem [b] in matrimonium aſſumpſerit: nec eum, qui ſemetipſum quolibet corporis ſui membro indignatione aliqua, vel iuſto, vel iniuſto [c] timore ſuperatus truncauerit: nec illum [d], qui vſuras accepiſſe conuincitur, aut in ſcena luſiſſe dignoſcitur: nec eum, qui publica pœnitentia [e] mortalia crimina defleuit †: neque illum qui in furiam [f] aliquando verſus, inſaniuit, vel afflictione diaboli vexatus eſt: neque eum, qui per † ambitionem ad imitationem Simonis magi pecuniam obtulerit †.

† *deflet*] orig.
† *al. pro ordinatione.*
† *offert.*] orig.

Act.8.

Item Pius Papa.

¶Arreptitij, vel epileptici ſacris altaribus non miniſtrent. Cap. III.

Burc.l.3.c.72. Iuo p.2.c.125. Poly.l.4.tit.31.

COmmuniter diffinimus, vt nullus de ijs [g], qui aut in terram arrepti a dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferũtur, vel ſacris audeant

e ¶Pœnitentia.] Vt 51. d. qui in aliquo, & 50.d. de his.

f ¶In furiam.] Tamen promotus non deponitur, vt 7.q.1. quamuis.

COmmuniter.] Hæc eſt ſecũda pars huius diſtin in qua probatur ꝑ tres auctoritates ſanctorum patrum, ꝙ dæmoniaci, & epileptici, & furioſi non debent promoueri. Io. de Fan.

CASVS. Sequitur in hoc capit. ꝙ illi qui dæmonibus arrepti eliduntur, nõ dẽnt. ſacris altaribus miniſtrare, niſi ſuſpẽſi per annum inueniãtur ab incurſu dæmonum liberati. Illi vero qui morbo epileptico, vel caduco laborant, non miniſtrent niſi prius inquiratur qualiter illi laborẽt. qui ſi in terram cadunt, non miniſtrarent. Alijs vero ægritudinibus laborantes non prohibẽtur. Et no. ꝙ hoc ca. loquitur de iam promotis. Sequens cap. patet.

g ¶De ijs.] Qui ita vexantur, diſtinguẽdum eſt: nam ſi frequenter cadunt, non debent miniſtrare, vt inf. 7. queſt. 2. ca. 1 ſi vero raro, & emittunt voces confuſas ſimiliter non debent miniſtrare, vt inf 7.q.2 c.2. ſi autẽ raro nec emittũt voces confuſas, poſſunt ſed habere dẽbẽt coadiutores, vt 7.q.1. illud: promoueri autẽ

etiam, ꝙ concubina intelligitur illa quæ ante vxorem ducta fuit, vel poſt mortem vxoris.

MAritum.] CASVS. In hoc ca 2. enumerantur impedimenta pro quibus aliquis repellitur a promotione, vt ſi maritus fuit duarum matronarum: vel præter vxorem concubinam, vel meretricem in matrimonium aſſumpſit, &c

a ¶Concubinam.] Arg. ꝙ ſi quis habuit virginem concubinam licet poſtea ſumat eam in vxorem, ꝙ non poteſt promoueri, vt 34.d. curandum, & c. præcidimus, & 30.q.5. qualis.

b ¶Vel meretricem] 32.q.1.cap. non eſt culpandus. arg. contra. Sol. Illud in figura, & ita ex vno eodemq; facto

non poſſunt tales ex quo paſſi ſunt ſemel, vt ſup. ea. ca. maritum. Et hæc eſt opinio. H. nec in hoc habet contradictionem. In dæmoniacis ſimiliter nulla eſt contradictio inter H. & alios quo ad promotionẽ: quia omnes dicunt, ꝙ nullus talis debet promoueri, vt cap. maritum. & c. clerici. In promotis autem diſtinguitur inter H. & alios. Nam dicunt alij, ꝙ ſicut non debet promoueri qui ſemel eſt arreptus a dæmone, ita nec officium pt exercere etiam ſi iam promotus ſit: & qui hoc dicunt, illam literam, (qui tamen) aliter intelligunt quam H. nam dicunt, ꝙ hoc relatiuum, qui, refertur ad proxime poſitum. ſ. epilepticos 2 & eſt ſenſus literæ. Epileptici non debent ſe ingerere diuinis ſacramentis, exceptis illis qui ſine

Punitur quis & meretur ex eodem facto.

1 Dic melius: illud ñ contradicit: nam quantũ ad legem ꝓmotionis reus eſt, vt hic: ſed qantum ad gratiam innocens, vt argu. 10. q. 1. c. ſi. 32. q. 5. c. ille Arc.

Morbo caduco laborantes an miniſtrare poſſint

Dæmoniacorũ promotorum, & promouendorũ diſtinctio.

2 Ad huius verbi d clarationem dic, qđ epileſia Græcæ apphenſio dr: eo ꝙ mentẽ appræenſam pariter, & corpus poſſideat fit aũt ex melãcholico humore quoties exſuperauerit, & ad cerebrum cõuerſus fuerit Arch.

ſine paſſionibus, ideſt, q ſine vocis confuſæ emiſſione & ſpumę iactatione, qui tamē & ipſi, ideſt, iſti qui hoc non faciunt, ſed tantum cadunt, debent eſſe tandiu ſuſpenſi, donec appareat eos per annum liberatos, ideſt, non occupatos incurſu dæmonū, ideſt, appareat, ꝙ iſta paſſio non eſt dæmoniaca, ſed epileptica. H. vero dicit in dæmoniacis ꝓmotis, ꝙ ſi ꝑ annū ſteterūt, & non fuerunt paſſi ſupradicta, poſſūt exercere diuina officia, vnde dicit, ꝙ illud relatiuū, qui, refert proprie pro dæmoniacis, & improprie ſecundum eum ponitur in fi. liberati.

a ¶ Vel indiſcuſsè.] ideſt, temere.

b ¶ Exceptis illis.] epilepticis, qui raro cadunt.

c ¶ Paſſionibus.] id eſt, ſine ſpuma, &c.

d ¶ Qui tamen.] ſ. dæmoniaci. H.

e ¶ Spatio.] 7. q. 2. c. vlt. contra. Sed ibi fuit dubiū hic certū.

f Clerici.] Sacri regiminis.] Ex hoc, ꝙ dicit, ſacri regiminis, videtur ꝙ ad minores ordines bene poſſunt promoueri. Lau.

Vſq; adeo.] CASVS. Quidam epiſcopi permittebāt dæmoniacos præsbyteros, caducos, & furioſos, miniſtrare diuina: quos Gelaſius reprehendit, & probat quod hoc fieri non debet, ne per hoc generetur ſcandalum Chriſtianis, & ꝓbat hoc a minori, q̄a lex Moſaica nō ꝑmittebat ægros corpore tangere ſacra: multo ergo minus in nouo teſtamento dæmoniacis, caducis, & furioſis, debet hoc permitti.

g ¶ Opere.] ideſt, diuino obſequio.

h ¶ Neceſſitatis.] Id eſt, infirmitatis.

i ¶ Ne quibuslibet.] Prima ratio.

K ¶ Sauciatū.] ideſt, debilitatum, vt 49 d. cap. 1.

1 Ar. ad hoc 44. d. c. nulli clerico. 16. q. 1. miramur. nam mens maior eſt q̄ corpus 38. d. ſedulo. ꝑm. Lau.

l ¶ Diuina.] ideſt, Moſaica.

m ¶ Quantum magis.] q. d. ex quo vitiati corpore remouentur, multo magis vitiati mente: arg 38. d. ſedulo 1.

Laici.] CASVS. Fœlix epiſcopus quæſiuit ab Innoc. an laici, qui tempore maxime baptiſmi vxores habuerunt, poſſint promoueri. Et reſpon. ꝙ ſic, ſi bonæ fuerint opinionis, niſi præter vxorem, concubinam, vel meretricem vxoris affectu cognouerint.

n ¶ Inſtituerunt] ideſt, informauerunt.

o ¶ Non pellicem.] Pellicem vocat quam quis ad tempus habet cauſa ſaturandæ libidinis.

CAETERVM CASVS. Supra dictum eſt, ꝙ ille qui præter vxorem habuit concubinam, promoueri non poteſt. Nunc vero dicit, ꝙ multi inueniuntur concubinas habuiſſe, quos canones non reijciunt, ſi poſt ſacrum ordinem ſe immaculatos cuſtodiunt.

altaribus miniſtrare, vel indiſcuſsè[a] ſe ingerant ſacramētis diuinis, exceptis illis[b], qui corporis incommoditatibus dediti ſine huiuſmodi paſſionibus[c] in terram probantur eliſi, qui tamen[d] & ipſi tamdiu erunt ab officij ſui ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque vnius anni ſpatio[e] per diſcretionem epiſcopi inueniantur ab incurſu dæmonū liberati †.

† alieni] cæteri collectores.

Item Nicolaus Papa.

De eodem. Cap. IV.

Clerici, qui in adoleſcentia a dæmonibus cognoſcuntur obſeſſi, ad ſuperiorem ſacri regiminis[f] gradum aſcendere non poſſunt. Iuo p. 11. c. 104.

¶ *Simile quiddam habetur in concilio Arauſico 1. c. 16. Iuo citat Nicolaum Aluuino Iouanſi archiepiſcopo, ad quem etiam fortaſſe ſcribitur c. quorundam. infra d. 34.*

Item Gelaſius Papa epiſt. ad vniuerſos epiſcopos per Lucaniam conſtitutos, c. 21.

¶ De eodem. Cap. V.

Vſque adeo ſanè comperimus illicita quæq; prorumpere, vt dæmonibus, ſimilibuſq; paſſionibus irretitis miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur. Quibus ſi in hoc opere[g] poſitis, aliq̄d propriæ neceſſitatis[h] occurrat quis fidelium de ſua ſalute confidat, vbi miniſtros ipſos curationis humanæ, tanta perſpexerit calamitate vexari: Atque ideo neceſſario remouendi ſunt, ne quibuslibet[i], pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. Poſtremo, ſi corpore ſauciatum[k] fortaſſis, aut debilem nequaquam ſancta contingere lex diuina[l] permiſit; quanto magis[m] doni cæleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit (quod eſt deterius) mente perculſos?

Burc. l. 2. c. 20. Poly. l. 3. tit. 9. c. vlt. Iuo p. 2. c. 88. & p. 6. c. 40. Leuit. 23.

Item Innocentius Papa 1. Fœlici epiſcopo Nucerino, epiſt. 4. c. 4.

¶ Qui tempore baptiſmi vxores habent, ſi poſtea religioſe vixerint, clerici fieri non prohibentur. Cap. VI.

Anſ. l. 7. c. 29. al. 34. Iuo p. 6. c. 95. Pann. l. 3. c. 45.

3 Laici qui habentes vxores baptizati ſunt, ac ſic ſe inſtituerunt[n], vt opinio eorum in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti ſint, aut monaſterijs, ex quo baptizati ſunt, adhæſerint, ſi non concubinam, non pellicem[o] nouerint, ſi in omnibus bonis operibus vigilauerint; non prohibentur huiuſmodi ad clericatus ſortem aſſumi.

4 *Cæterum ante ſuſceptum ſacrum ordinem quoſdā legimus concubinā habuiſſe, quos tamen ſacri canones non*

Habuiſſe.]

HAbuiſſe.] CASVS. Andreas Tarentinus epiſcopus habuit concubinam antequam eſſet eps .. & hoc Greg bene nouerat. Sed quidam dicebant poſt epiſcopatum eum habuiſſe acceſſum ad eam Greg. autē hoc audiens, cum dubium eſſet, certā noluit ferre ſentētiā, ſed eum ſuæ cōſcientiæ committens præcepit ei, vt nullo modo accederet ad miniſtrandū, ſi commiſtione illiuſ concubinæ ſe poſt epiſcopatū ſciret eſſe maculatū.

Presbyter ...nicans, ...s punit, ...ā legiti... contra...is.

reiiciunt, ſi poſt ſacrum ordinem ab eius commiſtione ſeſe immaculatos cuſtodiunt.

Vnde Gregorius Andreæ Tarentino epiſcopo, lib. 2. epiſt. 44. ſiue c. 83.

¶De quodam epiſcopo, qui ante fui epiſcopatus apicem concubinam habuit. Cap. VII.

Burch. li. 2 c. 195. Iuo p. 5. c. 130. Polyc. li. 4. tit. 39.

HAbuiſſe te concubinam manifeſta veritate comperimus *a*, de qua etiā contraria eſt quibuſdam nata ſuſpicio. Sed quia in rebus ambiguis [a] abſolutum non debet eſſe iudicium, hoc tuæ conſcientiæ eligimus committendum [b]. Qua de re, ſi in ſacro ordine conſtitutus eius te permiſtione eſſe recolis maculatū, ſacerdotij honore depoſito [c] ad miniſtrandū nullo modo præſumas [d] accedere, ſciturus in animæ tuæ periculo † te miniſtrare, & Deo noſtro te ſine dubio reddere rationem, ſi huius ſceleris conſcius in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere uolueris.

† *al. periculum.*

a ¶Comperimus.] *Sequebatur,* & te illius criminis participationem habere: *quæ verba ſunt etiam in editione operum B. Gregorij Frobeniana. Verum ſublata ſunt, quoniam abſunt & ab alijs editionibus, & a cæteris collectoribus, & a Ioanne diacono lib. 2. num. 43. uitæ eiuſdem Gregorij, omninoque ſententiam perturbant.*

DISTINCTIO XXXIIII.

1. ps. DOmeſticarum [e] *quoq; perſonarum immoderatam familiaritatem epiſcopum vitare oportet.*

Vnde Nicolaus Papa ab Albinum † archiepiſcopum.

† *al. Aluinum.*

¶Etiam conſanguinearum immoderatam familiaritatem epiſcopum vitare oportet. Cap. I.

QVorundam relatione fideliū, noſtris auribus intimatū eſt, quod Lāfredus epiſcopus, qui & iuuenis eſſe dicitur, venationi ſit deditus, quod vitium plurimos etiā de clericali catalogo, genere duntaxat Germanos f,

Ambiguitas eſt triplex.

a ¶Ambiguis.] ſup. 14. d. ſicut cōtra. Sed dic ꝙ triplex eſt ambiguitas: ambiguitas iuris, ambiguitas facti, ambiguitas perſonæ: ubi ambiguitas iuris eſt, ibi de ſimilib. ad ſimilia proceditur, ut 20. diſtin. de libellis, & de tali ambiguitate loquitur illud cap. 14. diſt. ſicut; ſed ubi factum ambiguum eſt tunc nunquam ferenda eſt ſententia in alicuius præiudicium, vt 11. q. 3. graue. hoc ideo dico, quia ſi nulli fit præiudicium, vt in baptiſmo, conſecratione, vel ordinatione: bene fertur in dubio certa ſententia, ſcilicet ut baptizetur, uel eccleſia conſecretur, vel denuo ordinetur, ut de conſecra. diſtinct 4. paruulos. & diſt. 1. ſolennitates. & 68. diſt. presbyteri. tamen quandoque dubitatur de facto, & fertur ſententia in præiudicium alterius, ut extra de ſpō. iuuenis. ſed illud eſt propter periculum animæ. Vbi autem eſt ambiguitas perſonæ, ſed factum eſt certum, bene fertur certa ſententia, vt 5. q. 1. quidam.

b ¶Committendum.] Sed quare non indicit ei hęc purgatio: quia exilis fuit infamia 1: & ſic quandoque aliquis propriæ conſcientiæ committit: vt ſup diſt 4. c. denique. & 15. q. 8. c. 1. & 35. q 4. v.r cum propria.

1 Sed tunc habet locū circa hocq̄ legit & no. 2 q. 5. quanto. Arch.

c ¶Depoſito.] .i. ſuſpenſo ad tempus quouſq; ſat. ſtaciat. ſic ponitur 21. q. 2. quoniam.

2 Ad idē 35. qō. 6. ſi duo ext. de uot. poſtulaſtis. vbi de hoc.

d ¶Præſumas.] Arg. ꝙ occultū delictum reddit hoīem irregularē. Arg. cōtra d. 25. xi. erubeſcat. Dic ut ibi. hoc forte in eo caſu qñ non pœnituit ſuper crimine.

DOmeſticarū.] Hæc d. diuidit 19. partes. In quarū prima reprehendit Gratianus quendā epm, q erat venator. & cum filia nimiā familiaritatem habebat. ſecunda ibi, [Concubina,] Tertia ibi, [Ceterū.] Quarta, [Qđ ergo.] Quinta ibi [Similiter.] Sexta ibi, [Quæ ſunt.] Septima ibi, [Sed poſtea.] Octaua ibi, [Quib autē.] Nona [Vidua.] Io. de Fan. CASVS. In hac 34. diſt oſtendit Gratianus abſtinendū eſſe a nimia familiaritate domeſticarū mulierum. Addit etiam qualiter in ſuperiorib. c. accipiatur concubina, & de q̄buſdam perſonis, quæ a promotione repelluntur.

e ¶Domeſticarum] In hac 34. diſ. oſtendit, ꝙ clerici etiam domeſticis perſonis non exhibebunt nimiam familiaritatem: & ꝙ clerici non intererunt uenationibus aut aucupationibus. Secundo oſtendit qualiter accipiatur concubina in ſuperioribus, c. ſi q̄s poſt. c. maritum c. habuiſſe. quæ c. ſunt ſup. diſt proxi. Tertio adiungit de multis non promouendis, & quod bigami qñque promouentur ad ſubdiaconatum, ut inf. c. lector. Quarto oſtendit ꝙ clerici non debent intereſſe conuiuijs nuptiarum. In fine oſtendit propter cuius viduæ copulam quis imped.tur a promotione.

QVorundam.] CASVS Lanfredus epiſcopus in duobus peccabat. ſcilicet in venatione more Germanorum & Gallorum, & immoderata filiæ ſuæ familiaritate propter quæ mala fama erat orta de ipſo: & ideo ſæpe correptus ab Albino & eius ſuffraganeis fuit: nullatenus tñ emendatus fuit: quare Nicolaus præcepit ut concilio epiſcoporum conuocato moneant illum, ut a ſupradictis ſe abſtineat: quod ſi non fecerit, excommunicetur. tandem ſi contumax fuerit deponatur.

f ¶Germanos.] idest, Theutonicos qui ſunt verū germani,

Germani vnde dicuntur.

& Gallos irreuerenter implicat. Verum iſte (ſi ita eſt, vt audiuimus) merito iuuenis dicitur; qui iuuenilibus deſiderijs occupatus nulla † grauitate conſtringitur. *& infr.* Nam (vt Beatus dicit Hieronymus) venatorem [a] nunquã legimus ſanctum. *& infra.* Nihilo minus autem de hoc epiſcopo relatum eſt apoſtolatui noſtro; quod cum quadam filia ſua immoderatam teneat familiaritatem; & ob id mala fama [b] ei orta ſit: pro qua re à ſanctitate tua cæteriſq; coepiſcopis ſuis commonitus, atq; correptus eſt, ſed nullatenus emendatus: quæ res in hoc maximè diſplicet, & magis ac magis deteriorem de ſe reddit opinionẽ in quo beatitudinis tuæ, & cæterorum coepiſcoporum ſuorum rationibus non obedit; & per inobedientiam in culpam protoplaſti relabitur. Oportet ergo fraternitatẽ tuam ſynodale cum epiſcopis [c], & ſuffraganeis tuis conuocare conciliũ, & hunc ſalutaribus eloquijs epiſcopum conuenire, atq; illi paſtorali auctoritate præcipere, quatenus ab oĩbus beſtiarum [d] vel volucrum venatione penitus alienus exiſtat; atq; ab immoderata filiæ ſuæ familiaritate ſemet omnino coerceat, in quo ſi parere contẽpſerit, & tam pro venationis declinatione, quàm pro immoderata filiæ ſuæ conuerſatione vitanda vobis admonentibus obedire diſtulerit; a veſtro collegio excommunicatus abſcedat [e]. Quòd ſi in hoc contumax adhuc apparuerit, à miniſterio ceſſare debebit.

† *nulla ſenum grauitate*]

Ad c. 5. Micheæ & in pſal. 90.

men, vel verè nobiles. Arg. ext. de elec. venerabilem. & de præben. venerabilis.

a ¶ Venatorem.] Exiſtentem venatorem: ne obijciatur de Euſtachio. 86. diſ. Eſau. ADDITIO. Sub. qui prius fuit venator, poſtea fuit ſanctus: poteſt tñ aliquis ſimul eſſe venator & ſanctus. Archid.

b ¶ Fama.] Nõ quod aliquid ibi ſaui criminis exiſtimaretur propter fœdus naturæ. 1. ſ. quia corã omnibus eã nimis oſculabatur, & ponebat manus in gremium eius: & ideo fuit ei indicta purgatio. ſic extra. de pur. cano ca. cnm in iuuentute.

c ¶ Epiſcopis.] Arg. quod ſolus metropolitanus nõ poteſt audire cauſam 2. epiſcopi, etiam ciuilem, vt 11. quæſtio. 1. ſi clericus. & 6 q 4. ſi inter.

d ¶ Beſtiarum.] Infra 86. diſt. qui venatoribus.

e ¶ Excommunicatus abſcedat.] Vt nõ interſit cum eis negotijs cõmunibus.

1 Id eſt propter ſanguinis pinguitatẽ extra de pœſum. cũ in iuuentute. C. de epiſc. & cler. cũ qui. Arc.

Archiepũs ſolus cauſam epi audire non poteſt.

2 Scilicet mixtã vt hic erat. nam de vitio hic agitur. Arch.

[*Ex concilio Aurelianenſi* α 4.]

PALEA. Cap. II.

EPiſcopum, presbyterum, aut diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut huiuſmodi res habere nõ licet. Quod ſi quis talium perſonarum in hac voluptate † ſæpius detentus fuerit: ſi epiſcopus eſt, tribus menſibus a communione β ſuſpendatur: diaconus vero ab omni officio & communione ſuſpendatur:

Extra de cler. vẽ. c. 1. Burch l. 2. c. 213. Iuo p. 5. ca. 366. & par. 13 c. 30. Pann. li. 3. c. 167.

† *al. uoluntate ſæpius detectus.*

α ¶ Aurelianenſi.] *Hæc palea etiam in decretalibus tit. de cleric. ven. c. 1. citatur ex concilio Aurelianenſi, & in* Pannormia *ex c. 8. Sed in Aurelianenſibus, quæ extant nõ eſt inuenta: Burchardus, &* Iuo *p 6. c. 288. citant ex Meldenſi. Eadẽ uero ſententia eſt in* Agathenſi, *c. 55. (quod etiã citat* Iuo *p. 5. c. 366. & p. 13 c. 30.) et in Epaunenſi, c. 3.*

β ¶ A communione.] I*n decretalibus legitur* a cõmunione ſi presbyter, duobus; ſi diaconus, ab omni officio ſuſpendatur. *Apud Burchardum eſt,* ſe a cõmunione ſuſpendat, presbyter duobus. diaconus vno omni officio & † cõmunione ſuſpendatur: *neq; multo aliter apud* Iuonem *par. 6. & in concilio Epaunenſi. In* Agathenſi *autem, & apud* Iuonem *par. 5.* Se a communione ſuſpendat, presbyter duobus menſibus ſe abſtineat: diaconus uero ab omni officio, & cõmunione ceſſabit. *Verum apud eundem Iuonem par. 13. ex concilio item Agathenſi hoc modo legitur* ſe a communione abſtineat †: presbyter duobus menſibus ſe abſtineat: diaconus vno ab omni officio, vel communione ceſſet.

† *al.* uel.

† *al. ſuſpendat.*

PALEA. Cap. III.

OMnibus ſeruis Dei venationes, & ſiluaticas vacationes † cum canibus; & vt accipitres, aut falcones habeant, interdicimus.

Ext. de cler. ven. c. 2. Burch. li 2. c. 214. Iuo p. 6. c. 289.

† *al. fatigationes.*

¶ H*æc etiam Palea habetur eod tit. de cler. uen. c. 2. ubi ex eodem concilio Aurelianẽſi citatur quemadmodum & apud Burchardum, &* Iuonem. *Sententia ijſdem penè uerbis eſt in ſynodo Francica ſub Zacharia Papa quæ & conciliorum tomis eſt inſerta, & habetur lib. 5. capitular. c. 2. & manuſcripta etiam inter epiſtolas Zachariæ in codice ſæpè memorato monaſterij Dominicanorum.*

Concubina[a] *autem hic intelligitur, quæ ceſſantibus legalibus inſtrumentis vnita eſt, & coniugali affectu aſciſcitur*[b], *hanc coniugem facit affectus, concubinam vero lex*[c] *nominat.*

De hac dicitur in concilio Toletano 1.c.17.

Qui non habet vxorem, ſed loco illius concubinam, a communione non repellitur. Cap. IV.

Iuo p 8.c.64. Pann.l.6.c.49. †al.tantum.

IS,[d] qui non α habet vxorem, & pro vxore concubinã habet, a communione non repellatur: tamen †vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ ſit coniunctione[e] cõtentus.

† al.fidelem. † al.tantum.

α ¶Is qui non.] *Integer cõcilij canon qui apud Iuonem quoque, & in Pannormia refertur, eſt hic.* Si quis habens vxorem fideli, concubinam habeat, non communicet. Ceterum is, qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à communione non repellatur: tamen †, vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) ſit coniunctione cõtentus. Alias viuens abijciatur, donec deſinat, & ad penitentiam reuertatur. *Neque vero omne concubinarum genus eo etiã tempore permittebatur. De quibus quid in legibus gentilium Imperatorum legatur, nihil opus eſt referre. Certe Iuſtinianus nouella 18.c.5. (vt eſt apud Iulianum anteceſſorem) quaſdam cõcubinas comparat quodammodo vxoribus: quæ ſine dotalium tabularum ſolemnitate ductæ fuerant. Ad quod concubinarum genus referendum eſt quod ſcripſit B. Auguſtinus in libro de bono coniugali, & refertur inf. 32.q.2.c.ſolet. In quibus hæc tria erant neceſſaria: primum, vt vterq; eſſet ſolutus: deinde fides mutua, quod alteri non iungerentur, neque a procuratione filiorum abhorrerent: tertium, vt vſque ad mortem in ea victæ coniunctione manendum ſibi proponerent. Et in his quidem ſcribit B. Auguſtinus poſſe aliquo modo dici, nuptias eſſe & concubitum: quamuis ſic habitam non audeat appellare vxorem: quia non interuenerant inſtrumenta dotalia, & alia, quæ iure ciuili, & canonico requirebantur, vt eſſet ligitima vxor: quod habetur in prædicta nouella 18. & inſ. 30.q.5.c.aliter. Itaque huiuſmodi mulieres, cum non eſſent vxores, vocabantur concubinæ: ſed ob illa tria ac præcipue, quod in affectu maritali permanere ſtatuerant, permittebatur ipſis communicare: habebanturque tanquam vxores minus ſolemniter ductæ. Et hoc eſt, quod hic, & in ſequenti capite dicitur pro vxore, & loco vxoris habere concubinam. Idque Gratianus ipſe ad finem capitis antecedentis, §. concubina. indicauit Nam concubinarum ad tempus adhibitarum, etiam ſi filiorum procreandorum cauſa haberentur, plane illicitus erat concubinatus: quod aſſerit idem B. Auguſtinus, c. audite. infra ead. & in eodem libro de bono coniugali, c. concubina. infra 32.q.2.*

† al. conſonantia.

Item Iſidorus de diſtantia † noui, & veteris teſtamenti.

Iuo p.8.c.66. Pann.l.6.c.50.

¶De eodem. Cap. V.

CHriſtiano[f] non dicam plurimas †, ſed nec duas ſimul habere licitũ eſt niſi vnam tantum aut vxorem, aut certe loco vxoris, ſi (coniux deeſt) concubinam.

[*Ex dictis Auguſtini in lib. 50. homiliarum, homilia 49.*]

Bur c.l.9.c.15. Poly.l.6.tit.8. Iuo p.8.c.153. Pann.6.c.43.

PALEA. Cap. VI.

AVdite chariſſimi mẽbra Chriſti, & matris catholicæ eccleſiæ filij. Quod dico competentibus α & fidelibus, audiãt penitẽtes. Quod dico fideli

CONCVBINA. CASVS. Dicitur hic ꝙ in præcedenti diſ. accipitur concubina q̃ cognoſcitur vxoris affectu: ſed ñ fuit ducta cum ſolẽnitate, & talem lex concubinam vocat. Duo ſequentia capitula plana ſunt.

a ¶Concubina.] Hic reſpicit idquod dixi ſup. proxi. d.c.1.

b ¶Aſciſcit.] ideſt, amplectitur.

c ¶Lex.1.] Canonica. vt inf. cap. proxi. vel etiam lex ciuilis quia cõcubinatus a lege nomen accipit, vt ff de concu. in cõcubinam.

1 Nam & canon lex appellatur 31. diſt. Nicæna Arch.

d ¶Is, qui.] 30.q.5. aliter. contra. Sed ibi loquitur quando non conſtat de mutuo conſenſu.

e ¶Coniunctione.] Secundum leges ita eſt, quod ſi impares ſunt perſonæ cõtrahentium non præſumitur matrimonium, niſi dotalia inſtrumenta interueniant. C. de nup. imperialis, §. imo. & illud, ff. de do. donationes ſecus ſi pares. ff. de ritu nup. in liberę ſm canones ſꝑ præſumitur adulterium niſi appareant legales ſolẽnitates vt 30 q.5. aliter 2 extra de clande. deſpon. cum inhibitio.

2 De hoc no. ea q. noſtras. in fi. & 3 q. 4. conſanguineorum. in prin.

K EPiſcop⁹.] ¶ Supellectilem.] Hoc hodie nō tenet: qa mō hñt amplas poſſeſſiones, vt 12. q. 1. expedit. & ſic nō ē cōtra. de cōſe. d. 1. vaſa. & extra de cenſi. cū Apoſtolus. vbi dicitur quod archiepiſcopi quinquaginta equitituras habebūt in viſitationib⁹.

mentorum pro congruentia hominum, atq; perſonę ſuæ & pro ſuæ valetudinis neceſſitate quis capiat, ſed quāta facilitate, & ſerenitate animi careat cum [a] his [b] vel oportet, vel neceſſe eſt carere, vt illud in anima Chriſtiani cōpleatur, quod Apoſtolus dicit: [Scio [c] & minus habere: ſcio & abundare: vbique & in omnibus imbutus ſum, & ſaturari, & eſurire, & abundare: & penuriam pati; omnia poſſum in eo, qui me confortat.]

Item ex concilio Gangrenſi, c. vlt.

¶ Temperantia ciborum, & veſtium, non diſſolutio eorum laudatur. Cap. V.

PArſimoniam [d] cū veſte humili non reprobamus, ſicut etiam ornatum præter corporis α diligentiā [e] infucatum [f] laudamus. Diſſolutos autem & fractos in veſtibus inceſſus non recipimus, & domos Dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt, tanquam ſanctos & vtiles recipimus: pietatem in priuatis [g] domibus non concludentes, ſed omnem locum in nomine Dei ædificatum honorantes & congregationem in eccleſia factam ad vtilitatem communem recipimus, & bona opera, quæ ſupra [h] vires β in fratres pauperes exercentur, ſecundum eccleſiaſticas traditiones beatificamus, & omnia, quæ conueniunt traditionibus Apoſtolicis, & ſanctarum ſcripturarum præceptis, in eccleſia fieri exoptamus. Iuo p. 8. c. 321.

α ¶ Præter corporis.] *Ex priſca verſione Græce eſt:* διὰ ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος ἀπερίεργον, *ideſt,* propter corporis tantum curam minime ſuperuacaneam atq; operoſam. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*
β ¶ Supra vires.] *In priſca illa verſione eſt:* iuxta vires *Dionyſiana habet, vt Grat. Græce autem:* τὰς καθ' ὑπερβολὴν ἀγαθοποιίας τῶν ἀδελφῶν τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας. *ideſt,* eximias, atque excellentes fratrum beneficentias, quæ ſecundum traditiones per eccleſiam in pauperes fiunt.

Item Gregorius Ioanni Conſtantinopolitano, libro 1. reg. epiſt. 24.

¶ Sub ſpecie uirtutis ſæpè ſe vitia ingerunt. Cap. VI.

SÆpè ſe uitia [i] eſſe virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parſimonia, effuſio, largitas, crudelitas, zelus iuſtitiæ, remiſſio, pietas uelit uideri.

Item ex concilio Carthaginienſi 4. cap. 15.

¶ Meritis fidei, & vitæ, non diuitijs epiſcopalis auctoritas quæritur. Cap. VII.

EPiſcopus vilem ſupellectilem [k], & menſam, ac victū pauperem habeat, & dignitatis ſuæ auctoritatem fide & vitæ meritis quærat. ¶ Hoſpitium quoque non longe ab eccleſia habeat. *Ibi dem c. 14.*

Item ex eodem, c. 45.

¶ De eodem. Cap. VIII.

CLericus profeſſionem ſuam & habitu, & inceſſu probet, & ideo nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat. Burc. li. 2. c. 209. Iuo p. 6. c. 284. Anſel. li. 7. c. 202.

Sicut ergo in cibis mores eorum cū quib. viuimus, obſeruare monemur, ſic & de indumentis intelligendum eſt. Vt.n. alibi dicitur, [Quiſquis contemptis his, cum quibus viuit, lautiora ſibi, vel auſteriora præ cæteris indumenta vel alimenta quærit, aut intemperans ſui aut ſuperſtitioſus eſt.] [In inceſſu aūt debet eſſe ſacerdos ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem oſtendat. Incompoſitio.n. corporis (vt Auguſtinus ait) inæqualitatē indicat mentis: Vnde hiſtoriographus [a] ille cum eius mutabilitatem [b] deſcriberet cuius conſcientia excita† curis mentem vaſtabat †, inter cætera hoc etiam notabile iudicauit, dicens [Citus modo, & tardus inceſſus.]

ſup. ea. c. quiſquis.

epiſt. 109. ad Monachas habetur ſenſus. Salluſtius de Catilina.

† *al. excitatam.*
† *al. exagitatam.*
† *al. vexabat.*

DISTINCTIO XLII.

1. ps

Oſpitalem [c] vero ſacerdotem eſſe oportet, ne ſit in numero eorum quibus in iudicio dicetur [Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me.] Qui.n. Apoſtolum ſecutus alios ad hoſpitalitatem debet inuitare, quomodo hoſpitalitatis exhortator poterit eſſe, qui domum propriam hoſpitibus claudit? Si.n. ſacerdos primum a ſeipſo [d]; & a domeſtica eccleſia ſua debet exigere quod poſtea populis imperet ſi primum imitando Chriſtum, ipſe debet facere quæ poſtea populum doceat, neceſſe eſt vt pauperes hoſpitio recipiat quo ad hoſpitalitatem facilius ſuo exemplo ſubditos attrahat. ¶ Ordinandus itaque ſacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abraham, & Loth per hoſpitalitatis opera, Deo placuere. & Angelos hoſpitio meruerunt recipere, quō Angeli Sodomis hoſpitalem domum ingreſſi, Loth cum familia ſua liberauerunt; quomodo clauſas domus cum hoſpitibus ignis ingreſſus perdiderit, quō etiam ſecundum Hieronymum, aliena rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur: ac ſic ꝑ opera pietatis ſe inſtruat, vt & p̄ſentis vitæ ſubſidia, & æternæ claritatis præmia a Deo percipiat, utrūque.n. pietati promittitur. ¶ Vnde Apoſtolus ſcribens ad Timotheum ait: [Exerce teipſum ad pietatem. Nam corporalis [f] quidem exercitatio ad modicum utilis eſt, pietas autem eſt utilis ad omnia [g], habens promiſſionē vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.] Ab hac [h] quiſquis alienus [i] fuerit in ſacerdotē ordinari nō poterit. ¶ Si enim vidua [k] in eccleſia recipi prohibetur, quæ pauperes non recipit hoſpitio, quę pedes ſanctorum nō lauit, quę omne opus bonū

Matth. 25.

Gen. 18. & 1. c.
Gloſſ. ord. gen. 19. ex Alcuuio.
In regula Monacharum c. de paupertate

1. Tim. 4.

1. *Tim.* 1.
30. q. 1. quomodo.

SICVT ERGO. Concludit Gratianus ex ſupradictis, ꝙ ſicut mores eorum cum quibus viuimus, ſeruādi ſunt in cibis: ſic etiam in indumentis, & in inceſſu etiam debet eſſe ſacerdos ornatus, vt grauitate itineris mentis oſtendat maturitatem. Si enim incompoſite, & non decenter incedit (vt dicit Aug. mentis in æqualitas indicatur Et hoc probatur exemplo Catilinæ, qui propter varium inceſſam fuit a Salluſtio notatus.

a & Vnde Hiſtoriographus. Salluſtius.

b ¶ Mutabilitatem.] Catilinæ.

Oſpitalem.] Hæc diſti. diuiditur in quatuor partes, in quarum prima dicitur, ꝙ ſacerdotes dēnt eſſe hoſpitales, & recipere pauperes Chriſti, & hoc probatur per id quod ſequitur vſque ad c. quieſcamus. Secunda ibi, [Quieſcamus] Tertia ibi, [Sed licet.] Quarta ibi, [Non oportet] Io. de Fan.

CASVS. In hac 42. diſtinct. proſequitur Gra. ſextum cap. Apoſtolicæ regulæ: ſcilicet, oportet ſacerdotem eſſe hoſpitalem, quod ꝓbat 8 rationibus. Prima eſt in principio. Secunda incipit ibi, [Qui enim Apoſtolum.] tertia ibi, [Si eñ ſacerdos:] Quarta, & quinta incipiūt ibi, [Ordinandus itaque] Sexta ibi, [Quomodo etiam ſecundum Hieron.] Septima ibi, [Vnde Apoſtolus.] Octaua ibi, [Si enim vidua.] Caſus autem ſequentis cap planus eſt.

c ¶ Hoſpitalem.] In hac diſtinct. oſtendit Gratianus, quod hoſpitalis erit ordinandus quia non haberet frontem inuitādi alios ad hoſpitalitatem, ſi domumſuā hoſpitibus clauderet & quia hæc pietas remuneratur æternaliter, & temporaliter. Item exemplo Abrahæ, & Loth, qui quoniā hoſpitales erant Angelos hoſpitio recipere meruerunt 1. Addit etiam quod in hoſpitalitate nō erit electio, vel delectus perſonarum 2 adiungit etiam de conuiuijs in eccleſia non faciendis 3. In fine breuiter tangit 7. c. Apoſtolicę regulę. ſ. oportet epiſcopum eſſe pudicum 4.

1 Vt inf. §. 1
2 Et inf. ca. qeſcamus.
3 Vt īf. c. nō debet, & ca. ſeq.
4 Scilicet in §. pudicns.

d ¶ A ſeipſo.] Sic, ff. de nego. ge. ſi pupilli. §. vltim. ff. de fide iuſ. tutor. ff. de pa cū in eod 47. d. §. neceſſe in princ.

e ¶ Aliena.] 47. diſt. ſicut infra 93 diſtin. diaconi. infra 14. quæſtio. 4. quid dicam. ſic extra de reſt. ſpo. ſæpe. & 16. q. 1. decimæ.

f ¶ Corporalis.] Sine operibus pietatis.

ADDITIO Et quod dicit ad modicum, dicas reſpectu eorum per quæ habetur vita æterna. vtilis tamen eſt, quia opportunitatem peccandi aufert. de conſecra. diſtinctio. 5. nunquam. Laur.

g ¶ Ad omnia.] ideſt, ad temporalia, & æterna, vt 16. q. 1. decimę.

h ¶ Ab hac.] Hoſpitalitate.

i ¶ Alienus.] Vt 85. d. Archidiaconum.

K ¶ Vidua.] 31. q. 1. quomodo.

S I quis.] HINC ETIAM. Adhuc probat Gratianus hoſpitalitatem eſſe tenendam, & qui eam non habuit, abijcitur ab eccleſia, ſicut Ioan. eiecit quendam Diotrephē, quia pauperes non recipiebat. Et oſtendit ēt ꝙ oībus indifferenter quib. poſſumus dēmus hoſpitalitatē exhibere: quod probat ſequenti capitulo.

a ¶Diotrephē.] Proprium nomen, vel idest, ſacerdotem.

Q Vieſcamus] Hęc eſt ſecūda pars huius diſt. in qua dicit, quod in eleemoſynis dandis nō debet eſſe differentia cum petitur pro nutrimento, ſi autem peteret cauſa prædicationis, tūc eſſet diſcernendum. Hoc autē intelligo de eleemoſynis quotidianis non autē de præmeditatis. alias contradiceret Hierony. 16. q.1.c.fin. vbi dicit, quod in paupere magis eſt attendenda religio, quam paupertas. Io. de Fan.

CASVS. Quidam dicebāt, ꝙ in omnib. hoſpitib. recipiendis facienda erat examinatio, ſed dicit Ioā. Chryſ. nō eſſe verū. Nam ſi petat aliquis tanquam prælatus facienda eſt examinatio, q̄a forte nō recte petit, vel eſt intruſus vel excōmunicatus. Non enim datur tātum temporale, ſed etiam accipitur ſpirituale. Si vero petit amore Dei, indifferēter eſt omnibus dandum, exemplo Abraham, qui meruit Angelos recipere, quod forte non feciſſet, ſi diſtinxiſſet pſonas. Quæ ſequuntur, patent vſque ad diſtinctionem.

non eſt executa: multo magis ſunt probibendi a ſacerdotio qui ab opere pietatis probantur alieni Vnde † hoſpitalitatis opera deſpicientes, in Gangrenſi concilio excommunicantur. Sic enim in eo ſtatutum eſt c.11.

† *al. vnde quidam.*

¶Non ſunt deſpiciendi, qui conuiuia pauperibus exhibent. Cap. I.

Bur.l.19.c.124. Iuo p.15 c.136. Anſ.l.5.c.76.

S I quis diſpicit eos, qui fideliter agapas †, ideſt conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorē Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuſcemodi vocationibus, parui pendens quod geritur, anathema ſit.

Hinc etiam Ioannes Euangeliſta in epiſtola ſua quendam Diotrephem [a] *excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de eccleſia eijciebat. In hoſpitalitate autem non eſt habendus delectus perſonarum; ſed indifferenter quibuſcunque ſufficimus, hoſpitales nos exhibere debemus.*

Epiſt. 3.

Vnde Ioannes Chryſoſtomus in epiſt. ad Hebræos hom. 11. ad c.6.

¶In recipiendis hoſpitibus nulla debet eſſe diſtinctio. Cap. II.

2 Q Vieſcamus ab hac abſurda curioſitate [b], & diabolica, & peremptoria †. Si enim in clero ſe electū eſſe dicat, ſi ſacerdotem ſe nominet, ſcrutare. non enim ſine periculo in talibus indiſcuſſa communicatio eſt: circa maiora periculum [c] vertitur; non enim das, ſed accipis. Si vero pro nutrimento poſtulat [d], nihil in his examines. Inquire, quomodo Abrahā hoſpitalem ſe circa omnes oſtendebat. Si ſcrutator fuiſſet circa refugientes ad ſe nunquam Angelos hoſpitio recepiſſet. Fortaſſis.n. non putans eos Angelos eſſe, cum reliquis, & hos repuliſſet: Sed qm̄ omnes [e] recipiebat, ſuſcepit & Angelos. Non.n. ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus eſt Deus; ſed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex miſericordia, ex bonitate.

† *al. perniciosa.*

b ¶Curioſitate.] Nō enim ſemper erimus curioſi, nam multa ſunt diſſimulāda, ff. de noua. l. doli. in fi.

Diſcretione maiore in maiorib. opus eſt.

c ¶Periculum.] Si.n. in minoribus adhibēda eſt diſcretio, fortius in maiorib. ſic 7.q.2.c.vl. ff. ad Carb. l.1. §.2.

d ¶Poſtulat.] Ergo indiſtincte, omnib. eſt danda eleemoſyna, vt infra. ea. c. proxi. §. prox. & 86. di paſce. & 1.q 2. quā pio. & 11.q.3. qm̄ multos. & 16.q.1. ſi cupis, & 23. q.3. duo alibi dicitur: omni petenti retribuit. Sed contra dn̄s dicit 1 Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec inuenias iuſtum cui des. Et in Canticis, vbi dicitur: Ordinauit in me charitatem. Et dicit Ambro. Ordinata eſt charitas, vt primo Deus, ſecundo parētes, deinde filij, poſtea domeſtici vltimo extranei diligantur. Et alibi dicit Ambroſi. ꝙ delectus perſonarum debet eſſe in miſericordia impendenda, vt 86. diſt. non ſatis, & Hierony. dicit, ꝙ in pauperibus non tam paupertas quam religio eſt attendenda, vt 16.q.1. quoniam quidquid, & Aug. dicit, Vtilius eſurienti panis tollit, quàm de cibo ſecurus, &c. vt 5.q.5. non omnes. 23.q.4. nimium. Diſtingue ergo: eorum qui petunt eleemoſynam, alij ſunt cogniti, alij non. Item alij petunt quaſi ex debito, vt prędicatores, & p̄lati, alij pro ſuſtentatione corporis. Si ergo quis petat, ex debito, & ratione officij, quia dicit ſe ad hoc miſſum, vt ibi prædicet, & tale officium conſtat ei commiſſum eſſe, recipiendus eſt: ſi eſt incognitus, eſt examinandus an ita ſit vt in hoc cap. Si autē quis petit pro nutrimento, tunc indiſtincte omnibus eſt danda, vt hic, & 1.q.1. quam pro & 11.q.3. quoniam. niſi quis per ſecuritatem cibi negligat iuſtitiam, quia tunc ſubtrahenda eſt ei, vt 5.q.5. non omnis niſi iam fame moriatur, vt 86. diſtinct. paſce. ſi autem non poſſumus omnibus ſufficere, tunc danda eſt potius bono, quam malo conſanguineo, quam extraneo, & ſic loquitur illud, Deſudet eleemoſyna, &c. & illud, Ordinauit in me charitatem, vt 86. d. non ſatis.

Eleemoſyna quibus eſt danda.

H. d. ꝙ hoc dixit in Euāgelio: ſed neſcio, vbi, Sed poteſt ſumi eccleſ. 12.

vel hoc dixit ſecundū interpretatio. lxx. interpretū. dicit Rodo. [...] iſta auctoritas, deſudet &c. ſumit[ur] ex c. pręcedenti, vbi dī [...] benefeceris, ſcito cui benefeceris, [...] erit grat[ia] occulis t[uis] multa A[...]

† vide in h[unc] locum Al[...] lib. præt[er]miſſorum in dictio[ne] Agapes. C[...] natur. n. A[...] ci. ita pin[...] hic legen[dum] non Agap[as]

e ¶Sed quoniam omnes.] Argu. ꝙ ratione dubitationis melius eſt exabundanti aliquid facere, q̄ aliquid dimittere,

tere, vt 11.q.3. nolite 13.q.2. non æſtimemus 24.q.3. corripiantur Et argum. ad quæſtionem cum dubitatur quis ex duobus occiderit hominem, quòd potius ambo admittantur ad ordines, q̃ ambo repellantur 1. arg contra 23.q. vlt. ſi quatuor. Quid iuris ſit de hoc notat in quæſtionib.

Dubitatio nobilis. Argum ad ... 23.q.4. ... ma- ... Lau.

& eſt contra epiſcopos qui nolunt prouincias viſitare, & tñ petunt redimi procurationes, vt 10.q.1. relata.

b ¶Propter iniuriam.] ideſt, infamiam.

NVlli.] ¶Tranſeuntes. [Sic in tabernis poſſunt clerici comedere cauſa neceſſitatis, vt 44. diſtin. clerici. de vi. & hon. cler. clerici.

Clerici in tabernis poſſunt qñque comedere.

Sed licet ipſa conuiuia deſpicienda non ſint, nõ tamen in eccleſijs celebrari, nec clericos ad ea conuocatos ex eis partes ſib. tollere oportet.

Vnde in Laodicenſi concilio. c.27.

¶Clerici ad agapem vocati partes ſibi non tollant. Cap. III.

Anſ. l.5. c.77. Iuo p.3, c.128.

Vide quod ... And. Al... h præ... miſſi... in dictio... agape.

NOn oportet miniſtros altaris, vel quóslibet clericos α ad agapem † vocatos, partes [a] tollere propter iniuriam [b] β, quæ ex hac occaſione eccleſiaſtico ordini poſſit deputari.

α ¶Clericos.] *In concilio Græco, & priſca etiam verſione additur*, vel laicos.

β ¶Propter iniuriam.] *Græce eſt:* διὰ τὸ τὴν ὕβριν τῇ τάξει προσριβεσθαι τῇ ἐκκλησιασικῇ, eo quod eccleſiaſtico ordini inuratur contumelia.

Item ex eodem, c.28.

¶In locis Deo ſacratis nec comedere, nec accubitus ſternere liceat. Cap. IIII.

Burc. l.3. c.82. Iuo p.3. c.32. Anſ. l.5. c.78.

4 NOn oportet in baſilicis, ſeu in eccleſijs agapem facere, & intus γ manducare, vel accubitus ſternere.

γ ¶Et intus.] *Græce eſt.* καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ: *quod Dionyſius vertit*, nec intra domum Dei: *ſed apud Balſamonem abeſt vox Dei.*

Item ex concilio Carthag. 3. c.30.

¶Niſi neceſſitate coacti clerici in eccleſia non conuiuentur. Cap. V.

Burc. l.3. c.83. Iuo p.3. c.74.

NVlli epiſcopi, vel clerici in eccleſia conuiuentur, niſi forte tranſeunte: [c] hoſpitiorum neceſſitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiuſmodi conuiuijs, quantum poteſt fieri, prohibeantur.

In reg. B. Benedicti, cap. 52.

[*Item ex dictis B. benedicti abbatis,*]

¶De eodem. PALEA. Cap. VI.

Burc. l.3. c.81. Iuo p.3. c.71.

ORatorium [d] hoc ſit, quod dicitur, nec ibi quidquã aliud [e] geratur, vel condatur, quam quod diuinis miniſterijs † conueniat.

† *al. laudibus.*

Item Auguſtinus epiſt. 109. de regula monachorum.

De eodem. Cap. VII.

Senſus non verba, Iſidorus. Etym. l.15. c.4. Smaragdos in reg. B. Benedicti, c.52. Burch. l.3. c.80.

IN oratorio præter orandi, & pſallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic & opera iugiter impenſa concordent.

DISTINCTIO XLIII.

PVdicus [f] quoque debet eſſe ſacerdos, vt & moribus, & verbis pudorem indeſinenter exhibeat. Vnde in canticis canticorum genæ [g] ſponſæ, ideſt prædicatores, turturi comparantur. ¶ *Debet [h] etiam gratiam*

Cant. 5. ex glo. interlin. ibi.

d ¶Oratorium] Ab orando quippe dicitur, vt in eo nihil aliud, quam oretur & pſallatur. inf. ead. in oratori.

e ¶ Quidq̃ aliud.] Tñ eccleſiaſticę cauſæ 2. poſsũt & debẽt tractari in eccleſia, vt 2.q.2. pręceptum.

2 Sed nõ ſæculares. ext. de immun. eccl. c.1. ubi de hoc.

PVdicus quoq;] Hęc di. diuidit in quatuor partes, in quarũ prima dicit, ꝙ rector eccleſię dẽt eſſe diſcretus in ſilentio, & vtilis ĩ verbo, ne aut tacẽda dicat, aut dicẽda ſubticeat & ad hoc probandũ inducit c. ſeq. Secunda ibi. [In mãdatis] Tertia ibi, [Scimus. autem.] Quarta ibi, [Pariter quoque.] Ioan. de Fan.

CASVS. In hac diſt. 43. proſequitur Gratianus 7.c. Apoſtolicæ regulæ. ſ. oportet epm̃ eſſe pudicum: qđ verũ eſt non ſolũ factis, ſed ẽt verbis, vt probatur per cantica canticorum.

f Pudicus.] Hic breuiter tangit 7.c. Apoſtolicæ regulę, oportet epm̃ eſſe pudicũ,

g ¶Genę.] Sicut em̃ per genas cibi, ſic ꝑ ꝑdicationes eccleſię fideles incorporant̃, vt de conſecr. diſt. 2. quia paſſus.

3 Scilicet maſticantur, & maſticando incorporantur. Hug.

DEBET. In hoc §. proſequitur Gratianus c.8 Apoſtolicæ regulæ ſ. oportet epiſcopũ eſſe Doctoré .i. talẽ q ſciat docere. Nã q̃tum prodeſt bonis per exẽpla bonæ vitæ, tm̃ nocet malis ſi ſileat. Nam prędicatione ꝑlatorum mali ſunt arcẽdi & corripiẽdi, ſed in ſua prædicatione dẽt prælatus eſſe diſcretus, ne vel tacenda ꝓferat, vel dicenda taceat. Quod ſequentibu, capit probatur.

a NOn oportet, &c.] ¶Partes.] Et domum mittere, ſtionib. & eſt expreſſum de hom. ſignificaſti.

h ¶Debet, &c.] Hic proſequitur viij. cap. Apoſtolicæ regu-

regulæ, oportet, ordinandum eſſe Doctorem: id eſt, talem, qui ſciat docere, & prædicare, conſiderabit autem prius quibus & quæ prædicare 1, quia non omnia oĩbus ſunt prædicanda: hæreticis enim ſecreta fidei non ſunt pandenda 2, nec nimis alta dicet minus capacibus. & ſi ſubditi non obediunt prædicanti. nõ ideo ceſſabit a doctrina & correctione eorum 3.

i ¶ Tacendo.] Not. q; tacens & timens fugere dicitur vnde etiam tacens pro contumace habetur, ut 65. diſt. ſi forte, & ff de interro. act. de ætate §. qui tacuit.
K ¶ Qui dum fugitiua.] Id eſt tranſitoria.
l Quos.] Simplex relatio, nõ refert ad imediate dictũ.
m ¶ Se-

1 Vt inf. ea. diſt. in mandatis.
2 11. q 3. nolite. in fine.
3 Vt inf. ea. d. ſancimus. cum duob. c. ſeq.

a ¶ Silentio] Expone negatiuè. ſic 2. q. 7. ſancta.
b ¶ Nam latratu.] Id eſt prædicatione.
c ¶ Canum] Infra 2. q. 7. qui nec.
d ¶ Et baculo.] Cõminationis.

docendi habere: quia, ut Hieronymus ait: [*Innocens, & abſque ſermone conuerſatio, quantum exẽplo prodeſt, tã tum ſilentio*[a] *nocet. Nam latratu*[b] *canum*[c], *& baculo*[d] α *paſtorum, lupi ſunt arcendi.*] *In ipſa autem doctrina diſcretum oportet eſſe rectorem, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat.* — Ad Oceanum 83. & gloſſa ordin 1. Tim 3. in ver. Doctorem

α ¶ Baculo.] *In epiſtola B. Hieronymi legitur*, baculoque paſtoris luporum rabies deterrenda eſt. *Sed gloſſa ordinaria cum Gratiano concordat.*

Item Gregorius par. 2. ſui paſtoralis, c. 4. ait.

¶ De diſcretione prædicationis, & ſilentij. Cap. I.

SIt rector diſcretus in ſilentio, utilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Nam, ſicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiſcretũ ſilentium eos, qui erudiri poterãt, in errore derelinquit. Sæpe namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimeſcunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis cuſtodiæ, paſtorũ ſtudio, ſed mercenariorum uice deſeruiunt: quia veniente[e] lupo fugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcondunt. Hinc namque eos per prophetam Dominus increpat dicens, [Canes muti, non valentes latrare[f].] Hinc rurſus[g] queritur, dicens. [Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro damno Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.] Ex aduerſo quippe aſcendere, eſt pro defenſione gregis, voce libera, huius mundi poteſtatibus contraire. Et in die Domini in prælio ſtare, eſt prauis decertantibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere. Paſtorẽ enim recta timuiſſe dicere[h], qui eſt aliquid; quã tacẽdo[i] terga præbuiſſe? qui nimirũ ſi pro grege ſe obijcit, murũ pro domo Iſrael hoſtibus opponit. Hinc rurſus delinquẽti populo dicitur [Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebãt iniquitatem tuã, vt te ad pœnitentiã prouocarent.] Prophetæ quippe in ſacro eloquio nonnũquam Doctores vocantur, qui dum fugitiua[k] eſſe præſentia iudicant, quæ ſunt ventura manifeſtant, quos[l] diuinus ſermo falſa videre redarguit, quia dum culpas corripere metuunt, incaſſum delinquentibus promiſſa ſecuritate[m] blandiuntur, qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, quia ab increpationis voce conticeſcunt. Clauis quippe aperitionis eſt ſermo[n] correctionis, quia increpatio culpam detegit, quam ſæpe neſcit[o] ipſe etiam, qui perpetrauit. Hinc Paulus ait, Vt potens ſit in doctrina ſana exhortari, & eos, qui contradicunt, redarguere.] Hinc per Malachiã

Ioan. 10.
Eſa. 56.
Ezech. 13.
Thren. 2.
Ad Ti. 1.

SIt rector.] Hoc c. diuidit in tres partes. In prima parte dicitur, quod rector dẽt eſſe diſcretus, ut ſileat, vel loquatur cum uiderit expedire. Nam ſicut incauta locutio ponit hominem in errorem, ſic indiſcretum ſilentiũ in errore relinquit. & hoc probatur ix auctoritatib. In ſcda parte, quę incipit ibi, [Sed cum rectori] Dr prędicator debet eſſe vtilis in verbo, id eſt talia proferat, per q̃ corda audientium non lædãtur. & hoc probatur tribus auctoritatib. In tertia quæ icipit ibi,] Prouidendũ quoq; eſt] dr quod etiam vtilia non debet nimis effundere, quia loquacitas nimis leuis apud homines reputatur, & hoc probat trib. auctoritatibus. CASVS. Primo dicit q; pdicator, vel rector nec ſilẽda pferet, nec proferẽda ſilebit. & hoc pbat ix. auctoritatib. Secundo dicit, q; talia pponat, quæ nõ deducant homines in errorem: & hoc probat trib. auctoritatibus. Tertio oſtẽdit. q; ẽt vtilia non debet nimis effundere: & hoc probat tribus auctoritatibus.
e ¶ Veniente.] Iuxta illud.
Nam ſiluiſſe nocet, multoſque ſilentia damnant.
f ¶ Latrare.] Propter pigritiam.
g ¶ Hinc rurſus.] Primo conquerit, & primo ponit verba prophetæ, deinde ea exponit, & ſic pcedit p totũ c.
h ¶ Dicere.] Id eſt, dicitur.

m ¶ Securitate.] Eo ipſo, q; tacetur, promittitur ſecuritas delinquentibus, vt 83. diſt. error.
n ¶ Sermo.] Doctoris.
o ¶ Neſcit.] Scilicet eſſe peccatum ille cui prædicatur, vel cum eius pœnitentia auditur, quæritur ab eo locus, &

& tempus,& perſonã cum qua deliquit quæ fortè peccator propter verecundiam vult occultare, vt de pœniten. diſtinct. ſexta. capitul 1.in fin.1. Tamen in quæſtionibus vbi fit præiudicium alij , non fient ſpeciales interrogationes , vt ff. de quæſtio.l prima.§. qui quæſtionem.

; ſi de pœ. diſt.5. c. 1. & pœnit.

a ¶ Cuſtodiunt]Id eſt,cuſtodire debent.
b ¶ Quia Angelus.]Id eſt, nuncius Domini.

dicitur Labia ſacerdotis cuſtodiunt[a] ſcientiam ,& legem
Malach.2. requirũt ex ore eius:quia Angelus [b] Dñi exercituũ eſt.]
Hinc per Iſaiam Dñs admonet dicẽs:[Clama , ne ceſſes ,
quaſi tuba exalta vocem tuam.]Præconis[c] quippe officiũ
Eſa.58. ſuſcipit,quiſquis ad ſacerdotium accedit,vt ante aduẽtũ
iudicis,qui terribiliter ſequitur,ipſe ſcilicet clamãdo gra
diatur.Sacerdos ergo ſi prædicationis eſt neſcius, quam
clamoris vocẽ daturus eſt ꝓco mutus? Hinc eſt enim, ꝙ
ſuper paſtores[d] primos in linguarum ſpecie ſpiritus ſan-
ctus inſedit;quia nimirũ , quos repleuerit,de ſe protinus
loquentes facit. Hinc Moyſi præcipitur, vt tabernaculũ
Act.2. ſacerdos ingrediens tintinabulis [e] ambiatur;vt videlicet
Exo.28. prędicationis voces hẽat; ne ſuperni inſpectoris iudiciũ
ex ſilentio offendat: ſcriptum quippe eſt:[vt audiat ſoni
tus,quando ingreditur,vel egreditur ſanctuarium in cõ-
ſpectu Domini;non moriatur[f].] Sacerdos namque ingre
diens, vel egrediens moritur , ſi de eo ſonitus non audi
tur;quia iram contra ſe occulti iudicis exigit,ſi ſine præ-
dicationis ſonitu incedit . Apte autem tintinabula ve-
ſtimentis illis deſcribuntur inſerta. Veſtimenta enim ſa-
cerdotis quid aliud , quam recta opera debemus accipe-
Pſal 131. re?propheta teſtante,qui ait : [Sacerdotes tui induantur
† ſial. iuſtitia.] Veſtimentis itaque illius tintinabula inhærẽt ;
vt † vitæ viam cum linguæ ſonitu ipſa quoque bona ope
ra [g] ſacerdotis clament.Sed cum rector ſe ad loquendum
præparat,ſub quanto cautelæ ſtudio loquatur,attendat ;
ne ſi inordinatè ad loquendum rapitur , erroris vulnere
corda audientium feriatur:& cum fortaſſe ſapiens vide-
ri deſiderat , vnitatis compagem inſipienter abſcindat :
Hinc namque veritas dicit [Habete ſal in vobis , & pa-
Mar.9. cem habete inter vos.]Per ſal quippe,verbi ſapientia de-
ſignatur . Qui ergo loqui ſapienter nititur, magnopere
Rom.12. metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confunda-
tur.Hinc Paulus ait. [Non plus ſapere quàm oportet ſa-
Exo.28. pere,ſed ſapere [h] ad ſobrietatem[i]]. Hinc in ſacerdotis ve
ſte iuxta diuinam vocem tintinabulis mala punica con-
iunguntur . Quid enim per mala punica,niſi fidei vnitas
deſignatur? Nam ſicut in malo punico,uno exterius cor-
tice multa interius grana muniuntur;ſic innumeros ſan-
ctæ eccleſiæ populos vnitas fidei contegit , quos intus
Mar.9. diuerſitas meritorum tenet.Ne igitur rector incautus ad
loquendum proruat;hoc,quod iam præmiſimus , per ſe-
metipſam veritas diſcipulis clamat.[Habete ſal in vobis,
& pacem habete inter vos.] ac ſi figurate per habitum
ſacerdotis dicat ; mala punica tintinabulis iungite , vt
per omne,quod dicitis, vnitatem fidei cauta obſeruatio-
ne teneatis. Prouidendum quoque eſt ſolicita intentio-
ne rectoribus , vt ab eis non ſolum praua nullo modo,
ſed ne recta quidem nimiè [k] & inordinatè proferantur :
quia ſæpè dictorum virtus perditur,cum apud corda au-
diẽtium loquacitatis incauta importunitate leuigatur[l] :
& auctorem ſuum hæc eadem loquacitas inquinat, quæ

c ¶ Præconis.] Infra de conſecratio. diſtinctio. quarta , baptiſmus.
d ¶ Paſtores,]Id eſt, Apoſtolos.
e ¶ Tintinabulis .] Octoginta tintinabula,& totidem mala punica in inferiori margine tunicę ſacerdotali pendebãt.
f ¶ Non moriatur.] Anima ſcilicet peccando , vel ut fama eius non ſit mortua
g¶ Opera.] Argum. ꝙ ſi in aliqua permiſerit ſe deſponſari vel arrhari , licèt expreſsè non conſentiat, videtur ꝙ ſponſalia ſint contracta. argumen.30. quæſt. 5.fœminæ.27.q.2.ſi quis deſponſauerit , 32.quæſtio.2 honorantur. ff. deſponſa. Sed ea 2. Nam opera probant , vt 46. diſtinctio. cap.1.11. quæſt.3. exiſtimant, 22. quæſt.5 cauere , vt extra de his, quæ fiunt à ma part.cap. ex ore. argumen ff. de mino. ſi filius.ff. de inoffic.teſtamen. l.vltim ff de ædil edict. ſi tamen. §. ei qui. Ioann. Ego dico , quòd ſi contrahentes poſſunt loqui, exprimere debent cõſenſum ſuũ: alioquin nõ iudicaretur pro matrimonio, cum neceſſaria ſint verba quantum ad eccleſiam, vt extra de ſponſ. tuę fraternitatis . quia etiã mutus ſi contrahit , ſignis debet exprimere. conſenſum,vt extra de ſpon. cum apud.Bart.

z Dicas ꝙ ſi parentes contrahant cum filijs , ſufficit eorum taciturnitas , vt in iuribus prędictis & extra de deſpo.impub. acceſſit. & cap.de illis. Archid. Verba in cõtrahẽdo matrimonio , an ſint de neceſſitate.

h ¶ Sed ſapere.] Ad hæc quæ hic dicuntur, bene facit extra de hæret. cum ex iniuncto .
i¶ Ad ſobrietatem.] Id eſt, ſine præſumptione.
K Nimiè.] Id eſt,in multiloquio.
l ¶ Leuigatur.] Id eſt, leuis , & inanis ab auditoribus iudicatur.

a ¶ Eſt.] Scilicet vſque ad veſperam, vt ſupra diſt. 6. teſtamentum.

Seminiuerbius quis dicatur.

b ¶ Seminiuerbius.] A presbyteris. Athenienſium dictum eſt de Apoſtolo, quid ſibi vult iſte ſeminator verborum? & ſecundum hoc erit hic ſeminiuerbius, ſed ſi habes ſemiuerbius, tunc dic ꝙ obſcurus erat, vel quia (vt dicitur) vitium linguæ habebat.

ADDITIO. Seminiuerbius, ideſt ſeminãs verba, vel ideſt, abbreuians verba, ſecundum Laur. Itẽ Paulus in quadam ſequentia. dicit ſpermologus ſperma enĩ Græcè, Latinè dicit ſemen, & logos ſermo, ſecundum Hug.

debemus, vt quod in eo deficit, per nos ſuppleatur, vt ſi qua in eo macula fuerit, emendetur: ſi autem perfidus eſt & incorrigibilis, nulla ſecreta fidei ei ſunt reuelanda, ſed monendus eſt vt reſipiſcat. Si vero nos prouocet dicere quod non decet ipſum audire, debemus eum

ſeruire auditoribus ad vſum profectus ignorat. Vnde bene per Moyſem dicitur: [Vir, qui fluxum ſeminis patitur, immundus eſt [a]]. In mente quippe audientium, ſemen ſecuturæ cogitationis eſt qualitas auditæ locutionis; quia dum per aurem ſermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi ſapientibus prædicator egregius ſeminiuerbius [b] eſt vocatus. Qui ergo fluxum ſeminis patitur, immundus aſſeritur; quia multiloquio ſubditus, ex eo ſe inquinat, quod ſi ordinatè promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientium corda † potuiſſet: dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad vſum generis, ſed ad immundiciam ſemen effundit. Vnde Paulus quoque, cum diſcipulum de inſtantia prædicationis admoneret, dixit: [Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, per aduentum ipſius, & regnum eius prædica verbum, inſta opportunè, importunè:] dicturus [importunè,] præmiſit [c] [opportunè;] quia ſcilicet apud auditoris mentem ipſa ſua vtilitate ſe deſtruit, ſi habere importunitas [d] opportunitatem neſcit.

Leuit. 15.

Act. 17.

† al. corde

2. Tim. 4.

Item Clemens epiſt. 3. in extremo.

¶ Porcis, & canibus ſacra non ſunt committenda. Cap. II.

2 IN mandatis [e] habemus, vt venientes ad ciuitatem diſcamus prius, quis in ea dignus ſit, vt apud eum cibum ſumamus; quanto magis noſſe conuenit, quis, qualiſue ſit is, cui immortalitatis verba credẽda ſunt? Soliciti enim, & valde ſoliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos. Sed & ob alias cauſas vtile eſt viri huius habere me notitiam. Si enim ſciam, quia in his, de quibus non poteſt [f] dubitari, ꝙ [g] bona ſint, emẽdatus eſt, & inculpabilis, hoc eſt, ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi iuſtus, ſi mitis, & humanus (quæ vtique bona eſſe nullus ambigit) tunc conſequens videbitur, vt ei qui obtinet bona virtutum [h], etiam quod deeſt fidei, & ſcientiæ, conferatur: & in quibus maculari eius vita videtur, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si ve-

Matth. 10.
Mar. 7.

Matth. 7.

Argũ ab ordine verborũ ſumitur. 1 Alias dr̃ ꝙ de ordine ſcripturę nõ eſt curandũ. ff. de ſol. nec enim. Arũhi.

c ¶ Præmiſit] Argu. ꝙ ab ordine 1 verborum eſt argumentandum 20. diſt. §. 1. & 23. q. 4. diſplicet & 1. q. 1. vt euidenter. & 3. q. 7. in grauibus. extra de reſcript. cũ dilecta. Et ſi præcedens verbum eſt dubium, & ſequẽs manifeſtũ, ſequens clauſula eſt ſequenda. ff. de petit. hæred. vtrũ autem: quandoque etiam ſecũdum pręcedentem exponitur ſequens. ff. de leg. 1. ſi ſeruus plurium. in fin.

d ¶ Importunitas] Nota quod propter tria conſueuit induci cap. ſcilicet quòd tacens & timens videntur fugere. Item quòd æquè aliquid probatur factis vt dictis. Item ordinem verborum attendendum, vt per notata ſup. poſita patet.

IN mandatis.] Hæc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua dicitur, quòd hæreticis & paganis non ſunt ſecreta noſtræ fidei manifeſtanda. & hoc cap. ad hoc probandum inducitur Si tu quæras quæ dicta Origenis recipiantur? Reſp. recipit eccleſia tanquam ſua ea, quæ de dictis eius Hiero. recipit. alias ſunt cum ſuo auctore damnata per Papam Gelaſium. 15. diſtin. Sancta Romana. verſic. item Origenis. Io. de Fan.

CASVS. Quæſitum fuit ab Origene, vtrum indifferenter ſecreta fidei ſint cuilibet reſeranda? & Reſpondit quod non duabus rationibus. prima eſt, quia Chriſtus pcepit vt intrantes ciuitatẽ examinemus, quis ſit in ea dignus, vt apud eum cibum ſumamus; multo fortius eſt hoc faciendum in cibo ſpirituali, cum non debeamus proijcere margaritas noſtras ante porcos. Secunda eſt: quia ſi fidelis eſt, & bonus paratus corrigi, reſerare ſibi eum prudenter eludere; ne ſi nil reſpondeamus, putent auditores inopia reſponſionis nos declinare certamen.

e ¶ In mandatis.] Scilicet Euangelicis, Matth. 10. c. & Matt. 7. vbi Dominus præcepit diſcipulis ſuis: In quamcumque ciuitatem intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, & ſic ibi manete. Ex verbis illis arguitur hic a minori. Lau.

f ¶ Non poteſt.] Nam timor in dubijs deteriora canit. & Lucanus. Peſſimus in dubiis augu. timor.

g ¶ Quòd] Ideſt, quia bona ſint.

h ¶ Virtutum.] Ergo videtur, quod qui non habet fidem poſſit habere virtutem, quod non eſt verum, vt 24 q. 1.

a ¶Quæ palam.] idest, indubitanter ſunt mala.
b ¶Permanet.] Sæpius admonitus.
c ¶De ſecretioribus.] Sed ea quæ ſpectant ad admonitionem, non autem ſecreta fidei: quia ſi illa ſciret: facilius non inde impugnaret, vt 11.q.3.nolite.
d ¶Pru-

& a recta æmulatione.i.dilectione: quia beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.
g ¶Perdant.] idest, confundant.
h ¶Aemulatione.] Ideſt, dilectione. Vnde no. Verſum, qui valet ad multas expoſitiones.

ro in ijs, quæ palã [a] ſunt peccatis inuolutus permanet [b], & inquinatus, non me oportet ei aliquid de ſecretioribus [c], & remotis diuinæ ſcientiæ proloqui, ſed magis proſtrari, & conuenire eum, vt peccare deſinat, & actus ſuos a vitijs emendet. Quòd ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus rectè agentem non oportet audire, prudenter [d] eum debemus eludere [e]. Nam nihil omnino reſpondere, auditorum cauſa, vtile non videtur, ne forte exiſtiment nos reſponſionis penuria [f] declinare certamen, & fides eorum lædatur nõ intelligentium propoſitum noſtrum.

Item Anacletus, epiſt. 1. omnibus epiſcopis.

¶Verba prædicationis perſecutoribus ſuis prælati non ſubtrahant. Cap. III.

Iuo p.5.c.237. circa medium.
† *al. inſtitut.*
Matth. 5.

3 SCimus autem multos ob id infeſtare Doctores, vt eos perdant [g], & placita propriæ voluntatis adimpleant. Non propterea tamen Doctores (iniquitatum vires ſuppetunt) a recta æmulatione [h], & bona intentione † recedere [i] debent, ſcientes, quia beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

Item Gregorius Venantio lib. 1. epiſt. 33.

¶Non eſt mundus a ſanguine ſubiectorum, qui Dei conſilium illis non annunciat. Cap. IIII.

Act. 20.

EPheſijs Paulus [k] dicit: [Mundæ ſunt manus meæ a ſanguine [l] omnium veſtrum, non enim ſubterfugi, Quominus nunciarem [m] omne conſilium Dei vobis.] Mundus [n] ergo a ſanguine eorum non eſſet, ſi eis Dei cõſilium annunciare noluiſſet; quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo [o] paſtor occidit.

Item Nicolaus ad Michaelem Imperatorem in epiſ. cuius initium eſt, [Propoſueramus.]

¶Aeternę damnationis pœnam incurrit prædicator, qui ſemen diuini verbi non ſpargit. Cap. V.

† *Diſpenſatione nobis*] orig.

DIſpenſatio † eſt nobis cœleſtis ſeminis iniuncta:

Aemulor inflatur, amat, inuidet, ac imitatur. Bar.

Aemulor varia ſignificata habet.

i ¶Recede.] Not. ꝙ pp ſubſannationem, vel perſecutionẽ non ceſſabit Doctor a docendo, vel prelatus a prædicando, vt hic, & 11.q.3. nolite. quia & ſi illi non proficiant, tñ ipſe faciat quod ſuũ eſt, vt 47. diſt. quod apud nos. & 23.q.4. ſicut noneſt. nec obſtat ſup. ca. prox. ubi dicit, ꝙ prudenter debemus eludere tales. nec etiam illud ob. 24. qõ. 3. dixit Apoſtol[9]. ubi dicit, hæreticum hoiem poſt primã & ſecundam correctionẽ de uita. quia vtrumque illorũ obtinet in ſecretiorib. fidei, quæ non debemus pãdere illis: ſed ab illis q̃ faciunt ad correctionẽ nunquam ceſſandum eſt, vt 1.q 7. cõuenietib. Io. Hodie aũt ſi hæretici non corrigãt, ſtatim tradendi ſunt curiæ ſæculari ad puniendũ: ſi aũt corrigãtur, & iurent ſtare mãdato eccleſiæ, in ppetuo carcere debẽt detrudi ad agendam pœnitentiam, vt extra de hæret. c penul.

Prelatus pp perſecutionem non deſerat prædicationem.

EPheſijs.] CASVS Venantius eps ſuos ſubditos corrigere nolebat, uel negligebat. de quo eũ Grat. reprehẽdit: q a peccata ſubditorum niſi eos corrigat, ſibi imputantur. & pro hoc probat auctoritate Pauli; & quia paſtor vr̃ occidere delinquentes, niſi eos corrigat.

d ¶Prudenter.] Transferendo nos callide ad alienam materiam: cum nec ipſi debeant alieni regni ſcrutari arcana. C. de cõmer. mercatores. & extra de elect. ꝙ ſicut. immo ſubtili ingenio debemus a barbaris extorquere aurum, vt de commercijs, l. 2. & 14.q.4.b illo. & q.5.c.dixit.

Dolus quando bonus.

1 Dic, ꝙ ibi loquitur de hæreticis dãnatis: hic de occultis: vel dic ꝙ cũ eis poſſumus loqui quãtum ad ea q̃ poſſunt eos reducere ad fidem, vt not. inf ca prox. Archid.

e ¶Eludere.] Nota dolum eſſe bonum contra hoſtem. ſic 22.q 2. vtilem. & ff. de do. l. 1.
f ¶Penuria.] Arg. contra infra. 24.q.2. cum quibus 1.

SCimus.] Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua dr̃, ꝙ ſi prelati non corrigunt ſuos ſubditos, ſanguis ſubditorum de prælatorum manib. requiretur. Si autẽ faciamus, qđ in nobis eſt, non imputatur nobis malitia ſubditorum. & hoc probat per iſta tria cap. Ioan. de Fan. CASVS. Quidã prælati ceſſabant a correctione, & a recta via, quia infeſtabantur a ſuis ſubditis, ſed dicit Anacletus, quòd pp hoc a prędicatione ceſſare non debẽt,

K Paulus.] In Actibus Apoſtolorum 20. cap.
l ¶A ſanguine.] ideſt, a peccato.
m ¶Annunciarem.] A rg ꝙ ſi pet te non ſtat aliqd quo minus fiat, nõ eſt tibi imputandũ, vt 24.q.3. admonere. & 47. diſt. c. vl. & §. neceſſe. & C. de inſt. & ſubſt. l. 1. Ar. contra ext. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. ca. 1. Ioan. Sed certe ibi ſtetit non per petentem poſſeſſionem. ff. de reg iur. l culpa. Bar.

Imputã dum non eſt ei p quem non ſtat.

n ¶Mundus.] Arg. a deſtructione antecedentis, vt 24.q. 2. ſanè.
o ¶Tacendo.] Infra 83. d. error.

DIſpẽſatio.] CASVS. In hoc cap. Nicolaus papa reprehendit prælatos, qui nolũt corrigere ſubditos, & prædicare: quia væ erit eis, ſi verba cęleſtis ſeminis non prædicauerint, & nõ ſparſerint in ſubiectos: & hoc pro-

probat auctoritate Pauli. Præterea ſicut magnũ eſt periculũ p̄latis ſilere. ſic periculoſũ eſt ſubditis nõ obedire.
a ¶Væ.] Alias veh.ſ æterna mors.11.q.3.væ.qui.
b ¶Et clamet.] Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius ſup.d.6.ſed penſandum.

comeſſationes noxiæ non ſolum ſacerdotibus, ſed etiã laicis qui dies, feſtiuos celebrare non putant, niſi comeſſationibus deſeruiant.
CVM AVTEM. Hæc diſtinct. ſpectat ad tertium cap. apoſtolicæ regulæ, quæ tractata eſt 35.diſtinct. oportet or-

ADDITIO. Vel dic clamat prædicando: vel ſe timere æternã damnationẽ, ſecundum Hug.
c ¶Quanto magis.] Arg.a maiori. vt 32.q.5.ſi Paulus.8.q.1.ſi ergo tantu,.
d ¶His] ideſt, ſubditis.
e ¶Parere.] ideſt, obedire.
PARITER. Hęc eſt quarta pars huius d. Dictũ eſt ſup.in cap. in mãdatis, ꝙ ſecreta fidei nõ ſunt hæreticis reuelanda. Nunc verò dicit Gratian⁹ ꝙ idem eſt de catholicis indignis, & nõ intelligentib. ſi autem ſecus fiat, non fit ad eorum vtilitatem, ſed potius ad oſtentationem, vel ſcientiæ iactationẽ, vel adulationem, vel propter loquacitatem incautam. Et hoc probat per expoſitionẽ. Beati immaculati. Ex quibus omnibus patet, ꝙ ſi prælatus in prædicãdo diſcretionem nõ ſeruat, tanquam torto naſo, ideſt, diſcretione carens, ſacerdotis officio videtur indignus.
f ¶ Irreuocabile.] Horatius. [Nam ſemel emiſſum manet irreuocabile verbũ] extra de verb. ſigni. forus, & Ouidius.
Neſcit vox miſſa reuerti.] iuxta illud: Vox emiſſa ſemel, irreditura volat.1.

væ [a] ſi non ſparſerimus: væ ſi tacuerimus. Quod cum electionis vas formidet, & clamet [b], quanto magis [c] cuilibet exiguo metuendum eſt: Proinde, ſicut non leue diſcrimẽ incumbit Pontificibus ſiluiſſe pro diuinitatis cultu & eccleſiæ correctione quod congruit, ita his [d] (quod abſit) non mediocre periculum eſt, qui cum debeant parere [e], deſpiciunt. 1.Cor.9.

4 *Pariter quoq; obſeruare debet ſacerdos, ne indignis, & non intelligentibus ſecreta miſteria, ſua prædicatione reſerare incipiat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorom vtilitatem, ſed ad ſui oſtentationem facit. Vnde in expoſitione, [Beati immaculati] dicitur. [Vitium eſt ſecreta myſteria vulgare indignis: quod fit, uel loquacitate incauta, dum ſine iudicio uolat irreuocabile [f] uerbum, uel adulatione, ut ei placeat †, cui ſecreta reuelat, uel iactatione ſcientiæ, ut plura ſcire uideatur.] In quibus omnibus profectò datur intelligi, quanta debeat eſſe diſcretio in prædicatione ſacerdotis: qua ſi fortè caruerit, tanquam torto [g] naſo, ſacerdotalis officij iudicatur indignus.*

Gloſſa ord. ex Amb. ſer.2 in pſal.118. in ver. [Abſcondi eloquia tua.]

† Tex. eſt in fi. in l.1. C. de ſtat. & imag. vbi vide quid ſit adulatio.

DISTINCTIO XLIIII.

CVm autem uinolentus eſſe prohibetur, gulę intemperantiam nequaquam habere permittitur. Neq; enim ebrietas prohibetur, & uoracitas permittitur. Vtrumq; [h] enim inter opera tenebrarum Apoſtolus connumerat ſcribens Romanis: [Non in comeſſationibus, & ebrietatibus.] Ventris namque ingluuies ad luxuriam prouocat facile, & omne opus bonum diſſoluit. Vnde [uenter, & genitalia ſibimetipſis uicina ſunt: ut ex uicinitate membrorum cõfœderatio intelligatur uitiorum.] Hinc etiam Nabuzardam princeps coquorum muros Hieruſalem deſtruxiſſe legitur, quia uenter, cui multitudo coquorum deſeruit, ædificia uirtutum ad ſolum redigit. Sacerdos itaq; de altari uiuere [i], nõ luxuriari quę

Rom.13.

Hierony. in epiſt. ad Amandum, & Aug. de Temp. ſerm.65. Grego. in paſtor par. 3.cap.20.
4. Reg. vlt. ſecundum lxx.

1 Ad idem.5.q.5. qui ambulat. ff. de ca. & poſt li. reuer. in bello. §. factæ. in authẽ. de æqua. do. §. hinc igitur. in fi. Arch.

g ¶Torto.] Infra d.49.c.1. Hinc etenim naſum cõparat diſcretioni: quia per eum perpenditur odor & fętor.
CVm autem.] Hæc di. diuiditur in tres partes: in quarum prima probat de temperantia gulæ, & hoc probat per quatuor auctoritates ſanctorum patrum. Secunda ibi, [Multis.] Tertia ibi, [Non oportet.] Io. de Fan.
CASVS. Sup. in 35. diſt. dictum eſt, ꝙ ſacerdos non debet eſſe vinolentus, ſed ſobrius: quia comeſſatio & voracitas ebrietatis ſunt cohærẽtia, ideo prohibita ebrietate, prohibetur in hac 44. diſt. voracitas, & gulæ intemperantia. Et probatur tribus rationibus. Prima eſt, quia comeſſatio & ebrietas ab Apoſtolo enumerantur inter opera tenebrarum dicens: non in comeſſationibus, &c. Secunda eſt: quia ventris ingluuies facile prouocat ad luxuriã: & omne opus bonum diſſoluit. Tertia probat exemplo Nabuzardam, qui deſtruxit muros Hieruſalem: quia ei multitudo coquorum deſeruit. Sunt autem ordinandum eſſe non vinolentum, ſed ſobrium. ſed nõ tractauit ibi niſi de ſobrietate potus: ideo reſumit eam hic, & tractat de temperantia & ſobrietate cibi. Annectit, ꝙ laici & clerici qui faciunt magna conuiuia cauſa laſciuiæ delinquunt 2. Item addit, ꝙ clerici non debent comedere, vel bibere in tabernis, niſi neceſſitas cogat 4. Deinde dicit, ꝙ cibum clericorum ſemper præcedit, & ſequitur oratio. Itẽ quòd in ſacerdotali conuiuio ſemper debet legi lectio ſacræ ſcripturæ.
h ¶Vtrumque.] Argument. quòd uno prohibito, vel permiſſo, idem erit in connexo ſibi, vt ſup. diſt. 4 denique. & 1.q.1. ſicut Chriſtus. Et eſt hic argum. quòd ſi Papa, vel epiſcopus ſcienter aliquem ordinat, videtur reſtituere ipſum famæ 4. cum fama & ſacerdotium ſibi ſunt annexa. Ioan. Quod falſum eſt, vt extra de ſchiſma, ca. 2. vbi dicitur quod probare debet ſecum fuiſſe diſpenſatum. Bar.
i ¶Viuere.] Sufficere debet ergo clerico, qđ viuat, id-
eſt,

Conuiuia ꝛ probata.
2 Sup. ca. c. 1. cõuiuia & ca. multi.
3 Vt inf. ca. non oportet cum duob. c. ſequẽti. Et concor. gl. in c. nõnulli. in gl. 1 ſu 42. d.
Ordo purgat infamiam.
4 Arg. C. de his qui not. in fam. le. 3. Idem ſentit Hug. Victus & veſtitus ſufficiũt clerico.

eſt, ſola neceſſaria habeat: & arctatur illa neceſſitas tm̄ ad victum & veſtitū in 12.q 1.epiſcopus. Qualiter[1] tamen hoc intelligendum eſt, dixi 21.quæſt.1.cap.1.

1 Quod le. & no. 24.q. 2 reſecādæ. & 32.q.2. ſi nō ſunt. in gl. vlt.

C Omeſſationes.] CASVS. Quæſiuit Aurelius ab Auguſtino, vtrum laici, qui in diebus feſtiuis deſeruiunt comeſſationib. & ebrietatibus, propter hoc debent ſuſpendi vel excommunicari. Et reſpondet quòd non: quia multitudo eſt in cauſa, in quam ſeueritas diſciplinæ non eſt exercenda: ſed monendi ſunt non imperioſe, ſed benigne, vt Deus ī noſtro ſermone timeatur, & non nos: & vt cetera multitudo frangatur, incipiēdum eſt à ſpiritualibus, vel ſpiritualibus proximis.

a ¶ Putantur.] à ſtultis videlicet.

In Michæam c.3.in extremo.

rat, vt ait Hieronymus. [*Tibi o ſacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur.*] *Sunt autem comeſſationes non ſolum ſacerdotibus, ſed etiam laicis noxiæ: qui feſtiuos, & ſolennes dies non aliter ſe digne celebrare putant; niſi comeſſationibus deſeruiant.*

Vnde Aug. ſcribit ad Aurelium epiſcopum epiſt.64.

¶ Non eſt vacandum commeſſationibus, & ebrietatibus. Cap. I.

Iuo p.13.c.68.

COmeſſationes, & ebrietates ita conceſſæ, & licitæ putantur[a], vt in honorem etiā beatiſſimorū martyrum non ſolum per ſolennes dies, (quod ipſum quis non lugendum[b] videat, qui hęc non carneis[c] oculis inſpicit?) ſed etiam quotidie celebrentur. *& poſt pauca:* Non ergo aſpere, quantum exiſtimo, non duriter, non modo imperioſo iſta tolluntur; magis docendo, quā iubendo; magis monendo, quàm minando. Sic enim agendum eſt cū multitudine[d] [peccatum †. Seueritas autem exercenda eſt in peccata paucorum. Etſi quid minamur, cum dolore fiat, de ſcripturis comminando vindictā futuram; ne nos ipſi in noſtra poteſtate, ſed Deus ī noſtro ſermone timeatur. Ita prius mouebuntur ſpirituales, aut ſpiritualibus proximi; quorū auctoritate, & leniſſimis quidem, ſed inſtantiſſimis admonitionibus cętera multitudo frāgatur.

† abeſt ab orig. Iuo. & aliquot manuſcriptis Gratiani.

Item ex concilio Laodicenſi, c.24.

¶ Nulli clericorum, aut continentium licet tabernas intrare. Cap. II.

Conc. Aquiſgran. c.60. Burc.l.2.c.131. Iuo p.6.c.205.

NOn oportet clericos ſeruientes α à presbyteris vſque[e] ad diaconos, & deinceps ordinis eccleſiaſtici omnes vſq; ad miniſtros aut lectores, aut exorciſtas, aut oſtiarios, aut pſalmiſtas, aut etiam eos, qui in propoſito[f] continentiæ ſunt, tabernas β intrare.

α ¶ Clericos ſeruientes.] *Gracè eſt,* ἱερατικοὺς, *quod Dionyſius vertit,* ſacro miniſterio deditos: *quam verſionem concilium* Aquiſgranenſe, *Burchardus, &* Iuo *attulerunt.*

β ¶ Tabernas.] *ſequebatur in impreſſis,* niſi cauſa neceſſitatis. *quæ ſunt expuncta, quia neque in pleriſque manuſcriptis, neque in Burchardo, &* Iuone, *neque in ipſo concilio* Laodicenſi, *aut Aquiſgranenſi (vbi c.60 hoc idem repetitur) leguntur: videntur tamen accepta ex can. Apoſt.54.*

Item ex ſexta ſynodo, c.9.

¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergaſterium habere voluerit. Cap. III.

NVlli clerico licet tabernā α, aut ergaſteriū[g] habere.

b ¶ Lugendum.] Id eſt nonne vnuſquiſque hoc lugendum videat.

c ¶ Carneis.] Scilicet ſpiritualibus.

d ¶ Cum multitudine.] Multi ſunt xl. vt extra de cle. excom. latores. Aliquando 23. millia ſunt pauci: vt 45.d. diſciplina. Et habes hic ꝙ pp multitudinem detrahiť ſeueritati, vt 50.d. vt conſtitueretur. & 1.q.7. quoties, 33.q.4. ipſa pietas. &c. non pōt. Quandoq; & cum paucitate mitius agendum eſt, cū timetur ſcandalum 23.q.4. cū quiſq;.[5] Vbi ergo aliqd male fit: & quaſi ex auctoritate defenditur, tunc non debet dormire ſeueritas. quādo vero non defenditur, tunc diſſimulari poteſt propter ſcandalum, vt de pęnit diſtinct.6. cap.1. in fi & 82. diſtinct. plurimos & 50 diſt. domino ſancto. ſed propter ſcandalum nunquam debet deſeri veritas ipſa, vt extra de reg. iu. qui ſcādalizauerit[6]. ſed ſeueritas pęnarum poteſt deſeri, vt hic. Io. Item vbi non habet locum diſpenſationis remedium, vt in matrimonio: propter multitudinem non eſt recedendū à ſeueritate canonica. vt extra de tranſact. ex parte. Bar.[7]

Seueritati an pp multitudinē vel paucitatem detrahatur.

5 Concor. textus in l. decurionū & ibi gl. & Doct. C. de pœn.

6 Vbi de hoc, & extra de temp. ord. ſane. ibi videas.

N On oportet.] CASVS. Clerici omnes generaliter, & qui votum continentiæ fecerūt, prohibentur ingredi tabernas, niſi cauſa neceſſitatis, vt infra. cap. ſequenti. Sequētia duo capitula plana ſunt.

7 Scilicet, & tacet quandoque prælatus non propter ſcādalum, ſed propter maius malum quod poſſet eccleſiæ ꝓuenire, vt cum Rex aliquid facit in rebus eccleſię, ſecūdum. Lau.

e ¶ Vſquę.] Improprie ponitur hic, vſque, cum nulli ſint in medio.

f ¶ Qui in propoſito.] Vt Deo deuoti conuerſi. 12.q.1. duo, &c.

g N Vlli clerico licet.] ¶ Ergaſteriū.] Ideſt ſtationem.

a ¶ Quan-

a ¶ Quanto magis.] Cui non licet minus, non licebit & maius, vt hic,& 24.q.1.miremur.& 74 diſt.geſta.14. q 5. pœnale. 1. ſicut in caſu conuerſo, ſcilicet cui licet maius.& minus.16. q.2.viſis.
b ¶ Aut ceſſet.]Sic 35.diſt.c.5.

inanes fabulæ recitantur. ſed verba ſacræ lectionis, & cum infirmitas ſola reficitur: & qui hæc in ſuis conuiuijs facit, magiſter eſt abſtinentiæ, quæ autem ſequuntur vſq; ad diſtinctionem,plana ſunt,& per ſe patent.
g Mordetur.]Vnde verſus. Quiſ-

1 Ad idem 30.q.3. pyctacium. ff. de inter. & rele.l.relegatorū. §. vlt. Arch.

Si enim huiuſmodi,tabernam ingredi prohibetur; quanto magis [a] alijs miniſtrare in ea? ſi quis vero tale quid fecerit,aut ceſſet [b],aut deponatur.

α ¶ Tabernam,aut ergaſterium.]*Græcè eſt, καπηλικόνέρ-γαςήριον,ideſt,*cauponariam tabernam.

Item ex concilio Carthagin.3.c. 27.

¶ Niſi neceſſitate compulſi clerici tabernas non ingrediantur. Cap. IV.

CLerici,edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur,niſi peregrinationis[c] neceſſitate compulſi.

Aquiſgr. conc.c.90. Burc.l.2.c.130. Iuo p.6.c.204.

Item Gregorius Natali epiſcopo,lib.1.reg. indict.10. epiſt.14.

¶ Corripiendus eſt epiſcopus,qui conuiuijs occupatur. Cap. V.

Sane percuſſor ille dicitur Doctor, qui ſermone inutili conſcientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit conſolari in doctrina ſancta †, & contradicentes redarguere; & recte viuentes, atque rectam fidem tuentes conſolidare. Ad Titum 1. † al. ſana.

DISTINCTIO XLVI.

Sequi-

b ¶ ...] Scilicet Achor, qui furatus fuerat regulam auream de Hiericontino anathemate, vt 1.q.4.§. item peccato ciuium.

c ¶ Vt cæteri.] Nota. ꝙ cũ quis delinquit publice, publice eſt arguendus, & nõ occulte 1, vt ſic cęteris metus incutiatur, & etiam ſcandalu auferatur, vt 2.q.5. ſi mala. & q.7. q̃ a ... pter. & 23.q.4. ita plane. 28.q.2. peruenit. & 11. q.3. c. vlt. & multis perſonis graſſantib. exẽplo opꝰ eſt, vt ff. de pę. aut facta. §. vl.

1 Pone, ꝙ aliquis peccauit publice & ſatisfacere vult in occulto, nũquid ſufficit? Non. Nã dicit canon vbi malum contingit, ibi moriatur 2.q.1. ſi peccauerit. Ad hoc pœn. d.1.§. hic ergo. Archid.

d ¶ Duobus.] Ex hoc ca. videtur ꝙ illa auctoritas ſi peccauerit, intelligitur ẽt de manifeſto delicto. Quid iuris ſit, dixi 2. q.1. ſi peccauerit.

e ¶ Morbida.] infra 1.q.1. fertur. 24.q.3. reſecandæ.

f ¶ Hinc etiã alibi.] arg. ꝙ poſſumus vti iure aliquo, cuius nõ habemus auctorẽ, vt ſup. ea. neminem. & extra de frig. & malef. c.1. de conſec. d.3. ſanctũ. arg. cõtra. ff. de fal. l. vlt. vbi dicitur, quòd falſarius eſt qui allegat leges, quarum non habetur auctor. Ioann. Hoc ideo contingit in legibus; quia nulla ſine auctore certo inuenitur. B.

Iure cuius non eſt auctor vtrum poſſimꝰ vti.

PERCVSSOR. Hęc eſt quarta pars diſt. in qua pro-

Sequitur.] CASVS. ... per ſequens cap. cuius caſus facilis eſt, & per te videbis.

Sequitur.] Hæc d. diuiditur in tres partes, in quarũ prima reprehendit ſuperbos Doctores. Secun-

Secunda ibi. [Ecce quare.] Tertia ibi, [Non licet.] Io. de Fant.
CASVS. Hic intitulatur 46. diſt. in qua proſequitur decimum cap. Apoſtolicæ regulæ, ſ. oportet epm eſſe non litigioſum. Nihil enim deterius eſt arrogantia prælatorũ incom-

prompti: quæ ſecundum ordinem hic exequitur 2.
HOc habet, CASVS. In hoc cap. dicitur ꝙ duo genera ſunt prælatorum. Nam alii ſunt arrogantes: alii ſunt humiles. Arrogantes ſunt qui humiliter neſciunt proferre quod docent: qui quaſi in quadam ſublimitate reſidentes, quos docent tanquã in imo poſitos deſpiciunt: & vix dominãdo eis loqui dignantur. Et hoc probat auctoritate prophetæ dicentis; Vos autem, &c. Humiles vero ſunt qui tãto vehementius vitium elationis fugiũt, quã to ardentius verborum iaculis ipſum magiſtrum elationis idest, diabolum perſequuntur.

2 Tertia qa cũ ipſe ſit litigioſus, & ꝑ conſequẽtiam prouocet alios ad diſcordiam, non poſſet ad concordiam reuocare: ꝙ tñ tenetur ex officio facere. 93. diſt. c.1. per totũ, ſm Hect.

tur,[a], *[non litigioſum.] Nihil eſt enim impudentius arrogantia ruſticorum, qui garrulitatem auctoritatem putãt & parati ad lites, in ſubiectos tumidi intonant: quod ex arrogantia, & ſuperbia prouenire manifeſtum eſt.*

Vnde Gregorius ſcribit in moralibus, lib. 23. par. 5. c. 12. ad cap. 33. Iob.

¶ Arrogantes neſciunt inferre humiliter quæ docent. Cap. I.

HOc habet proprium doctrina arrogantiũ, vt humiliter neſciant inferre quod docent, & recta, quæ ſapiunt, recte miniſtrare non poſſint. In verbis [b] enim eorũ proditur; quod cum docent, quaſi in quodam ſibi videntur ſublimitatis culmine reſidere: eoſq. quos docent, vt longe infra ſe poſitos, veluti in imo reſpiciunt †; quibus non conſulendo loqui, ſed vix dominando dignantur. recte autem his per prophetam Dominus dicit, [Vos autẽ cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia.] Cum auſteritate enim, & potentia imperant, qui ſubditos ſuos non tranquille ratiocinando corrigere, ſed aſpere inflectere dominando feſtinant. At contra vera doctrina tanto vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationẽ †: quanto ardentius verborum ſuorum iaculis ipſum magiſtrum [c] elationis inſequitur. Cauet enim, ne eum magis elatis moribus prædicet, quem in corde audientium ſacris ſermonibus inſectatur [d].

† al. deſpiciunt.
Ezech. 34.
Ibid c. 13.
† al. cognitionem.

2 *Ecce quare litigioſi prohibentur in epiſcopos ordinari. Eſt & alia cauſa huius prohibitionis Litigioſi namque vel adulationibus animos principum ſibi conciliant: vel fratribus ſuis detrahẽdo, infamiæ notam ingerunt; vel inter fratres diſcordiam ſeminando, ſeditionem nunquam facere ceſſant: quę omnia in prælatis damnabilia eſſe probantur.*

Vnde Gregorius ſcribit in moralibus, lib. 18. par. 4. c. 3. ad cap. 27. Iob.

¶ De ijs, qui peccatoribus adulantur. Cap. II.

SVnt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt; augent [e] quæ increpare debuerunt †, Hinc enim per prophetam dicitur, [Væ qui cõſuunt puluillos ſub omni cubito manus; & faciunt ceruicalia ſub capite

Ezech. 13.
† adde tex. ... captato. ... de hæ ... gl. in ... & ibi Cy. ... quis ali. ... prohi. ... goſus ... rõne ... nari nõ ... et. ... inf. ea. ...

b ¶ In verbis.] Ex verbis eñ perpendimus alicui⁹ ſtultitiã vt 93. d. legim⁹. & extra de ſucceſ. ab inte. cũ dilectus. & ex verbis perpenditur quãta fides adhibeat teſtib. vt ff. de qõn. de minore. qñq; etiam per ſigna perpendit: quia impudicus oculus &c. vt 32. q 5. nec ſolo. & de pœn. diſ. 1. in actione.
c ¶ Magiſtrum.] Id eſt diabolum.
d ¶ Inſectatur.] Id eſt, perſequitur.
ECCE, Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua reprehẽdit auaros adulteros maledicos, murmuratores ſeditionarios. & iniuriarũ vltores. & hoc probat per octo auctoritates. Io. de Fan.
CASVS. Dictum eſt ſupra ꝙ litigioſi nõ debent in epiſcopos ordinari. quia neſciunt humiliter docere Ponit Gratian⁹ alias cauſas: quia tales cõſueuerunt eſſe adulatores & detractores. & iter fratres diſcordias ſeminantes: q̃ oĩa, ſũt, damnabilia in ꝑlatis. Et ad hoc inducunt ſequentia capitula.

Stultitia per verba ac ſigna perpenditur.

incompoſitorum: vnde ruſticis comparantur, qui garrulitatem auctoritatem putant: & parati ad lites, tumide in ſubditos intonant: quod ex ſuperbia prouenit. Et ad hoc inducit ſequens cap.
a ¶ Sequitur.] In hac 46. diſt. exequitur. cap. Apoſtolicæ regulæ, ſ. oportet eṗm eſſe non litigioſum. talis autem duplici de cã prohibetur ordinari. Vna, quia cum talis ſit arrogans, neſcit humiliter docere: vnde ſubditi vilipendunt eius doctrinam 1. Item alia ratione: quia conſueuerunt tales diſtemperati eſſe in moribus ſolent eñ eſſe adulatores, proditores, & detractores, maledici, inuidi, ſcurriles, ad vlciſcendas iniurias ſuas

SVnt nonnulli.] CASVS. Quidam prælati cũ deberent redarguere peccatores, laudabant illos in peccatis: quos Greg. in hoc cap. reprehendit. Primo auctoritate prophetæ dicẽtis: Væ qui conſuunt, &c. quam auctoritatem Greg diligenter exponit. Secundo quadam ſimilitudine, quæ incipit ibi, [Hinc rurſus] Tertio exemplo Iob, quod incipit ibi, [Sed ſanctus vir.] Cuius verba, hic exponit Gregorius. Quæ autem ſequuntur vſq. ad cap. ſicut. plana ſunt, & per te formabis.
e ¶ Augent.] Non enim oportet laudando augere malitiam ſerui, vt ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere. in fi.

vniuerſæ ætatis.] Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quieſcatur. Quiſquis ergo male agentibus adulatur, puluillum ſub capite, vel cubito iacentis ponit, vt q corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus, molliter quieſcat. ¶ Hinc rurſum ſcriptum eſt: [Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum.] *Ibidem.* Parietis quippe nomine, peccati diuritia deſignatur. ędificare ergo parietem, eſt contra ſe quæ piam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruersè agentes ædificant; ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. ¶ Sed ſanctus[a] vir ſicut mala de bonis non æſtimat[b], ita iudicare bona de malis recuſat, dicens; [Abſit à me, vt iuſtos vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.] *Iob 27.*

Hinc etiam in concilio Carthaginienſi 4. c. 56. legitur.

¶ Adulator, vel proditor clericus ab officio degradetur. Cap. III.

CLericus, qui adulationibus[c], & proditionibus[d] vacare deprehenditur, ab officio degradetur. Burc. l. 2. c. 76. Iuo p. 6. c. 167. Pann. l. 3. c. 171.

Item ex eodem concilio, c. 55.

¶ Excommunicentur ab epiſcopo qui fratribus non probanda obiiciunt. Cap. IIII.

ACcuſatores[e] fratrum epiſcopus excommunicet, qui non probanda fratribus obijciunt. α Et ſi emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum[f].

α ¶ Qui non probanda fratribus obijciunt.] *Verba iſta neque in originali, neque in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.*

Item ex eodem concilio, c. 57.

¶ Remoueatur ab officio clericus maledicus, ſcurra, fratrum profectibus inuidens non promoueantur. Cap. V.

¶ Rubrica hæc pertinet ſimul ad hoc caput, & duo ſequentia.

CLericus maledicus (maximè in ſacerdotibus) cogatur[g] ad poſtulandam veniam: ſi noluerit, degradetur nec vnquam ad officium abſq; ſatisfactione reuocetur.[h] Burc. l. 10. c. 66. Iuo p. 11. c. 11. & p. 13. c. 66.

Item ex eodem concilio, c. 60.

¶ De eodem. Cap. VI.

CLericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum cenſemus. Anſ. l. 7. c. 163. Burc. l. 2. c. 172. Iuo p. 6. c. 263. & p. 11. c. 79. Pann. l. 2. c. 172.

Item ex eodem, c. 54.

¶ De eodem. Cap. VII.

CLericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio eſt non promoueatur. Burch. l. 2. c. 16. Iuo p. 6. c. 35.

Item ex eodem, c. 67.

¶ Non ſunt ordinandi, qui ſeditionibus vacant. Cap. VIII.

SEditionarios ſtatuimus nunquam ordinādos[i] clericos ſicut nec vſurarios[k], nec iniuriarum,[l] ſuarum vltores. Agat. conc. c. 69. Burc l. 2. c. 17. Iuo par. 6. c. 36.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 5.

¶ Vſuras exigere clericis minimè licet. Cap. IX.

NOn licèt fęnerari miniſtris altaris, vel in ſacerdotali

---

a ¶ Sed ſanctus] Scilicet Iob: cuius verba Gre. hic exponit.

b ¶ Non æſtimat.] quia dubia in meliorem partē interpretantur, vt extra de regulis iuris, eſtote.

c CLericus] ¶ Qui adulationib.] triplex eſt adulatio, vt dixi 25. d. §. aliàs.

d ¶ Proditionibus.] Proditor dr̄ q ꝓꝑ timorem nō defendit veritatem & qui tacet eà, vt 11. q. 3. nolite 1. Item qui crimē alterius ſibi ſoli notum manifeſtat 2. vt 2. q. 1. ſi peccauerit. Item qui malitioſè circumuenit aliū, & callidè ſeducit, vt in periculum ſalutis trahat. 16. q. 1. ſi cupis. Itē qui rē ſibi cōmiſſam exponit hoſtibus 22. q. 5. de forma. Itē qui iuſſa veritatis contēnit. 11. q. 3. abiit. Item qui ſecretum ſibi comiſſum reuelat. 13. diſt. nerui.

Proditor multipliciter dicitur.
1 Et vbi de hoc.
2 Item prodit qui non ꝓbanda defert. 2. q. 7. § de his. in prin. Item qui ſecreta ſibi cōmiſſa reuelat. de pę. diſt. 6. ſacerdos. Archid.

e ACcuſatores.] Ideſt, detractores.

f ¶ Non ad clerum.] Optimū eſt hic arg. pro H. qui dicit, ꝙ q ſemel fuit excōmunicatus, amodo non admittatur ad actus legitimos 3. vt dicā 4. q. 1. in princi.

g CLericus] ¶ Cogatur.] Per excommunicationē vt 9. q. 1. illi qui & 22. q. 1. prædicandum.

3 Hoc cap. nil vr̄ facere ad hoc, quin non refert ſe ad excommunicationem; quę eſt pęna medicinalis: ſed ad vitium quod eſt crimen. Archi.

h ¶ Reuocetur.] Argu. ꝙ epiſcopus poſſit depoſitū reſtituere. de hoc dixi infra q. 6 ideo. vel dic. degradetur: ideſt, ſuſpendatur, & reuocetur per Papam.

i SEditionarios.] ¶ Ordinandos.] Et ordinatos deijciēdos.

K ¶ Vſurarios.] Quia tales propter auaritiam pro minimo litigant.

l ¶ Nec iniuriarū.] De hoc dixi ſu. diſt. proxi. & q emēdat.

NOn licet.] Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua rn̄det & prohibet vſuras præcipue clericis prohi-

prohibet dico per duas auctoritate. Ioan. de Fan.

a ¶Seſcupla] Hic ponitur ſeſcuplum ſeſquialtero, quod continent totum. & eius medietatem. Seſcuplum, 1, ſm quod per ſ, ſcribitur, dicitur a ſeſqui, quod eſt totum, & plica: vnde ſeſcupla vſura dicitur cum datur ſumma ali-

vſuræ. Io. Vnde ſi aliquis tutor a me recipit vſuras nomine pupilli: finito officio poſſum petere vſuras a tutore: quia pro alio peccare non debuit, vt dicitur hic: ſecus in alijs contractibus: quia finito officio non conuenitur tutor, vel curator, vt C. de admi. tut. ſi nõ ſubſcripſiſti. & C. qñ tuto. vel curato. eſſe deſi. 3. l. 1. licet ſecus ſit in procuratore 4, vt ff. de procu. procurator qui pro euictione, quia tutor fit ex neceſſitate, procurator voluntate. ff. de procura. l. 1. Bar.

c ¶Cõmodis.] Quia periculoſa eſt talis compẽſatio. 14. diſt. quod ait.

[...]ſeſcuplum [...] Vide Bud. [...] lib. de aſſe [...] & partib. [...] in prin.

† *al. ſeſquipla.*

ordine conſtitutis, vel vſuras, vel lucra, quæ ſeſcupla † [a] dicuntur, accipere.

Item Leo Papa epiſcopis per Campaniam, epiſ. 1. c. 4.

¶Nec ſuo nomine, nec alieno clericus fœnerator exiſtat. Cap. X.

SIcut non ſuo [b], ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fœnus attentet. Indecens eſt enim, crimen ſuum commodis [c] alienis impendere: Fœnus autem hoc ſolum aſpicere † & exercere debemus, vt quod hic miſericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum manſura tribuit, recipere valeamus.

Anſ. l. 7. c. 150. Burc. l. 2. c. 121. Iuo p. 6. c. 66.

† *al. accipere.*

DISTINCTIO XLVII.

1 ps. QVod autem [d] *in fine huius capituli, vſurarij ordinari prohibentur; inde eſt, quod vſuram exercentes cupiditati deſeruire probantur: cupidi autem ab Apoſtolo ordinari prohibentur* [e] *: quia tales facile a iuſto deuiarent.*

1. *Tim. 3.*

Vnde in canonibus Apoſtolorum. c. 44. legitur.

¶Diaconus, presbyter, & epiſcopus exigens vſuras niſi deſierit, deponatur. Cap. I.

Burc. l. 2. c. 119. Iuo p. 6. c. 195. & p. 13. c. 15.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vſuras a debitoribus exigens [f], aut deſinat, aut certe deponatur.

Item ex concilio Nicæno, c. 17.

¶Vſuras exigens ſiue clericus, ſiue ſubiectus regulæ, deijciatur. Cap. II.

QVoniã multi ſub regula cõſtituti auaritia, & turpia lucra ſectantur, obliti[que] diuinæ ſcripturæ dicentis: [Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.] mutuum dantes, centeſimas [g] exigunt, iuſtè cenſuit ſancta & magna ſynodus, vt ſi quis inuentus fuerit poſt hanc diffinitionem vſuras accipiens, [aut † ex adinuentione ali-

inf. 14. q. 4. c. 8. ex alia verſione. Poly l. 4. tit. 31. Rab l. pen. c. 32. Burc. l. 2. c. 129. Anſ. l. 7. c. 153. Iuo p. 6. c. 165. & par. 13. c. 8.

1 *Pſal. 14.*

† redundat iſta particula.

1 Vt fenari[...] [...] eſt ſe[...] [...] quis da[...] mutuo 4. [...] & [...] pro[...] ſeſqui[...] 6. illa [...] eſt ſe[...], quaſi [...] plica [...] qui eſt [...] & [...], quaſi [...] to[...] medie[...] & ſcribi[...] per ſ, nõ [...] x. ſecun[...] illig. [...] tor pupil[...] nomine [...] dẽt vſu[...] exigere.

aliqua, & recipitur ſumma illa cum ſua plica, ideſt, medietate 2 Sexcuplum ſcriptum per x. dicitur quælibet res ſexies multiplicata.

SIcut non.] CASVS. Quidam quæſierunt a domino Papa vtrum liceret alicui clerico tutorio, vel curatorio nomine vſuras exercere. Et rñdet, ꝙ ſicut non ſuo, ita nec alieno nomine debet quis facere vſuras. Incongruum enim eſt pro aliorum commodis perpetrare delicta. Sed illam ſolam vſuram facere debemus, vt quod in hoc ſæculo miſericorditer operantur, a Domino in futuro ſæculo multiplicatum recipere valeamus.

b ¶Non ſuo] Arg. qđ quis non poteſt facere ſuo nomine, nec alieno, vt 23. q. 8. his a qb. & ff. de admi. re. ad ci. per l. 2. in princ. Arg. contra 88. d. eps. & 2. q. 6. ſi eps. 5. q. 3. cap. vlt. ff. quæ res pi. obli. poſ. Ariſt. Et eſt hic argu. ꝙ ſi aliquis quaſi procurator, vel tutor qñque recipit vſuras, quòd non poſſit petere, vt ſibi reddantur

QVod autem] Hęc d. diuidit in quatuor partes. In quarum prima principaliter prohibet vſuras: & hoc facit per quinq. auctoritates. Secunda ibi,] Virũ.] Tertia ibi, [Neceſſe ẽ.] Quarta ibi, [Qđ tunc] Ioan. de Fan. CASVS. Dictum eſt ſup. in illo c. ſeditionarios. quod vſurarij prohibentur ordinari. In hac verò d. 47. dicit, ꝙ ideo hoc cõtingit, quia tales cupiditati deſeruiũt. cupidi aũt ab Apoſtolo ordinari prohibentur: quia cito, & facile a iuſtitia deuiãt. & proſequitur 11. ca. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet ẽpm nõ eſſe cupidũ. Sequens c. patet.

d ¶Quod aũt] Hic proſequitur 11. cap. Apoſtolicæ regulæ, non cupidum, continuatur illi c. ſeditionarios. & ideo prohibetur cupidus. qa facile a vero deuiet.

e ¶Prohibentur.] Scilicet in epiſtola ad Timotheum.

f EPiſcopus.] ¶Exigens [Sed non ſuſcipiens. tunc enim deponeretur, vt inf. ea ſi quis. cõtra vbi de accipiente dr̃, vel exigens cum effectu 5, Vel illa 1 pro tempore datum eſt, & nõ habet locũ hodie, ſed habuit locũ tpe Apoſtolorũ propter nouitatem eccleſiæ. Et habes hic, ꝙ nõ quodlibet mortale peccatum deijcit iam promotum, vt 35. diſt. c. 1 & 5. q. 4. in loco.

QVoniam multi. CASVS. Quidam clerici obliti diuinæ ſcripturæ dicentis, Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. vſuras centeſimas faciebãt, quę in fine anni ſorti æquiparantur. Ideoque ſynodus ſtatuit. vt ſi quis inuentus fuerit vſuras, vel hemiolia de cætero exercere, vel aliquam machinationem circa hoc facere, deponatur.

g ¶Centeſimas] Centeſima dicitur vſura, quæ ſorti æquiparatur in anno 6.

3 Alias, qñ mi. ex facto tuto. l. 1.

4 Adde Paulum de Caſtro, & Alexandrum de Imola in l. ſi quis iniquum. §. ſi procurator. ff. qđ quiſque iur. glo. tamen, in l. ſi ſciente, ff. de pari. videtur tenere contrarium, quam ſequitur ibi Bart. & Ange. per l. ordinem. §. in fraudẽ. ff. ad muni. Idem etiam tenet Bar. in l. 1. §. incidit. in fin. ff. ad Turpil. & Franciſc. Tigri. in d. §. in fraudem. facit text. in l. 1. C. vt nemo ad ſuum pa lib. 11. & ibi Ange.

5 Iſta ſententia & præcedens fuit Goff. & Hu. ſm iſtã expoſitionem dic exigens, i. exactum recipiens. Peccatũ mortale nõ ſemper deijcit promotum.

6 Immo incẽtum menſibus.

a ¶ Tranſigens.] Ideſt, quodcunque nouum pactum, vel contractum inueniens in fraudem vſurarum, vt ſi ſumat rẽ in pignore, & nõ cõputat fructus in ſortẽ. c. 1. & 2. extra de vſuris, ADDITIO. Vel dic tranſigens, ideſt, turpia lucra p̱ negotiũ tranſactionis petẽs, ideſt, vel transformans, vt q̱a vendit granum cẽtum ſolidos, ſecũdum Goff.

b ¶ Excogitãs.] Arg. ꝙ ſola cogitatio punitur 1, vt 6. q. 1. §. ſi qs cum. qđ verũ eſt quo ad Deũ, etſi nõ procedit ad actũ, vt 27. q. 1. nec aliqua.

1 Adde an & qñ ſola cogitatio puniatur no. in c. 1. in glo. in verb. nos tñ ſtudioſam de eo qui mi. in poſſ.

OMnes.] CASVS. Cap. illud diuiditur in tres partes. In prima parte inuehitur Greg. cõtra cupidos, q̱ in terrenis ſunt fortes, & in cęleſtibus debiles. qm̃ circa terrena ſunt ardentius inſudantes, ſed pro vita æterna vix p̱ momentũ laborant. In ſcđa parte, q̃ incipit ibi.] Hi itaq;] dicitur, ꝙ cupidi & mundanorũ amatores aſſimilantur arborib. quibuſdam, q̃ deorſum vaſtæ ſunt, & ſurſum tenues. Nã hi tales circa terrena ſunt fortes, & in ſuperiorib. deficiunt. Boni verò palmę comparant̃, q̃ deorſum eſt tenuis, & ſupius ampla. Nã hi tales in cęleſtib. magni ſunt, in terrenis debiles. In tertia parte quæ ĩcipit ibi, [Nam cum quibuſdã.] Hortat̃ nos Grego. ꝙ ſaltẽ ita ſimus fortes circa bonũ, ſicut fuimus circa vitia corpori ſeruiẽdo

c ¶ Palmarũ.] Secundum illud: Iuſtus vt palma florebit.

d ¶ Amplius.] Tantum faciatis boni, quãtũ feciſtis mali, non intelligas ꝙ tã diu debeat pœnitere, quamdiu fuit malus, quia tãta poſſet eſſe contritio, ꝙ momentanea pœnitentia ſufficeret. de conſec. diſtin. 4. baptiſmi.

Peccator an tumdiu debeat pęnitere, quamdiu fuit malus.

e ¶ Tales. Videtur hic ꝙ aliquis poſſit tantum creſcere in malitia, quantum in

bonitate. quod non eſt verum, quia charitas poteſt in infinitum extendi. iuxta illud, Bonum mihi lex oris tui ſuper millia, &c. ſed malitia non, quia aliquis non poteſt

qua, vel quolibet modo negotium trãſigens [a], aut hemiolia, ideſt, ſeſcupla α † exigens; vel aliquid tale prorſus excogitans [b] turpis lucri gratia, deijciatur a clero, & alienus exiſtat a regula. † *al ſeſquipla.*

α Seſcupla †] *Hoc ſeſqui alterarũ vſurarum genus, quamuis grauiſſimum, in frugibus humidis, vel arentib. Conſtantinus lege permiſerat, qua nunc extat ex codice Theodoſiano, lib. 2. titu. vlt. de vſuris l. 1. Eodem pertinet, quod ſcribit B. Hieronymus in commentarijs in Ezechielem, lib. 6. c. 18. his verbis.* Solent in agris frumenti & milij, vini, & olei cæterarumque ſpecierum vſuræ exigi, ſiue, vt appellat ſermo diuinus, ſuperabundantiæ: verbi gratia, vt hiemis tempore demus decem modios, & in meſſe recipiamus quindecim, hoc eſt, amplius partem mediam. *Quamobrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniarias vſuras clerici interdicunt, voluerunt etiam ſeſcuplam frugum expreſſe ijſdem interdicere. Poſtea verò in alijs concilijs, & a Romanis Pontificibus, genus omne vſurarum tanquam iuri naturali, ac diuino cõtrarium tam clericis, quam laicis fuit interdictum: quemadmodum apparet in Decretalibus titu. de vſur.* † *al. ſequipla.*

Hinc etiam Gregorius in 19. lib. Moralium, c. 25. in 26. c. Iob ſcribit dicens.

¶Temporalibus lucris deſeruientes, Deo nequaquam militare probantur. Cap. III.

OMnes huius ſęculi dilectores in terrenis reb. fortes ſunt, in cęleſtibus debiles. Nam pro temporali gloria vſque ad mortem deſudare appetunt, & pro ſpe perpetua, ne parum quidem in labore ſubſiſtunt: pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœleſti mercede, vel tenuiſſimi verbi ferre cõtumelias recuſant: terreni iudici toto etiam die aſſiſtere fortes ſunt: in oratione verò coram Domino, vel vnius horæ momento laſſantur: ſæpe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis, diuitijs atque honoribus tolerant: & earum rerũ ſe abſtinentia cruciant, ad quas adipiſcendas feſtinant; ſuperna autem laborioſe quærere tanto magis diſſimulant, quanto ea retribui tardius putant. ¶Hi itaque quaſi aliarum arborum more deorſum vaſti ſunt, ſurſum anguſti: quia fortes in inferiora ſubſiſtunt, ſed ad ſuperiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum [c] deſignatur proficiens vita iuſtorum, qui nequaquam ſunt in terrenis ſtudijs fortes, & in cœleſtibus debiles; ſed longius, atque diſtantius ſtudioſos ſe Deo exhibent, quam ſæculo fuiſſe meminerunt. ¶Nam cum quibuſdam per prædicatorem noſtrum dicitur: [Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ:] eorum proculdubio infirmitati condeſcenditur, ac ſi eis apertius diceretur; ſi nequaquam amplius [d] poteſtis, ſaltẽm tales [e] eſtote in fructu bonorum operum, quales fuiſtis dudum in actione vitiorum, ne debiliores *Rom. 6.*

In eo. c. ... iudi... ... ſit de ... utroque. Quæ idem ... aer. quia ... ea ſæpe ... pœnæ ... contemplatio ... cogitat... ... ad ſub... ... ſicut ... ſummatie. ... 4 cum ... ſtæ, Ar...

poteſt eſſe ſummè malus, ut de pœn. diſtin. 2. c. ſi ſermo. §. contrario [*].

a ¶ Aeris. Id eſt, cœleſtis conuerſationis 1.

DE Petro.] CASVS. Petro quem Neapolitani elegerunt in archiepiſcopum, de quo confirmando ſuppli-

ſupplicauerunt Papæ, duo obijciebantur, ſcilicet quod ſolidos dederat ad vſuras, & quod nimis erat ſimplex. De uſura ſcribit Gregorius Neapolitanis, ut de hoc ve-

ritas inquiratur, quo inuento recedant ab eius electione, & alium eligant. Si aũt hoc falſum fuerit quia perſona eius ſibi nota non erat, & vtrum ſit ita ſimplex, vt dicitur: pręcipit vt de cætero Romã ueniat, ubi ſi aptus inuentus fuerit iuuante Dño conſecrabitur. Sed. c patet.

vos habeat ſancta libertas aeris [a] α, quos in carne validos habuit vis terrenæ voluptatis.

α Aeris.] *Apud B. Gregorium legitur*, ſancta libertas hæredes: *vel*, ſancta libertas charitatis, quam in carne. *In uno autem exemplari Gratiani Vaticano*, cœleſtis conuerſationis: *quod in gloſſa ad explanandam dictionem*, aeris, *affertur*.

Item Gregorius clero, & ordinibus Neapolitanis, lib. 8. epiſt. 40.

¶ Ad ſacros ordines vſurarij promoueri non debent. Cap. IIII.

Anſel. l. 6. c. 9. Poly. 2. tit. 1.

DE Petro [b] inſuper ad nos perueniſſe [c] cognoſcite, quòd ſolidos dedit ad vſuram, quod vos oportet cũ omni ſubtilitate [d] perquirere, & ſi ita conſtiterit, alium eligite, & ab huius vos perſona ſine mora ſuſpendite. Nam nos amatoribus vſurarum nulla ratione manus imponimus. Si uero ſubtili habita inquiſitione hoc falſum eſſe patuerit (quia perſona eius nobis ignota [e] eſt, & vtrũ ita ſit de ſimplicitate eius, quod ad nos perlatũ eſt ignoramus) cum decreto [f] à vobis facto ad nos eum venire neceſſe eſt; vt vitam moreſque illius ſolicitius inquirentes, ſenſum quoque pariter agnoſcamus, vt ſi huic iudicio aptus extiterit, veſtra in eo (adiuuante Domino) deſideria compleamus.

Item ex concil. Eliberitano, c. 20.

Iuo p. 13. ca. 12. Pan. l. 3. c. 156.

¶ Degradetur clericus, qui vſuras accipere detegitur. Cap. V.

SI quis clericorum detectus fuerit vſuras accipere; placuit degradari [g], & abſtinere [h].

Item Leo Anatolio epiſcopo Conſtantinopolitano epi. 51

An. l. 7. cap. 149.

¶ Nec implicari errore, nec cupiditate violari ſacerdotem oportet. Cap. VI.

Eccle. 5. al. peccunia.

2 VIrum catholicum, & præcipuè Domini ſacerdotẽ, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente ſancta ſcriptura, [Poſt concupiſcentias tuas non eas.] Mens [i] enim potentiæ k auida nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere cõceſſis, nec α pietati adhibere conſenſum.

α Nec pietati.] *Hoc poſtremum orationis membrum abeſt ab originali: ſed habetur etiam apud Anſelmum.*

Item Gregorius, lib. 7. epiſt. 110.

b ¶ De Petro] De eodem Petro habes 39. diſt. Petrus. & 61. diſt. ſtudij. De hac materia notatur ſup. 28. di ſtin. priuſquam.

c ¶ Perueniſſe.] Iſte repulſus erat ꝓpter duo, ſ. ꝓp vitiũ vſurarum, & ꝓp ſimplicitatẽ, & tñ neutrũ fuit ei forte oppoſitũ. & ita eſt argũ. ꝙ iudex ex officio ſuo poteſt aliqd obijcere. extra de electio. cum nobis. Iudex ex officio poteſt aliquid obijcere.

d ¶ Subtilitate.] no. ꝙ alicui cõmittitur inquiſitio de ꝓprio facto: ſed hæc inquiſitio erit ſummaria, non plena, alias non comitteretur.

e ¶ Ignota.] Per hoc patet, ꝙ q eſt notus, non examinatur, vt 94 diſt valde 35. q. 9 veniam vnde & notus ſine probatione recipitur vt extra de regu. Ad Apoſtolicã. ſed dum conſecratur, bene examinetur, vt 23 diſtinc. qui epiſcopus. Notus non examinatur

f ¶ Cum decreto.] omnium ſubſcriptionibus roborato, vt 61. diſt. epiſcopus. & 63. diſt. quanto 2.

g SI quis clericorum. ¶ Degradari. inf. 14 q. 4. qm. 2 Extra de elect. innotuit. vbi de hoc.

h ¶ Et abſtinere. a ſacramentis quouſq; pœniteat.

VIrũ catholicũ] Hæc eſt ſecũda pars huius diſtin. in qua probat ꝑ tres auctoritates, ꝙ alias ẽt nõ debemus eſſe cupidi. Io. de Fan.

CASVS. Leo Papa hortatur clericos, & pręcipuè ſacerdotes ne allegẽtur vitio cupiditatis, dicẽte ſcriptura Poſt concupiſcentias tuas nõ eas. Nam mens potentię auida, nec abſtinere nouit a vetitis, nec vti conceſſis, nec pietatem habet. S equẽs c patet. Cupidus deuiat à veritate,

i ¶ Mens.] Alligata vitio cupiditatis cito deuiat a uero 56. diſt bene in prin. & 85. diſt. nihil.

K ¶ Potentiæ.] id eſt humanæ dignitatis.

SIcut. CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte inuenitur Ambro. contra auarũ, & eum cōparat inſano: quia ſicut inſanus non videt rei ueritatem, ſed ſuę paſſionis phantaſias, ſic auarus non uidet quod debet, ſemper vſuras, & cupiditatis deſeruiens, & gratius aurũ, q̄ ſolē contemplatur. In ſecũda parte, quę incipit ibi. [Sed ait.] Reſpōdet Ambro. obiectioni auari dicẽtis: Nō pecco ſi propriũ ſeruo diligentius; cũ nō inuadam aliena. Sed dicit Ambroſius eum non habere ꝓpria, ſed communia ſunt indiligẽtib. quęcunq. poſſidet vltra propriũ vſum. In tertia parte quę incipit ibi.] Nunqd iniquus eſt Deus? [reſpondetur alij obiectioni, quã auarus faciebat. Dicebat. n. ſi non ſunt mea, quę poſſideo, & pecco retinẽdo, ergo Deus eſt iniquus, qui tantum mihi dedit, & multis aliis egentibus nihil vel parum. Sed reſpōdet Ambroſius, lō voluit Deus diuitias dare, vt ꝑ vſum diuitiarum diuitem, & ꝑ virtutẽ patientię coronaret egenum; q̄a q̄dquid vltra neceſſitatem detinet aliquis totum pauperibus rapit; q̄a nō minus peccat q̄ aufert: q̄ qui indigentibus ſubtrahit neceſſaria.

d ¶ Etiam violenter] Dicitur hic ꝙ ꝑ violentiam dī auferre qui vltra neceſſaria ſibi retinet 2. & 12. q. nolo. q. 2. aurum, quod uerum eſt ſi hoc fiat tpe neceſſitatis. nam alias poſt quis ſibi vltra neceſſaria retinere, ut 12. q. 1. expedit. &c. habebat. & q. 1. aureum. 2 Ad hoc 42. diſt. §. 1.

e ¶ Mi-

¶ Qui cupiditatem à ſe non abſcindit, bonorum auctori inhærere non valet. Cap. VII.

BOnorum auctori in hærere aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis, (quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamus. 1 Tim. 6.

Item Ambroſius de eo, quod ſcriptũ eſt in euangelio, [Hominis cuiuſdã diuitis fructus vberes ager attulit] Serm. 81. Luc. 12.

¶ Auari eſt hominum bona inuadere, quorum neceſſitatibus ſubuenire valet. Cap. VIII.

Ex baſilij homilia ad eundem Euangelij locum.

SIcut ij, qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas ſed paſſionis ſuæ phantaſias vident; ita et tũ mens auari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus computat; gratius aurum intuetur, quàm ſolem†, ipſa eius oratio, & ſupplicatio ad Dominũ, aurũ quęrit, *& poſt pauca.* ¶ Interum etiam vſuræ arte nequiſſima ex ipſo auro aurum naſcitur. Sed quid agis; Nec ſatietas [a] vmquam, nec finis aderit cupiditati. *& infra.* ¶ Sed ais, quid iniuſtum eſt, ſi cum aliena [b] non inuadã, propria diligentius ſeruo? O impudens dictum. Propria dicis? quæ? ex quibus recōditis in hunc mũdum detuliſtis? Quãdo in hãc ingreſſus es lucẽ, quando de ventre matris exiſti? quibus, quæſo, facultatibus, quibuſq. ſubſidijs ſtipatus ingreſſus es? *& poſt pauca.* ¶ Proprium nemo dicat, quod eſt commune *a* [c] quod plus quam ſufficere, ſumptum; etiam violenter [d] obtentum eſt. *& infra.* ¶ Nunquid iniquus eſt Deus, ut nobis non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia? vt tu quidẽ eſſes affluens, & abundans; alijs vero deeſſe, & egerent? An idcirco magis quia & tibi voluit benignitatis ſuę experimẽta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? Tu vero ſuſceptis Dei muneribus, & ſi in ſinũ tuũ redactis, nihil te putas agere iniquum; ſi tam multorum vitæ ſubſidia ſolus obtineat? Quis enim tam iniuſtus, tã auidus, tam auarus, quàm qui multorum alimenta ſuũ † nō vſum, ſed abundantiam, & delicias facit? Neque enim minus [e] eſt criminis habenti tollere; quam cum poſſis, & abundes, indigentibus denegare. Eſurientium [f] panis eſt, quem tu detines: nudorum indumentum eſt, quod tu recludis, miſerorum redemptio eſt & abſolutio [1], pecunia, quam tu in terram defodis. Tot † te ergo ſcias ĩuadere bona, quot poſſis præſtare, quod velis.

†ſolem videt.] orig.

†al. non ſuum.

†al. Tantorum.

†al. quantis.

a ¶ Commune.] *Apud beatum Ambroſium legitur*, nemo dicat quod è communi plus quam ſufficere, ſumptum, & violenter obtentum eſt. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Auarus eſt inſatiabilis.

a ¶ Satietas] q̄a totus mũdus nec obolus videtur auaro, vt 14. q. 4. quid dicã vnde illud, Semper auarus eget; & illud:
Aeris ſeruus eris: ſi te ſpecies trahat æris.
Vnde in Tobia,
Deſit auaritiæ fax. cui ſua deeſſe ſtupeſcit.
Copia nuda, ſitis ebria, plena fames.
Diues habere cupit quãto plus omnia ſumit.

b ¶ Aliena] Quaſi dicat, circa rem ꝓpriã non poteſt quis peccare, ſed certe expedit rei publicę, ne quis ſre ſua male vtatur, ut inſtitu. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iuris §. ſed hoc tempore.

1 Hoc eſt falſum. nam oē quod & cap. 14. q. 4. quid dicam. in fi. 42. diſtinct. §. 1. verſic. quomodo. Archid.

c ¶ Commune.] Id eſt, communicandum tempore neceſſitatis, ut 12. qu. 1. duo. & q. 2. aurũ. 86. diſtin non ſatis. & lex dicit, quod cibaria tempore neceſſitatis ſunt omnibus communicanda, ut ff. ad leg. Rhod. de iact. l. 2. §. cum in eadem. in fi.

e ¶ Minus.] Al. bi inuenitur, ꝙ magis delinquit qui aufert, quam qui non dat, ut q. 2. & nulli.

f ¶ Eſurientium.] nunquid ergo pauperes ipſum p[illegible] ſunt petere? non directo iudicio: ſed denunciare poſſunt eccleſiæ illum, qui non dat; & ſic eccleſia poteſt eum cogere vt det. argumen extra de ſimo. ad Apoſtolicam.

Eccleſia q̄ cogit ad eleemoſinã dandam.

NECES.

NECESSE. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua dicitur & probatur, quod prælatus debet bene eſſe præpoſitus domui ſuæ. Io. de Fan.

CASVS. Hic proſequitur 12. c. apo. regulæ, ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe domui ſuæ bene præpoſitum, ſcilicet

Hier. Oceano.
1. Tim. 3. & ibi glo. ord.

3 *Neceſſe eſt* [a] *etiã ut ille, qui ordinandus eſt, [ſuæ domui ſit bene præpoſitus.] ideſt, ſi in laicali habitu uxorẽ habuit uel filios, à uitijs ad virtutũ ſtudia, & verbo, & exemplo prouocet, ut quod poſtea præcepturus eſt populis, prius exigat à domeſticis* [b]. *Vnde Apoſtolus Epheſijs ſcribit, ut uxores ſuas: ſicut ſua corpora diligant, et filios ſuos nõ ad iracũdiã prouocẽt, ſed enutriant illos in omni diſciplina, et correctione Domini. Vnde cũ Paulus ad Timotheum ſcribens dixiſſet, [ſuæ domui bene præpoſitũ ſtatim ſubiunxit, [habentem filios ſibi ſubditos in omni caſtitate.] [nõ in accuſatione luxuriæ.] non enim talium cohabitator frontem habet alios redarguẽdi. Vnde de beato Iob legitur, quòd pro filijs ſuis quotidiana afferebat Deo ſacrificia, offerens holocauſta per ſingulos, quos tanta charitatis perfectione in vnum conſtrinxit, vt quiſq; eorum in ſuo die conuiuium fratribus pararet, & ad epulandum ſecum tres ſorores ſuos pariter inuitaret. Quod quia Heli facere diſſimulauit, ac falſa pietate ſuperatus delinquentes filios ferire noluit, (ſicut in libro Regum legitur) apud diſtrictũ iudicem ſemetipſum cũ filijs crudeli damnatione percuſſit: unde ei diuina voce dicitur: [Honoraſti filios tuos magis, quam me.] Hinc etiam Dauid erga filios bonitatem, non diſciplinæ ſeueritatem exercens eorum iuuentutem experimento didicit pernicioſam, quorum pueritiam vaga licentia permiſit eſſe uoluptuoſam. Vnus* [c] *quippe eorum ſororem* [d] *ſuam ſtupro corrumpens, à fratre eius, Abſalone uidelicet, inter epulas, quas fratribus ſuis fraudolenter parauerat, obtruncatus eſt. Abſalon, uero poſtquam ueniã a patre obtinuit, de regno illum expulit, & ad concubinas eius ingreſſus eſt, demum per inuia deſerti patrem perſequens, quercui inhæſit, atque ita ſuſpenſus interiit. Hinc etiam Paulus ad Timothũ ſcribit dicens: [Qui ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet fidem negauit, & eſt infideli deterior.] Iure ergo qui domui ſuę neſcit præeſſe in epiſcopum ordinari prohibetur: quia qui in re minima, de qua ſibi* [e] *familiarior debet* [f] *cura ineſſe fidelis non eſt, quomodo in eccleſia Dei, (vbi tot ſunt, & aliem) ſolicitam diligentiam adhibebit: vnde Hieronymus: [Non enim* [g] † *iuſtus polluitur ex uitijs filiorum, ſed libertas* [h] *ab Apoſtolo eccleſiæ principi* [i] *reſeruatur, ut talis fiat, qui non timeat, propter uitia liberorum extraneos reprehendere.]*

Epheſ. 5.
1. Tit. 3.
Tim. 1.
Iob 1.
1. Reg. 2.
2. Reg. 13.
2. Reg. 16.
2. Reg. 18.
1. Tim. 5.
In comm. ad ca. 1. epiſt. ad Titum.
† *Itaque.*] orig.

4 *Quod tunc* [k] *fiet ſi non erit, quod ſibi imputetur.*

cet ut uxorem & filios, ſi quos in laicali habitu habuerit, verbo & exẽplo prouocet ad uirtutes, ut prius a domeſticis exigat quod erit poſtea populis præcepturus. Et quod debeat eſſe bene præpoſitus domui ſuæ, probat Gratianus duabus auctoritatibus Pauli, & uno exẽplo, ſ. Iob. qui pro filijs ſuis quotidiana ſacrificia offerebat. Si uero non ſit bene præpoſitus, & filios ſuos negligit corrigere, ordinari prohibetur. Et hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Hely, & Dauid, & duabus auctoritatibus, ſcilicet Pauli, & Hieremiæ.

a ¶Neceſſe eſt.] Hic proſequitur 12. c. Apoſtolicæ regulæ oportet ordinandum eſſe domui ſuę bene præpoſitum. Tũc dicitur quis bene præpoſitus, domui ſuę, qñ familiam ſuam bene gubernat verbo & exẽplo; quia qui negligẽter ſuos gubernauit, præſumit contra eum, ꝙ, circa extraneos ſit magis negligens [1]. nec haberet frontẽ redarguẽdi alios qui ſuos noluit corripere: tamẽ ſi per eũ non ſtaret quin familia eius emendaretur, nõ imputaretur ei, infra ea. cap. pen. & vlt.

b ¶Domeſticis.] Vxor vero dr̃ domeſtica, vt 33. c. vlt. C. de re mili. quicunq; lib. 2. ff ad Syl. l. 1. §. verum.

c ¶Vnus.] Ammon.

d ¶Sororem.] Thamar.

e ¶Sibi.] Sic 8. q. 1. quid autem.

f ¶Debet.] ideſt, cõſueuit. Hoc ideo dico: qa nemo debet pręferre res ſuas rebus ſibi cõmodatis, ut 8. q. 1. quod autẽ & ff. commoda. ſi vt certo. §. commodatum.

ADDITIO. Ad idẽ 12 q. 4. quicunq; ff. de admin. tut tutor. & C. arbi. tut. l quid quid.

g ¶Non enim.] Sic 2. q. 7. qui nec regiminis.

h ¶Sed libertas.] Corrigendi [2]. alios, cum corripit ſuos.

i ¶Principi.] i. prælato, & c. lo.

QVOD TVNC. Hęc eſt quarta pars huius diſtin. in qua probat ꝙ non imputatur patri peccatũ filiorum nec prælato peccatũ ſubditorum, ſi per eum non ſtetit, & hoc probat duabus auctoritatibus. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ. in §. neceſſe ꝙ ordinandus ſuæ domui debet eſſe bene præpoſitus, quod tunc fiet, ſi non ſit quod poſſit ei imputari. Nam ſi corripiat quantum in ſe fuerit filios, licet nõ corrigantur, quia non ſunt in eis uiæ domini, nec greſſus eorum a Dño dirigũtur, non eſt ei imputandum, quia pulſare poteſt non aperire, nec eorum animam mutare. Et hoc probat Gratianus ſequenti. cap

K ¶Quod tunc.] ſ. ꝙ domui ſuæ ſit bene præpoſitus.

Domui ſuæ bene præpoſitus quis dicatur.

1 Et crimen negligentiæ adeo magnũ eſt, ꝙ inducit depoſitionem 8. diſt. dicta. Ray.

2 Melius diceret, corripiendi, & ĩ. ibi corrigit, melius diceret corripit, eo ibi corripere quidẽ, &c.

QVantumlibet.] CASVS. Auguſt.corrigebat Vincentium Donatiſtam. ſed obijciebat ei Vincentius tu non debes me corrigere, cum monachos tuos corrigere non poſſis. Et reſpondet Auguſt. dicens: non inueni meliores, quàm qui in monaſterijs profecerunt: nec deteriores quã qui in monaſterijs defecerunt, quos licet corrigere non ualeam meis verbis, mihi tamen imputari non debet. Et hoc ꝓbat tribus exemplis, ſcilicet arcę Noe, & domus Abrahę, & domus Iſaac, vbi inter bonos inuenti ſunt ualde mali.

a ¶Inter octo.] Ipſe patet, & tres filij, & quatuor ipſorũ vxores.

b ¶Vnus.] ſ. Cham.

c ¶Dilexi] id eſt, diligendum præuidi.

d ¶Odio.] Quia ſcilicet præuidi. quod eſſet futurus malus. 1

e ¶Difficile.] id eſt, vix, quandoque ponitur pro non, vt 1. q. 1. principatus. ſic 2. q. 2. §. biduum.

e ¶Difficile] No ꝙ difficile aliqui inueniuntur meliores, q̃ monachi. unde hic euidẽter colligitũ ratio, quare ille, qui ex natalibus maximè eſt irregularis, per monachatum fiat regularis. vt 56. diſt. c. 1. quia cum ſit perfectus in virtutibus, non requiritur quãtum ad alia tanta perfectio in ipſo 16. q. 1. legi. in fi. & adde id quod eſt 19. q. vlt. non liceat in Authen. de monachis. circa prin coll. 1. ubi dicitur ꝙ monachatus malitiã omnem tollit: & ſicut præſumitur hic pro illis, q in monaſterio profecerunt: ita præſumitur contra illos qui in monaſterio defecerũt. vnde patet, ꝙ ratione loci non præſumitur pro aliquo, vt 40. diſt. non loca. & 12. q. 2. gloria in fi. & hoc uerum eſt vbi perſona eſt nota, ſed ubi eſt ignota ſemper prẹſumitur pro ipſa ratione loci. 24. iſt. quando.

1 Fuit.n hiſpidus tam mente q̃ corpore. 56. di. naſci. in fi. Hug.

Monachorum laus.

Cum enim greſſus hominis à Domino dirigantur, nec ſint in homine eius viæ, corripere quidem poteſt, corrigere autem non valet: pulſare poteſt non aperire: manus comprimere, non animum mutare. *Pſal. 36.* *Hier. 10.*

Vnde Auguſt. clero, & populo Hipponenſi, epiſt. 137.

¶Bonorum hominum diſciplina mores immutare non valet. Cap. IX.

QVantumlibet vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines viuo: nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior, ſit quam arca. Noe: vbi tamen inter octo [a] homines vnus [b] reprobus inuentus eſt, aut melior ſit, quam domus Abrahæ, vbi dictũ eſt: [Eijce ancillã, & filium eius], aut melior ſit, quam domus Iſaac: cui de duobus geminis dictum eſt: [Iacob dilexi [c], Eſau autẽ odio [d] habui.] *& infra.* ¶Simpliciter autẽ fateor charitati ueſtræ coram Domino noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meã, ex quo Deo ſeruire cœpi quomodo difficile [e] ſum expertus meliores, quàm qui in monaſterijs profecerunt; ita non ſum expertus peiores, quam qui in monaſterijs ceciderunt†, ita ut hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptũ: [Iuſtus iuſtior fiat; & ſordidus ſordeſcat adhuc.] *Gen. 9.* *Gen. 21* *Mala. 1.* † *al. defecer.* *Apoc. 22.*

Item Cyprianus, lib. 1. epiſt. 3. Cornelio Papæ.

¶Conuitia perditorum à via rectitudinis nos mouere non debent. Cap. X.

QVod ad nos attinet, conſcientiæ noſtræ cõuenit, frater, dare operam, ne quis culpa noſtra de eccleſia pereat, ſi quis autẽ ultro, & crimine ſuo perierit, & pęnitentiam agere, atq; ad eccleſiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatos [f] futuros credimus, qui cõſulimus ſanitati †; illos ſolos in pęnis remanſuros, qui noluerint conſilij noſtri ſalubritate ſanari; nec mouere nos debẽt conuitia perditorum, quo minus [g] à via recta, & à certa regula non recedamus [h]; quando & Apoſtolus inſtruat dicens] Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. *Gal. 1.*

† Infero, q̃ inducit de eo quod eſt in actu, inducetur de eo quod eſt in potentia. concor. lex & poſt rem. ff. de tranſa. & l. qui in vtero. ff. ſol. matr.

2 Secũdum hoc expõe, minus, i. nõ magis. quo prout. aliis ſiue nõ: ſm Hugo.

DISTINCTIO XLVIII.

P*Rohibentur* [i] *etiam neo-*

QVod ad.] CASVS. Oſtendit Cornelius Papa in hoc cap. ꝙ prælatus debet eſſe ſolicitus in correctione ſubditorum, & ſi nõ corrigantur ad eius monitionem, nihil ſibi imputabitur in die iudicij: ipſi autem: in pœnis perpetuis remanebunt, nec propter perditorum conuitia à recta via debet prælatus recedere, dicente Apoſtolo: Si hominibus placerem, ſeruus Dei non eſſem.

f ¶Inculpatos.] Quia illud non eſt ex vitio noſtro, ſed aliorum, ſicut alibi vitium materiæ non imputatur artifici, Vel aliàs inculpatos, arg. bonũ ſi per aliquẽ non ſtat quo minus aliquid fiat, id non eſt ei imputandum ſimile 22. q. 2. faciat homo, & 23 q. 5. de occidendis 43. diſt. ſi hereticis. ſufficit enim utiliter inchoari, licet non habeat effectum. ff. de neg. geſt. ſed an vltro. §. 1.

g ¶Quo minus.] Si ſupra diſt. 43. fecimus.

h ¶Non recedamus.] Nota hic, minus, & non, faciunt unam affirmationem 2. vt ff. de verb. ſign. duobus.

PRohibentur.] Hic intitulatur 48. diſtinct. in qua proſequitur Gratianus 13. c. Apoſtolicæ regulæ, ſ. non neophytum. Neophytus enim id eſt, nouiter ad fidem conuerſus, ordinari prohibetur, ne crederet, ꝙ Chriſtiana religio plurimum eo indigeret. Momentaneus enim ſacerdos humilitatem neſcit, & perſonarum modos: & ſæpe in arrogantiam indicunt facti magiſtri, qui diſcipuli eſſe non nouerunt.

i ¶Prohibentur.] Hic intitulatur 48. diſt. in qua proſequitur

ſequitur 13. & vlt. cap. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet ordinandum non eſſe neophytum. Dicitur autem neophytus nouellus in fide 1 vel in religione 2 prohibentur autem tales ordinari duplici de cauſa, ſcilicet, ne incidant in ſuperbiam, putantes ꝙ fides Chriſtiana mul-

1 Vt inf. c. 1
2 Inf. c. 2.

c ¶Momentaneus.] Longo enim tempore debet eſſe aliquis probatus, vt 24. d. epiſcopi in auth. quomodo oportet epiſcopos, §. ſancimus. coll. 1. & graue eſt inexpertos, &c. 19. q. 3. monaſterijs.

d ¶Miſerum eſt.] Miſerum. n. eſt eum fieri magiſtrum, qui nondum formã diſcipuli aſſumpſit. inf. 61. d. miſerum 4.

1. Tim 3 gl. or. ibi. & Hier Oceano.

phyti [a] *in epiſcopos ordinari, vt qui heri erat cathecumenus, hodie non fiat epiſcopus, qui erat in theatro* [b], *hodie non ſedeat in eccleſia: qui veſpere erat in circo hodie non miniſtret altario: qui dudum fuerat fautor hiſtrionum, hodie non ſit conſecrator virginum. Cauſa autem huius prohibitionis eſt ſecundum Apoſtolum, ne elatus in ſuperbiam, tanquam religio Chriſtiana plurimorum egeret incidat in ruinam diaboli. Momentaneus* [c] *namque ſacerdos neſcit habere humilitatem, obſeruare modos perſonarum, vel ſe contemnere: non ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, non pauperibus erogauit. In arrogantiam (quæ eſt ruina diaboli) incidunt, qui puncto horæ nec dum diſcipuli fiunt magiſtri: & ſicut Innocentius ait: Miſerum eſt* [d] *eum fieri magiſtrum, qui necdum didicit eſſet diſcipulus.]*

Leo apud Anſ. l. 6. c. 30.

Epi. 12. ad Aureliũ.

4 Vt ext. de elect. officij, & c. cũ ĩ magiſtrũ. Arc.

QVoniã multa] CASVS. Duo in hoc cap. per Nicœnum concilium ſtatuũtur. Primum eſt, ꝙ neophyti non ordinentur, licet quondam ex quadam neceſſitate contra regulam fuerint ordinati: quoniam opus eſt mora tẽporis, & multa probatione indigẽt antequam tales debeant promoueri, ne elati in ſuperbiã incidant in laqueũ Diaboli. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli. Secundũ eſt, quòd ſi quis poſt baptiſma cõuictus fuerit duobus vel trib. teſtibus mortaliter peccaſſe, a promotione repellitur, & qui contra prædicta fecerit, ipſe etiam deponetur.

Vnde in Nicæno concilio, c. 2. legitur.

¶Neophytus in epiſcopum non eſt ordinandus. Cap. I.

Marti. Brac. epiſco. cap. 22

QVoniam multa ſiue per neceſſitatem [e], ſiue ex quacunque α cauſa, cõtra regulam geſta ſunt, ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel inſtructi ſtatim ad ſpiritualem baptiſmum veniſſent [f], & continuo, cum baptizati, etiam ad epiſcopatum, vel presbyrum prouecti ſunt, recte igitur viſum eſt de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tẽpore [g] opus eſt, vt ſit catechumenus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Euidens namq; eſt apoſtolicum præceptum dicens. [Non neophytum, ne forte elatus in iudiciũ incidat, & laqueũ diaboli.] Si vero præcedente† β tempore [h] aliquod | mortale γ peccatum admiſerit, & conuictus duobus, vel trib. teſtibus fuerit, ceſſet [i] a clero, qui in huiuſmodi eſt. Si quis vero præter hæc fecerit [k] tanquam contraria ſtatutis ſancti † cõcilij gerens, ipſe præcipitabitur de ſtatu ſui cleri.

1. *Tim.* 3.

† *al. procedente*] orig.

† *al. magni.*

α ¶Quacumque cauſa.] *Græcè eſt*, ἢ ἄλλως ἐπειγουμένων ἀνθρώπων: *quod Dionyſius vertit*, aut alias cogentibus hominibus.

β ¶Præcedente.] προϊόντες, ideſt. procedente, *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

γ ¶Mortale.] *Abeſt vox iſta a priſca verſione. Græce eſt.* ψυχικόν τι ἁμάρτημα, *quod Dionyſius vertit*, delictum animæ.

e ¶Neceſſitatem.] Si propter neceſſitatẽ aliquid fit, vĩ qđ illud licite fit: quia quod non eſt licitũ in lege, neceſſitas facit licitum, extra de reg. iu. quod non eſt licitum 5. Itẽ neceſſitas legem non hẽt. infra de conſec. diſt. 1. ſicut non. ergo fit contra regulam? Reſpon. neceſſitas quæ reperit in auctoritate, vt neceſſitas vitę, excuſat, vt extra de fur. ſi quis per neceſſitatem. de conſecr. diſt. 5. diſcipulos. ſed in adulterio neceſſitas nõ excuſat ff. de ritu nup. palã. §. non eſt. Nã potius debemus quęlibet mala tolerare, &c. 32. q. 5. ita ne.

Neceſſitas qñq; excuſat, qñq; nõ.

5 Concord. tex. in l. aliqñ. ff. de off. procõ. & de ſica. l. furẽs.

multum eis 3 indigeat, vel quia nondum eſt expertus ſtatum eccleſiæ, vnde neſcit ſe alijs conformare. Vtrum autem in aliquo caſu talis valeat ordinari, dicetur inf. d. 61. §. his omnibus.

3 Vt in hoc per. cauſa.

a ¶Neophyti] Non facile eſt tyroni committenda cuſtodia nam culpa prodita, is culpæ reus eſt, qui ei commiſit, ff. de cu. reo. non eſt facile.

ADDITIO. Et eſt argum. contra nouos magiſtros. Archid.

b ¶In theatro.] Hæc ſunt verba Hiero. ſuper epiſtolam ad Titum. Io.

f ¶Veniſſent.] inf. de conſec. d. 5. neophyti.

g ¶Et tempore.] d. 50. ponderet, & tempore. per interſtitia temporum, vt 77. d. in ſingulis.

h ¶Tempore.] ideſt, ante ordinationem, & poſt baptiſmum 6, ſic intelligitur inf. q. 7. ſi quis omnem. hoc ideo dico, quia pro crimine commiſſo ante baptiſmum non deponitur, vt 26. d. vna. & c. deinde deponitur.

i ¶Ceſſet.] ideſt, non ordinabitur. Vel ſ m alios etiam ordinatus degradabitur, & ſic vr̃, ꝙ crimen ciuiliter probatum inducit depoſitionem. ſic 24. d. c. vlt.

K ¶Fecerit.] Promouendo tales, &c.

6 Suſi. & ſic ordinatus eo ipſo debet deponi 50. d. ex pęnitẽtib. 81. d. quicunque. Crimen ciuiliter probatũ depoſitionẽ inducit.

Sicut

SIcut neophytus.] CASVS. Hoc c diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ neophytus eſt qui de nouo ad fidem eſt conuerſus, vel qui de nouo intrauit religionem. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Ordinare ergo.] dicitur, ꝙ neophytus ordinari non debet ante quàm in fide, ſolidetur, aliter em̄ cauſam appetit cum per abrupta .i. præcipitanter quęrit aſcē ſum. Et probatur ſimilitudine parietū: q. niſi prius ſolidentur, & a nouitatis ſuæ humore ſiccentur, tignorum pondera non accipiunt, & ſi apponantur, fabrica tota diruitur.

a ¶Repente.] id eſt, nouiter in monachali habitu talis enim non eſt eligendus in prælatum, vt extra de ele. cum cauſam. & ext. de ele. officij. quæ autem debeant eſſe interſtitia 1 habes 87. d. in ſingulis. & c. monachus.

1 Scilicet quo ad ordines ſuſcipiendos a nouitermonachato.

b ¶Qui ad ſummi.] infra 1. q. 1. pueri. & ſi quis epiſcopus per pecuniam, & 61 diſ. ſtatuimus.

c ¶Gradibus.] id eſt, interſtitijs, nec ob. 52. d. ſolicitudo.

ECce.] CASVS. Hactenus oſtēdit Gratianus per 13. capit. Apoſtolicæ regulæ, a quibus ordinandus debeat eſſe immunis. Nunc autem ſupponit 49. diſtinct. in qua generaliter oſtēdit, quod non debet eſſe criminoſus: quia cum is ad intercedendum mittitur, qui diſplicet, cum intercedit, irati animus ad deteriora prouocatur, & fit ſubditis auctor ruinæ: quare cauere debet ne regiminis locum aſſumat aliquis, vt pro culpis aliorum oret, ſi in ſe damnabile vitium recognoſcit.

d ¶Ecce.] A diſtinctione hucuſque tractatum eſt de decimotertio cap. Apoſtolicæ regulæ. Hic magiſter in his duobus cap. ſub compendio tractat de eiſdem.

e ¶Interceſſores.] Videtur hic, ꝙ orationes factæ a ſacerdotibus malis, noceant ſubditis, quod intellige cum ipſi ex certa ſcientia eligunt malum, & cōformem ſuis moribus: alias. ſ. æque operatur remiſſionē per malum vt per bonum ſacerdotem, vt inf 1. q. 1. ſi fuerit. ad hoc arg. 1. q. 1. ex merito, arg. 8. q. 1. audacter.

f ¶Diſplicet.] 3. q. 7. in grauibus.

g ¶Si Adhuc.] Argu quod quis non poteſt accuſari de crimine, de quo pœnituit 2 & quod non impeditur a promotione. 26 q. 5. quicunque ſupra 46. diſt. clericus 2 & 8 q. 1. in ſcripturis Arg contra 33 q. 2. admonere. Sed accuſari poteſt ſi commiſſum eſt poſt baptiſma, vt 25. diſ. primum. B.

2 Adde ad hoc tex. in l. qui ea mēte ſunt.

Neophyti vero hodie appellantur, propoſitum ſacræ religionis nouiter aſſumentes.

Vnde B. Gregorius ſcribit Syagrio epiſcopo, & alijs epiſcopis. l. vij. epiſt. 110.

Et l. 5. epiſt. 51. Vigilio epiſcopo Arela.

¶Quis dicatur Neophytus. Cap. II.

SIcut neophytus tunc dicebatur, qui initio † ſanctæ α fi dei erat eruditione plantatus, ſic modo neophytus habendus eſt, qui repente [a] in religionis habitu plantatus ad ambiendos honores † ſacros irrepſerit †. ¶Ordinate, ergo ad ordines accedendum eſt. Nam caſum appetit qui ad ſummi † [b] loci faſtigia poſt poſitis gradibus [c] per abrupta quærit aſcenſum. Scimus autem, quòd ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, niſi a nouitatis ſuæ humore ſiccentur: ne ſi ante pondera, quam ſolidentur, accipiant, cunctam ſimul fabricam ad terram deponant.

† al. in init.

Poly. l. 2. tit. 1. Anſ. l. 6. c. 26. Iuo p. 5. c. 113.

† Addetur in fi. in l. ff. ad leg. Iul. de ambitu & ibi Doct. de ambitioſis tractant.

al. ordines.

† *al. ſumma.*

α ¶Initio ſanctæ.] *In lib. 7. epiſt. 110. vbi habetur prior pars huius capitis vſque ad verſ.* Scimus autem. *legitur,* in ſanctæ fidei erat conuerſatione plantatus, *lib. 1. autem 5. epiſt. 51. ſiue c. 51. (vbi & eadem fere ijſdem verbis habentur: ac præterea ſequens pars vſque ad finem) legitur hoc loco,* qui adhuc nouiter erat plantatus in fide.

DISTINCTIO XLIX.

ECce [d], a quibus vitijs debeant eſſe immunes, qui in epiſcopum ſunt ordinandi. Qui enim interceſſores [e] pro populo ad Deum parantur, neceſſe eſt, vt eius gratiam bene viuendo mereantur. Vnde Gregorius ait in paſtorali. ¶*Solicite formidandum, ne qui placare poſſe iram Dei creditur, hanc ipſe ex proprio reatu mereatur. Cūcti enim liquido nouimus: quia, cum is, qui diſplicet [f], ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc deſiderijs terrenis adſtringitur, caueat, ne diſtricti iram iudicis grauius accēdēs, dum loco delectatur gloriæ fiat ſubditis auctor ruinæ. Solerter ergo ſe quiſq; metiatur, nec † locum regiminis aſſumere audeat ſi in ſe adhuc [g] vitium damnabiliter regnat, nec is, quem crimen deprauat proprium, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum.*

par. 1. c. 11.

† *ne*] orig.

Idem in eod. paſtorali eod. c. 11. continenter.

Hinc

¶Sacrificium Deo non offerat, qui vitijs eſt maculatus. Cap. I.

Leuit.21.

HInc [a] etiam ſuperna voce ad Moyſęm dicatur: [Loquere ad Aaron.homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Domino Deo ſuo;nec accedat ad miniſterium eius.]Vbi & repente ſubiungitur:[Si cęcus fuerit,ſi claudus,ſi vel paruo,vel grandi,& torto naſo,ſi fracto pede,vel manu, ſi gibbus,ſi lippus,ſi albuginem habens in oculo,ſi iugem ſcabiem,ſi impetiginem in corpore.vel ponderoſus [b]. Cæcus quippe, eſt qui supernę contemplationis lumen ignorat:qui pręſentis vitæ tenebris preſſus, dum venturam lucē nequaquàm diligendo conſpicit,quo greſſus operis porrigat†, neſcit. Hinc etenim prophetante Anna dicit, [Pedes ſanctorū ſuorum ſeruabit [c], & impij in tenebris [d] conticeſcēt.] ¶Claudus vero eſt;qui quem,quo pergere debeat, aſpicit;ſed per infirmitatem mentis,vitę viam perfectę † non valet tenere,quam videt; quia ad virtutis ſtatū dum fluxa cōſuetudine non erigitur,quo per deſideriū innititur,illuc greſſus operis efficaciter non ſequuntur. Hinc etenim Paulus dicit:[Remiſſas manus,& diſſoluta genua erigite;& greſſus rectiores facite pedibus veſtris,vt non claudicans quis erret,ſed magis ſanetur.] ¶Paruo aūt naſo, eſt qui ad tenendam menſuram diſcretionis idoneus non eſt. Naſo quippe odores,fœtoreſque diſcernimus. Rectè ergo per naſum diſcretio exprimitur; per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde & in laude ſponſæ dicitur: [Naſus tuus, ſicut turris, quæ eſt in libano.] Quia nimirum ſancta eccleſia, quæ ex cauſis ſingulis tentamenta prodeant, per diſcretionem conſpicit; & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed ſunt nonnulli,qui dum æſtimari hebetes nolunt, ſæpè ſe quibuſdam exquiſitionibus plus quam neceſſe eſt, exercentes;ex nimia [e] ſubtilitate falluntur. Vnde hic quoq; ſubditur: [vel grandi,& torto naſo.] Naſus enim grandis,& tortus eſt,diſcretionis ſubtilitas immoderata, quæ dum plus quàm decet,excreuerit, actionis ſuæ rectitudinem ipſa confundit. ¶Fracto autem pede, vel manu eſt, qui viam Dei pergere omnino non valet; atque a bonis actibus funditus exors vacat:quatenus hæc, non vt claudus, ſaltem cum infirmitate teneat; ſed ab his omnimodo alienus exiſtat. ¶Gibbus uero eſt; quem terrenæ ſolicitudinis pondus deprimit,ne unquam ad ſuperna reſpiciat; ſed ſolis his, quæ infimis calcantur, intendat: qui & ſi quando aliquid ex bono patriæ cœleſtis audierit,ad hoc nimirum peruerſæ conſuetudinis pondere prægrauatus cordis faciem [f] non attollit: quia cogitationis ſtatum erigere non valet;quem terrenæ ſolicitudinis vſus curuum tenet.Ex horum quippe ſpecie pſalmiſta dicit: [Incuruatus ſum, & humilitatus vſquaque.] Quorum culpam quoque per ſemetipſam veritas reprobans ait; [Semen autem,quod intra ſpinas cecidit,hi ſunt,qui audiunt verbum,& a ſolicitudinibus,& diuitijs,& voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur,& nō referunt fructum.] Lippus uero eſt, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat;ſed tamen ob carnalia opera obſcurant. In lippis quippe oculis pupillæ ſanæ ſunt, ſed humore defluente infirmantes † palpebræ groſſe-

† *herinoſus*] vulgata.
† *al. dirigat*
1.Reg.2.
† *al. perfectè*
Hebr.12.
Cant.7.
*Pſal.*118.
Luc. 8.
† *infirmatæ*]orig.

HInc etenim.] CASVS. Probat Gregorius in hoc cap. quod illi qui vitijs ſubiacent, panes Domino non valent offerre: nec ad miniſterium eius accedere, cum aliena peccata non poſſint diluere: quia in veteri teſtamēto corpore vitiati & maculati repellebantur à miniſterio. Et hoc probatur xij. exemplis vitiorum quę vitia figuraliter intellecta in nouo teſtamēto repellunt.Vnde exponit G. quid per vnum quodque vitium deſignetur & quare repellantur a promotione.Sequēs cap.patet.

a ¶ Hinc.] Probat Greg in hoc c. quod vitioſi non poſſunt offerre panes Domino,nec aliorum peccata diluere:quia in veteri teſta. corpore vitiati repellebātur & hoc probat xij. exemplis: quæ vitia figuraliter intellecta in nouo teſtamento repellunt.

b ¶Vel pōderoſus.] ideſt,criminoſus.

c ¶Seruabit.] Ne labatur in hęreſim.

d ¶In tenebris.] Peccatorum.

e ¶Ex nimia.] Nimia ſubtilitas in iure reprobat.extra de iudi.dilecti.& ſic fit aliquid in iure cōtra rationem gratia diſputādi. ff.ad legem Aqui. ita vulneratus in fi. & magis ualet ſimplicitas quā difficultas Inſt de fidei commiſſ. hæredi. §. ſed quia ſtipulationes.

f ¶Faciem.] ideſt, rationem, quę eſt facies cordis.

a ¶Et

a ¶ Et eo.] ideſt, ideo.
b ¶Quo.] .i. quia.
c ¶ Aliarum.] Improprie ponitur, ſic ſupra 26. diſtinctio. deinde, ibi cum cęteris criminibus.
d ¶Põderoſus.] Per immundam cogitationem.
e ¶ Ad opus.] Ex hoc videtur quod occultũ peccatũ impedit promouẽdum 1. & ex eo ſequitur ibi, & grauat in abditis. Sed contra argu. 50. diſtin. ſacerdotes. quia latentia peccata non habent vindictam quo ad ecclesiam militãtem, vt 32. q. 5. Chriſtiana & 32. diſt. erubeſcant.

1 Hoc hodie determinãt extra de tẽpo. ord. c 5.

ſcunt: quæ qui infuſione crebra atteruntur: etiã acies pupillæ vitiatur. Et ſunt nonnulli, quorum ſenſum carnalis vitæ operatio ſauciat: qui uidere recta ſubtiliter per ingenium poterant: ſed vſu prauorum actuum caligant. Lippus itaque eſt, cuius ſenſum natura exacuit, ſed cõuerſationis prauitas cõfundit. cui bene per Angelum dicitur: [Collyrio inũge oculos tuos, vt videas.] Collyrio quippe oculos, vt uideamus, inungimus, cum ad cognoſcendam veri luminis claritatem intellectus noſtri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. ¶Albuginem vero habet in oculo, qui veritatis lucem videre non ſinitur: quia arrogantia ſapientiæ, ſeu iuſtitiæ cæcatur. Pupilla namque oculi nigra videt: albuginem tolerans nihil videt, quia videlicet ſenſus humanę cogitationis, ſi ſtultum ſe peccatorem, quæ intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorem ſibi iuſtitiæ, ſiue ſapientiæ tribuit; à luce ſe ſupernæ cognitionis excludit: & eo [a] claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo [b] ſe apud ſe per arrogãtiam exaltat, ſicut de quibuſdam dicitur: [Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.] ¶Iugem vero habet ſcabiem, cui carnis petulantia ſine ceſſatione dominatur. In ſcabie etenim feruor viſcerum ad cutem trahitur, per quam rectè luxuria deſignatur, quia ſi cordis tentatio vſque ad operationem proſilit, nimirum feruor intimus vſque ad cutis ſcabiem prorupit, & foris iam corpus ſauciat, quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quaſi enim cutis pruriginem Paulus curabat abſtergere, cum dicebat: [Tentatio vos non apprehendat, niſi humana:] ac ſi apertè diceret. Humanum quidem eſt tentationem in corde perpeti; dæmoniacum vero eſt in tentationis certamine in operatione ſuperari. ¶Impetiginem quoque habet in corpore, quiſquis auaritia uaſtatur in mente: quæ ſi in paruis non compeſcitur, nimirum ſine menſura dilatatur. Impetigo quippe ſine dolore corpus occupat, & abſque occupati tædio excreſcens membrorum decorem fœdat: quia & auaritia captiuam animam, dum quaſi delectat, exulcerat: dum adipiſcenda quæque cogitationi obijcit, ad inimicitias accedit, & dolorem in vulnere non facit, quia æſtuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum [c] quoque virtutum per hanc pulchritudo deprauatur; & quaſi totum corpus exaſperat; quia per vniuerſa vitia animum ſupplantat, Paulo atteſtante, qui ait: [Radix omnium malorum eſt cupiditas.] ¶Ponderoſus [d] vero eſt, qui turpitudinem non exercet opere; ſed tamen ab hac cogitatione continua ſine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidem vſque ad opus [e] nefarium rapitur; ſed eius animus voluptate luxuriæ ſine vllo repugnationis obſtaculo delectatur. Vitium quippe eſt ponderis, cum humor viſcerum ad virilia labitur; quæ profecto cum moleſtia dedecoris intumeſcunt. Ponderoſus ergo eſt, qui totis cogitationibus ad laſciuiam defluens, pondus turpitudinis geſtat in corde, & quamuis praua non exerceat opere, ab his tamen non euellitur mente, ſed ad uſum boni operis in aperto ualeat aſſurgere; quia grauat huc in abditis pondus turpe. ¶Quiſquis ergo quolibet horum uitio ſubigitur; panes Domino offerre prohibetur, ne profecto α diluere aliena delicta non ualeat is, quem adhuc propria deuaſtant. ¶Quia igitur paucis ad magiſteriũ paſtorale dignus qualiter veniat, atq; hoc indignus qualiter pertimeſcat, oſtendimus; nunc is, qui ad illud dignè peruenerit, in eo qualiter viuere debeat, demonſtremus.

Apoc. 3.
Rom. 1.
1. Cor. 10.
1. Tim. 6.
Sic & Arnobius.

Sa-

α ¶Ne profecto.] *Sic etiam in originali impreſſo. In aliquot Gratiani manuſcriptis legitur.* Nec ꝓfecto diluere aliena delicta valet is, quẽ adhuc ꝓpria deuaſtant.

SAcerdotes.] CASVS. Hoc cap diuiditur in duas partes. In prima parte reprehenduntur ſacerdotes, quia nomen Domini deſpiciunt: & quantum in ſe eſt, panem pollutum offerunt: quod fit cum quis indigne ad altare accedit, vel ſacerdotium ſimoniacè acquiſiuit cum doctrinam populo male diſpergit, deſpicit pauperẽ, honorat potentẽ. In 2 parte, quæ incipit ibi, [Si offeratis.] reprehenduntur qui indignos inſtituũt, & hoc facit auctoritate veteris teſtã. in qua reprehenduntur ſacerdotes vete. teſta. qui Dño offerebant animalia cęca, clauda, & languida, & etiam pigra. quæ vitia hodie figuràliter intellecta repelluntur in nouo teſtamento.

a ¶Ad ſe.] No. ꝙ aliquid dicitur malum quo ad ſe. ſic 1.q.1 quod quidam, & q.3. ſaluator. ſic matrimonium dicitur ſolui quo ad ſocerum, qui repudium miſit: non quo ad coniuges. ff. de dona inter vi. & vxo. cũ hic ſtatus, §. & ſocer. & facit q́s aliquid q̃tum in ſeipſo eſt. 11. q.3 inter verba. ſic 22.q.2.§.vlt. in fi. de cõſe. d.4. quęris

b ¶Potentem.] In eo quod potens eſt.

c ¶Pauperem.] inf. 13.q.3. pauper.

d ¶Locat.] in dignitate.

e ¶Vſquequo.] Dictum fuit ab Helia fugiente iram Reginæ Iezabellis vniuerſo populo colenti Baal. 3. Regum, 18. nam deficit ambobus qui vult ſeruire duobus, & 26. d. acutius 1.

Helias Iezabel fugiens quib. verbis vſus ē ad populum.

f ¶Illum.] id eſt, alium.

Item Hieronymus ſuper Malachiam ad c.1.

¶Indoctus, terrena lucra ſectans, vitioſus ordinari non debet. Cap. II.

SAcerdotes nomen Domini deſpiciunt, & quantũ ad ſe [a], panem pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt, quique dato munere ſacerdotium præſumunt. Panem quoq; polluit, qui doctrinam Domini in populo male diſpergit †, & qui honorat potentem [b], & deſpicit pauperem [c] †. *& infra.* ¶[Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? &c.] ſuperius accuſati de panibus nunc accuſantur de victimis. Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti, magiſtrumq; facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat. Claudũ offert, qui lucra terrena quęrentem locat [d], vt pote pedem in diuerſa ponentem, vnũ in diuinis, alterũ in carnalibus, cui poteſt inferri illud de libro Regum, [Vſquequo claudicatis in duas partes?] Lãguidum, & pigrum probat α patientem, dicens illum [f] negligentię redarguendum. Indignum eſt enim [g] dare Deo, quod dedignatur homo.

Senſus aliquis ex parte.

† *al. diſpertit.*

Concord. … l. 1 C. … vet. … & … de mona. coll. 7.

3. Reg. 18.

α ¶Probat patientem.] *Sic interpungitur etiam in manuſcriptis, & in gloſſa, cum tamen ita poſſet etiam diſtingui,* & pigrũ probat, patientem dicens illum, &c.

g ¶Indignum eſt.] contra ſupra 41. diſ. nõ cogantur, ſed ibi de rebus: hic de perſonis.

1 Conc. text. in c. 1. de eo. q. ar. bel. depo. & de feu. c. 1. coll. 10.

DISTINCTIO L.

EX præmiſſis [h] auctoritatibus liquido monſtratum eſt: quòd varijs criminibus irretiti in ſacerdotes ordinari non poſſunt. Nunc autem de eiſdem quæritur, vtrum poſt peractam † pœnitentiam, vel in proprijs ordinibus remanere, aut ad maiores gradus conſcendere valeant. Multorum auctoritatibus, varijs criminibus irretiti a proprijs ordinibus deijciuntur, & ab acceſſu maiorum prohibentur.

† *al. actam.*

Vnde Gregorius Conſtantino Mediolanenſi epiſcopo, lib. 4. epiſt. 17. ſiue c. 61.

EX præmiſſis.] Hæc diſ. diuiditur in 7. partes in quarũ prima dicit, ꝙ lapſi nõ poſſunt reparari, & hoc probat per 12. auctoritates. Secunda ibi, [Ecõtra exemplis.] Tertia ibi, [Quõ igitur.] Quarta ibi, [De lapſis.] Quinta ibi, [Qđ vero] Sexta ibi [Itẽ obijcit.] Septima ibi, [Apoſtatæ.] Ioan. de Fan.

CASVS. Supra monſtratum eſt, ꝙ criminoſi ordinari nõ poſſunt. In hac vero 50. d. quæritur, an tales poſt pęnitentiã poſſint in ſuis ordinib. remanere, & ad ſuperiores ordines aſcendere probat multis auctoritatib. ꝙ ipſi prohibent, nec põt aſcendere, & hoc facit vſq; ad §. [Econtra.] Demum probat contrarium vſq; ad §. [Quomodo.] & ibi incipit ſoluere.

h ¶Ex pręmiſſis.] Tractauit hucuſque magiſter de qualitate ordinandorũ. In hac d. 50. tractat primo de iã promotis, an ipſi poſtquã lapſi ſunt, valeant reparari? Et primo allegat, ꝙ nõ poſſunt reparari: poſtea allegat p̄ parte contraria, & hoc bñ ſoluit inf. ea. [Qũo.] & pro parte prima allegat vſq; ad §. [Ecõtra.] & poſtea inducit multa c. ad probandam ſolutionem ſuã, vſq; ad §. ſed illud vbi aliam ponit: & eam probat per c. ſeq. vſque ad §. [Quod vero.] & poſtea adiungit de lapſis in hæreſim [2] quod non ſit eis communicandum ante reconciliationem. Ab illo §. [Quod vero.] ſubiungit tractatum de homicidijs vſque ad illum §. [Præmiſſis] Deinde addit de ſolemniter pœnitentibus, ꝙ non debeant ordinari, vel ad militiam ſæcularem redire: & quod clericis talis pœnitentia non ſit imponenda, & pro quibus culpis ſit imponenda. Vltimo ſubdit de apoſtatis, qui nec ad habitum ſæcularem, nec ad clericatum aſcendere poſſunt poſt pęnitentiam. Circa lapſos tres regulæ ſunt notandæ [3] quæ continentur infra ead. diſt. vt conſtitueretur. Prima regula ſecundum H. hæc eſt, vt. Qui mortaliter peccauit poſt baptiſmum, non promouea-

2 Scilicet in §. de lapſis. Laur.

Lapſorũ reparatio trib. regulis declaratur.

3 Scilicet in cõe cõtinentes. Laur.

moueatur, vt 25. diſt. primum. 1. q. 7. ſi quis omnem. Secunda eſt. Promotus ſi mortaliter peccat deijciendus eſt infra cap. qui ſemel. Tertia eſt, Qui ab ordine deponitur amodo non reſtituitur. inf. ea. c. 1. & 2. & c. puenit. & vbicunque mitius agitur, diſpenſatio eſt. Iſtæ autem tres regulæ ſecũdum tres opiniones recipiunt interpretationem. Quida enim dicunt, ꝙ omne peccatum mortale impedit ꝓmouendum, & deijcit iam promotũ 1. & ſi talis ſit promotus, & egerit pęnitẽtiam: tamen non poteſt miniſtrare ſine diſpenſatione. Alij intelligunt de magnis criminibus pręd dictas regulas: quia minora poſt pœnitentiam non repellunt, nec deijciunt, vt 81. diſt. c. Apoſtolus, & diſt. 46. clericus, 5. q. 4. in loco 68 diſt. c. 1. quia nec omne publicum crimẽ animæ mortem irrogat. Inſt. de pub. iud. §. vlt. Tertij intelligunt prædictas tres regulas de manifeſtis. occulta eñ poſt pęnitentiam non repellũt, nec deijciunt immo iure communi promouetur, & ſi promotus eſt, remanet in ordine ſuo ĩf. ead. c. de bis vero. & c. præcedendi. & hęc opinio verior eſt, & benignior: hoc tñ excepto, quod maxima peccata etiam occulta repellũt, vt de hoc plene dixi ſup. 25. d. c. vlt. De adulterijs autem, & ſimilibus poteſt ep̃s ſimplex diſpẽſare. extra de iud. at ſi clerici inf. ea contumaces. de maioribus non inf. ea. minor. & in ſimonia. 1 q. 1. erga, & ſecundum quoſdam in omnibus criminibus diſpenſat vbi non prohibetur. extra de ſent. excõ. nuper. & de pœn d. 6. §. 1. in fi. & 82. diſt. presbyter[2], & in pluribus caſibus inuenio ep̃m poſſe diſpenſare, vt notaui, 1. q. 7. §. niſi rigor. Petrus Hiſpanus contrarĩu dixit. nam cum in quibuſdam certis caſib. ei permittitur diſpenſare, ergo in alijs prohibetur: argum. 25. diſt. qualis, & C. de procu. maritus 2. Quis autem cum depoſito poſſit diſpenſare. dixi. 2. 5. ideo. Cum ſuſpenſo autẽ, vel pœnitente etiã in hæreſi bene diſpenſat ep̃s. inf. ead. presbyteros. Io. Iſtæ opiniones hodie terminantur per decre. Greg. in extrauag. de temp. ord. quæſitum vbi reprobatur opi. Io. & credo, ꝙ epiſcopus ſemper poſſit diſpenſare, niſi ei ꝓhibeatur expreſſe a iure, vt 27. q. 2. lex diuinæ in fi. & extra de ſent. excom. nuper B.

1 Mortaliter peccat qui poſtq; baptiſmum peccauit, ſi ſe promouerit permittit: vel ſi iã ſuſcepto remanet, q̃tumcunque egerit pniã: niſi cum eo fuerit diſpenſatum.

Iſti intelligunt regulas, prout ſonãt. L.

Epiſcopus ĩ quib criminib. diſpẽſet

2 Extra de transl. ep̃i c. 2. ver. nec ꝙ de ceſſione. &c. ſm Lau.

b ¶Spe.] Quib. facilitas veniæ, &c. vt 13. q. 4. eſt iniuſta. & ext. de vi & hon. cler. vt clericorum.
c ¶Supplicatio.] Carnalis, ſed ſpũalis bñ inf. ea clerico.
d ¶Reuocare.] inf. 13. q. 4. eſt iniuſta.
e ¶Non ſtatuta.] Perpetuo. Qui enim deponitur, perpetuo

Depoſitio perpetua.

¶Lapſi in ſuum ordinem reparari non poſſunt Cap. I.

SI lapſis [a] ad ſuum ordinem reuertendi licentia conceda tur vigor canonicæ proculdubio frangitur diſciplinę: dum pro reuerſionis ſpe [b], prauæ actionis deſideria quiſque concipere non formidat. *& poſt pauca.* ¶Illud igitur præ omnibus ſtudere, vt lapſos, in ſacrum ordinem nullius vobis ſupplicatio [c] aliquo modo reuocare [d] ſuadeat, ne huiuſmodi non ſtatuta [e], ſed temporaliter data credatur eſſe vindicta.

Anſ. l. 8. c. 35. & lib. 11. c. 13. Iuo p. 6. c. 80. Pann. l. 3. c. 145.

Item Martinus Papa I. Amando epiſcopo.

¶Qui poſt ſuam ordinationem labitur depoſitus permanebit. Cap. II.

QVi ſemel poſt ſuam ordinationem in lapſum cecide rit, deinceps iam depoſitus erit, nullumq; gradum ſacerdotij poterit adipiſci [f].

Pann. l. 3 c. 145.

Item Gregorius Papa Sabiniano epiſcopo, lib. 7. epiſtola 25.

¶Presbyter poſt lapſum nulla ratione in ſacro ordine reputari valet. Cap. III.

PResbyterum, de quo nos fraternitas tua latoris pręſentium legatione † conſuluit, nulla ratione in ſacro ordine poſt lapſum, aut permanere [g] aut reuocari poſſe cognoſcas. Circa quem tamen mitius [h] agendum eſt: quia commiſſum facinus facili [i] dicitur profeſſione confeſſus.

Anſ. l. 8. c. 26. Pann. l. 3. c. 146. † *al. relatione.*

Item Ioannes 8. Cœnomantico † Vticenſi epiſcopo.

† *al. Cœnnomo eo Veneſienſi.*

SI lapſis] CASVS. Conſtantinus Mediolan. ep̃s quæſiuit a Gregorio, an cuilibet lapſo debeat licentia dari ad ſuum ordinẽ reuertendi? Et reſpondet ꝙ non, triplici ratione, quia ſi hoc fieret, vigor eccleſiaſticæ diſciplinæ frangeretur: & quilibet propter ſpem reuerſionis praua deſideria concipere non formidaret, & præterea vindictam ſibi inflictam putaret eſſe temporalem, & nõ perpetuam Sequens c. patet.

Ep̃s an poſſit ſemper diſpenſare.

a ¶Si lapſis.] Hoc cap. loquitur de depoſito, vt patet per fin.

tuo deponitur, vt hic 3. & 81. diſt. ſi quis clericus. & C. de pœ. ſeruus. Arg contra 33. q. 4. non oportet 2. ibi ſimpliciter ponitur, ſeparentur: & tamen ſeparantur ad tẽpus, non perpetuo, vt extra de conſt. ex literis. in fi. Sed certe illa non ſunt contraria: quia ibi nulla fuit depoſitio & eſt hoc ideo ſtatutum, ne leges ludibrio fiant, vt C. de bon. quæ lib. l. vlt. §. fi. & eſt ſi. quod lex dicit, ꝙ damnatus de crimine ad militiam non recipitur, vt ff. de re mili. qui cum vno. § adulterio.

3 Nã ven[illegible] ſtatuere, [illegible] per[illegible] gnat. de[illegible] d. 1. §. h[illegible] ſm Lau[illegible] qd̃ quiſ[illegible] iuris. l. 1.

QVi ſemel] ¶Adipiſci.] Hoc c. intelligitur de rigore 25. d. primum. inf. ead. miror. vel in maioribus, vel de manifeſtis criminibus ext. de temp. ord. c. fin. ſic non ob 82. d. presbyter. & 15 q. vlt. hi qui.

PResbyterum.] CASVS. Sacerdos quidam fuit lapſus in crimine, de quo poſtea in iudicio fuit ſponte confeſſus, quare quæſiuit epiſcopus Fabianus, an poſſet in ſacro ordine remanere, vel reuocari deberet? Et reſpondet Gregorius, ꝙ non. Sed quia ſponte confeſſus eſt, mitius eſt agendum cum ipſo. ſ. vt nomen ſacerdotis retineat, vel in minoribus ordinibus remaneat.

g ¶Aut permanere.] Simile ſup 24. d c. vlt. inf. 15. q vlt. ſi quis presbyter. contra. Sol. in inferiori miniſtrauit, vt ibi. ſed in ſuperiori, vt hic.

h ¶Mitius] Argu ꝙ mitius agitur cum confeſſo, quàm cum conuicto 4, vt infra eo de his vero & 16 q. 5. vlt. Si quis presbyter. Si 61. d. quia [illegible] 1. q. 5 præſentiũ. Arg. contra 24. d. c. vlt Sed ibi timore probationum eſt confeſſus hic ſponte.

4 Cõco [illegible] in l. 1. & [illegible] gl & Do. [illegible] quæ ap[illegible] non re[illegible]

i ¶Facili.] id eſt, ſponte, vt extra de homic. lator.

Miror.]

Mirer.) CASVS. Quidam epiſcopus volebat cũ quodam ſacerdote homicida diſpenſare: & perſuadebat dño Papæ, vt ei poſt perpetratũ homicidium concederet miniſtrare. Sed Io. Papa eum reprehendit, dicens hoc fieri non poſſe poſt quantamcunque pœnitentiam: ſed

ſpenſationes. & 23. q. 1. noli. in fine.
b ¶Homicidium.) Sponte, vt extra de homic. lator.
c ¶Suadere.) Plus enim eſt ſuadere, quam compellere. ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere & plus punitur ſuaſor, quam faciens. 89. diſt. tanta. Ioan.

¶Poſt perpetratum homicidium ſacerdotale officium miniſtrari non poteſt. Cap. IIII.

Iuo p. 6. c. 114. & par. 10. c. 41. Pann. l. 3. c. 135.

MIrora minus doctam ſcientiam tuam ſacerdotẽ putare poſt perpetratum homicidium b poſſe in ſacerdotio miniſtrare, imò (quod eſt ineptius) uobis ſuadere c velle, vt ipſi tali præſumptioni pberemus aſſẽſum. Quis enim tam demens, tamque peruerſi ſenſus, tale quid æſtimaret, vel poſt quantamcunque pœnitentiam concedendum, cum omnino ſit canonicæ diſciplinæ contrarium? Debet ergo ſacerdotio priuatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus ſaltem remedijs curatus, ſalutis poſſit inuenire ſuffragium.

Item Nicolaus Papa:

¶Ad maiorem gradum clericus prouehi non poteſt, qui paganum occidit. Cap. V.

Iuo p. 6. c. 120.

CLericum, qui paganum occiderit d, non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquiſito: homicida enim eſt. Nam cum diſcreti ſint milites ſæculi a militibus eccleſiæ, non cõuenit militibus eccleſiæ militare e ſæculo, per quod f ad effuſionem ſanguinis neceſſe ſit peruenire.

Item Osbaldo choriepiſcopo Quadrantino.

¶Qui defendendo ſe paganum occiderit, ſacerdotali careat officio. Cap. VI.

DE his g clericis, pro quibus conſuluiſti, ſcilicet qui ſe

Clericorũ CASVS Clericus quidam occidit paganum: poſtea volebat ad ordines promoueri maiores. quæſiuit quidam epiſcopus an poſſet? Et rñdet Papa, quòd non: imò carere debet etiam acquiſito. Nam milites eccleſiæ non debent ſæcularem militiã exercere, per quam neceſſe ſit ad ſanguinis effuſionem peruenire.
d ¶Occiderit.) Sponte. B.
e Militare.) Per hoc patet qđ loquitur de illo, qui in bello fuit. hortari tamen poteſt clericus aliquos ad defenſionem ſuæ eccleſiæ. 23. q. 8 vt pridem. arg. de his qui not. infa. ob hæc verba. § vlt.
f ¶ Per quod.) Arg. quòd ratione vnius delicti imputantur omnia delicta, quæ ſequuntur ex illo, vt 15. q. 1. ſi quis inſaniens. 22. q. 4. inter. ff. quod met. cau. ſi mulier. Argu. contra ext. de ſpon. veniens.
ADDITIO. Et facit qđ not. inf ca. quantum in glo. hic patet,

Imputantur multa pꝛ vnũ delictũ.

ſed diluat tam immane flagitium lachrymis; vt poſſit inuenire ſuffragium ſalutis.
a ¶ Miror.) Hic habes quòd eṕs non põt diſpenſare 1 cum homicida: item nec cum ſimoniaco, vt 1. q. 1. erga. niſi quandoque, vt 1. q 5. c. 1. & vlt. Ioan. De ſimoniaco eſt expreſſum extra de elect. c. penul. vbi dr̃, qđ ſi aliquo ignorante ſit commiſſa ſimonia, eṕs cum eo poteſt diſpenſare, ſi in ſimplici beneficio ſit commiſſa ſimonia: ſecus ſi in prælatura ſi aũt eo ſciente ſit facta: epiſcopus non poteſt diſpenſare cũ eo. ext. de ſimo. nobis. B. Item nec cum depoſito ſm quoſdam, vt 2. q. 6. ideo. Item nec cum eo qui excõicatus celebrat. vt 11. q. 3. ſi quis eṕs. & 7. q. 1. ſi quis presbyter, licet ſit arg. contra 2. q. 5. quãto. Sed illud de mandato Papæ. Item nec cum eo qui accedit ad iudicium ſæculare, vt 21. q. 5. ſi quis eṕs. Item nec cum bigamo, vt ext. de big. c. de bigamis, & 34. diſt. lector. Io. Nec diſpenſat hodie cũ filiis presbyterorum, vt ext. de fil. presby. c. pen. vbi ſcilicet miniſtrauit pater immediate. B. Diſpenſat autem in pleriſque criminib. vt notaui 1. q. 7 §. niſi rigor. & generaliter vbi non prohibetur epo diſpenſatio, ſemꝑ diſpenſare põt, vt extra de ſentẽ. excom. nuper licet quidam dicant, ꝙ in illis ſolis caſibus diſpenſabit vbi a iure ei permittitur; quia cum in quibuſdam criminib. ei cõceditur diſpenſatio, vt extra de iud. atſi clerici. ergo in aliis ei prohibetur. argu. 25. diſt. qualis. & C. de procu. maritus. Et licet diſpenſatio ſit ius quod peti non poteſt: tamen qñque eṕs tenetur diſpenſare, vt infra ea. vt conſtitueretur. in fi. & c. ſi quis diaconus & cap. domino ſancto, & 1. quæſt. 2. di-

1 Scilicet in ordine, ſed ĩ beneficio ſic ext. de cler. pugn. in du. Hericus, infra, c. p̃sbyteros. & ca. ſtudeat. Dic: põt ꝙ hoc ca miror. loquitur in homicida notorio, ſiue manifeſto, & voluntario. de hoc, leg. & not. in .eod. de vero Ar.

ibi dicam. Sed Ber. contra loquitur in matrimonio, in quo licet quis ſua culpa cadat in metum, non nocet, ut extra quòd metus cau. Abbas. Arch.

DE his.] CASVS. Quidam clerici defendendo ſe, paganum occiderunt: quare quæſiuit Quadrantinus epiſcopus, an peracta pœnitentia poſſint ad priſtinum gradum redire, vel aſcendere ad altiores? Et reſpondet ꝙ non, quia Papa non dat eis licentiam aliquem hominem occidendi; & ideo melius eſt illis in gradu inferiori irreprehenſibiliter famulari, quam alta indebite appetendo in profundum inferni demergi.
g ¶De his.] Circa illos, qui cõmittũt homicidiũ, diſtingue ſic: quia aut cõmittit homicidiũ ex neceſſitate, aut ex caſu, aut ex voluntate. Si ex neceſſitate: aut illa neceſſitas eſt euitabilis: aut ineuitabilis. Si eſt euitabilis, ad ſuperiores ordines non poteſt aſcendere: ſed in iam ſuſceptis toleratur 2. ut inf. ead. de his clericis. Si fuit ineuitabilis neceſſitas, ſine omni diſpenſatione poteſt miniſtrare in ordine iam habito ſed ad ſuperiores habendos petet diſpenſationem, vt extra de homicid. ſuſcepimus. &c. 2. Nec obſt ext. eod. lator. vbi dr̃, ꝙ ad ſuperiores talis licitè promouetur: qa hoc intelligo ex diſpenſatione 3. Ioan. Sed certè quidquid dicat Ioan. de neceſſitate ineuitabili, capitulum videtur expreſſe dicere ꝙ talis neceſſitas in nullo obſit, vt inf. ea quia te quaſi obnoxium. De hoc notaui in quæſtionibus. B. Si uero caſu committitur homicidium: aut dedit operam rei licita, aut non. Si dedit operam rei licitæ, ei non imputatur: ſed poteſt miniſtrare in ſuſcepto, & aſcendere ad ſu-

Homicidiũ vtrum impediat promouendos, & deiiciatiam promotos.
2 Scilicet de mĩa, vt not. ext. de hom. ſicut vbi plenè de hoc.
3 Vel dic ꝙ ibi fuit caſus fortuitꝰ, vt not. inf. ea de his clericis. in glo. i. in fi. Arch.

2 Et c. hi qui & ca. ſi duo. niſi forte grande ſcandalum inde oriretur: qa tunc inducitur ei purgatio. ext. eod. ex litteris 1. & no. ext. de homic. cum dilectus i gl. qui tñ, & c. q̃ fuit gl. vin.

ſuperiorem, vt extra eo. c. vlt. & inf. ea. ſæpe 1. & ext. eo. Ioannes. Sed ſi illicitæ rei operam dedit, tunc nec in ſuſcepto poteſt miniſtrare, nec ad ſuperiorem aſcendere, vt inf. ea. clerico. & c. ſi quis voluntate. Si vero voluntate occidit nunquam diſpenſandum eſt cum eo ſecundum quod loquitur ca. maior. H. tamen cum ſuo rigore dixit ꝙ in nullo caſu pōt homicida promoueri: quia potius debet quilibet permittere ſe occidi, quam aliū occidere, vt 32. q. 5. ita ne. & dicit quod hoc verbum, & conſulendi, ponitur pro verbo præcipiendi, vt 28. q. 1. ſic enim. Item ſecundum H. etiam ſi crimen homicidij ſit occultū: tñ poſt pęnitentiam non pōt exequi ſuū officiū. ſecus eſt ſm eū in quolibet crimine alio, vt inf. ea. de his. niſi in ſimonia. Io. Ex hoc expreſſe dr̃ ext. de temp. ord. ca. vlt. & ita duo crimina tm̃ excipit: ſcilicet ſimoniam, & homicidium. Argu. ext. de accuſ. inquiſitionis. B. Alii autem pleriq; dicūt ꝙ ſiue ſit homicidium, ſiue aliud crimen, dummodo ſit occultum, poſt pęnitentiam bene exequitur officiū ſuum ſine omni diſpenſatione licet nō poſſit ꝓmoueri. Sed in ſimonia poſt nullam pęnitentiam poteſt exequi officium ſuum. 1. q. 1. ergo. Hodie autē obtinet opinio H. circa crimen occultum, vt ex t de accuſ. inqſitionis. B.

a ¶ Defendēdo.) In caute ſine moderamine. cuilibet em̃ licitū eſt ſe defendere cū moderamine, vt ſu. di 1. ius naturale. & extra de app. c. ſignificauit. C. vnde vi. l. 1.

d ¶ Si quis.) Iudex executor & aſſeſſor in cauſis criminalibus non poſſunt promoueri. hoc non eſt ratione peccati: quia non peccant illa faciendo 2. vt 23. qō. 4. quæſitum & 5. quæſ. miles. ſed propter irregularitatem, quam ex tali facto contraxerunt.

2 Ideo dicebat Ber q̃ iſtud c. intelligebatur de illis qui non peccauerunt

e ¶ Aut

defendendo a, paganum occiderunt, ſi poſtea per pęnitētiam emēdati poſſint ad gradum priſtinum redire, aut ad altiorem cōſcendere, ſcito nos nullam occaſionem dare, nec vllam tribuere eis licētiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum ſi cōtigerit, vt clericus ſacerdotalis ordinis ſaltem paganum occiderit, multum ſibi conſulit, ſi ab officio ſacerdotali receſſerit; ſatiuſq; eſt illi in hac vita Domino ſub inferiori habitu irreprehenſibiliter famulari, quam alta indebite appetendo damnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathenſi, c. 50.

¶ Cadat ab officio epiſcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen. Cap. VII.

SI epiſcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiſerit, aut chartam b falſauerit, aut falſum teſtimonium c dixerit, ab officij honore depoſitus in monaſterium detrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 26.

¶ Qui homicidij, facto, aut præcepto, aut conſilio poſt baptiſmum conſcius fuerit, clericus non ordinetur. Cap. VIII.

Apud Mar. Brac.

SI quis d viduam, aut ab alio dimiſſam † duxerit, non admittatur ad clericatum. Quod ſi irrepſerit, deijciatur. Similiter, ſi homicidij aut facto e, aut præcepto f, aut conſilio g, aut defenſione α h poſt baptiſmum i conſcius fuerit, & per aliquam ſubreptionem ad clericatum venerit, deijciatur, & in fine vitæ ſuæ † laicam cōmunionem tantummodo recipiat.

Anſel. 7 c. 11. Ex cā. 18. Apoſ.

† *al. relictam.*

† *al. ſua communionem recipiat.*

α ¶ Defenſione.) *In codice Lucenſi Regio, (in quo ſunt etiam hæc capitula a Martino Bracarenſi epiſcopo collecta) & apud Anſelmum, & in editione conciliorum tribus tomis in margine legitur,* aſſenſione. *cui lectioni conuenit quod legitur in concilio Triburienſi, c. 11. circa finem.*

Item Gregorius Ianuario epiſcopo Calaritano, lib. 3. epiſt. 26.

SI eps.) CASVS. Quæſitum fuit in concilio Agathen. quam pœnam debeat pati eps, presbyter, vel diaconus, qui capitale crimen commiſerit, vel chartam falſauerit, uel falſum teſtimonium dixerit? Et reſpondet, ꝙ deponi debet, & detrudi in monaſterium ad agendam pœnitentiam: vbi donec viuit, non niſi laicam tantummodo communionem accipiat.

b ¶ Aut chartam.) Dic vt ſup. 19. diſt. in memoriam.

c ¶ Teſtimonium.) Infra 5. q. 6. presbyteri 2.

SI quis viduam. CASVS. Statutum fuit in concilio Martini Papæ, ꝙ ſi quis duxerit in vxorem viduam vel relictam: aut homicidium commiſerit facto præcepto, conſilio, vel defenſione, poſt baptiſma promoueri non poteſt: & ſi irrepſerit, deponatur & eiiciatur, & in fine ſuæ vitæ communionem accipiat.

e ¶ Aut facto.) Vt miles.

f ¶ Aut præcepto.) Vt iudex.

g ¶ Aut conſilio.) Vt aſſeſſor. & ita ex cōſilio punitur aliquis, contra illud. ff. man. l. 2. in fi. & l. denique. Sed nunquid addi debet de volūtate? arguitur quod ſic 1. q. 4 quia præſulatus in fine, quod non concedo licet ante quam fiat, vellet illud factum eſſe: vel poſt factum, gratum habeat

h ¶ Defenſione.) Euitabili. B.

i ¶ Poſt baptiſmum.) Ergo ſi ante baptiſmum, poteſt. Bazianus dixit: ſi ante baptiſmum occidit non peccando, vt iudex, non poteſt promoueri quia non tollitur irregularitas: ſed ſi occidit peccādo, tollitur totum Io. Et ſic melioris conditionis eſt peccans quam non peccās. De hoc quid iuris ſit, notaui in quæſtionibus. 36. diſt. in gl. videtur. B. 3.

Conſilium facit vt quis puniatur.

Homicida ante baptiſmum an ꝓmoueri poſſit.

3 Quęſtio venerialis eſt: de qua habuiſti 21 di. in pri. & ibi de hoc. & 51. diſt in ſum. & 26 d. de inde Arc.

Perue-

PEruenit.) CASVS. Epiſcopus Caraſitanus reſtituebat clericos lapſos in crimen fornicationis ante pœnitentiam, vel poſt: prohibet Greg. dicens quòd tales carere debent ſacris ordinibus: & ad altaris miniſterium nunquam accedere.

a ¶ Fue-

illi pati deberent. Et rñdet Greg. ꝙ Saturninus presbyter careat communione corporis & ſanguinis Chriſti donec vixerit. in fine tamen viaticum accipiat: niſi antea epiſcopo viſum fuerit ei eſſe miſerendum. & in ſcriptis caueat, vt de cætero Miſſam non cãtet: & gerat curam monaſteriorum in intula Gorgonia & Capraria ſine p̄iudicio alicuius. Diaconus vero abbas ſemper ab ordine ſacro depoſitus erit; qui tñ poterit inter alios monachos priorẽ locum obtinere. ſi eius conuerſatio meruerit; ſed ordinẽ nõ obtinebit, in cuius loco dẽbit ali' ordinari. Subdiaconus uero irreuocabiliter deponetur: laicam tñ cõionem accipiat.

¶ De ſacris ordinibus lapſi reparari non poſſunt. C. IX.

Poly. l. 4. tit. 39.
Anſel. l. 8. c. 20.
Iuo par. 6. c. 78.
Pann. l. 3. c. 131.

PEruenit ad nos, quoſdam de ſacris ordinibus lapſos, vel poſt pœnitentiam, vel ante, ad miniſterij ſui officium reuocari: Quod omnino prohibemus, & in hac re ſacratiſſimi quoq; canones contradicunt. Qui igitur poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatũ carnis fuerit a; ſacro ordine ita careat, vt ad altaris miniſterium vlterius non accedat.

Item Venantio Lunenſi epiſcopo, libro 4. epiſt. 5. ſeu. cap. 49.

¶ De eodem. C. X.

Polyc. ibidem.
Anſel. l. 8. c. 21.
Iuo par. 6. c. 83.

ACcedens ad Gorgoniam inſulã fraternitas veſtra diſcutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero b *&* perlatum eſt. Peruenit namque ad nos, quia poſtquam pro crimine lapſus ſui, à ſacerdotij ordine eſt deiectus, ad explendum miniſterium ſacerdotij præſumit accedere, & omnipotenti Deo hoſtias immolare. Quod ſi ita factum fraternitas veſtra repererit; eum ſacri corporis, & ſanguinis Dominici participatione priuatũ in pœnitentiam redigat: ita vt vſque ad diem obitus ſui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus ſui tempore percipiat. Sin autem eum fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognouerit, vt ei iuſtè ad recipiẽdam inter laicos communionem, & ante exitum debeat miſereri: hoc in tuæ c fraternitatis ponimus poteſtate: *& infra.*

Eodem li. 4. epiſt. 16. ſeu c. 60.
Pann. lib. 3. c. 132.

¶ Præterea ad fraternitatis tuæ conſulta reſpondentes ſtatuimus, diaconum, & abbatem d de portu Veneris e, quem indicas cecidiſſe f, ad ſacrum ordinem non debere, uel poſſe ullo modo reuocari. Quem quidem ſacro ordine priuatum in pœnitentiam deputare te conuenit: cuius ſi poſtea actus, conuerſatioque meruerit; priorem g inter alios monachos, (vbi tu tamen decreueris) ſtandi locum obtineat h. Subdiaconi quoque, quos ſimilis culpa cõſtringit, ab officio ſuo irreuocabiliter depoſiti, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris, loco lapſi diaconi, alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum vero presbyterum, vt nunquam ad ſacri ordinis miniſteriũ præſumat accedere, ſcriptis cauere decreuimus: ſed eũ ĩ inſula Gorgonia, atq; Capraria ſolicitudinẽ i

b ¶ Presbytero.) Ergo clericus degradatus nõ retinet ordinem arg. 4. diſtin. ex antiqs & 11. q 3. epiſcopus. & 15. q. vl. ſi qsjpresbyter. & 23. q. vl. clerici. & idem videtur p hoc quod dicitur inf. inter laicos communionẽ. Sed tñ iõ ꝙ characterẽ ſemp retinet. per id quod habes 1. q. 1. qđ quidam. & 32. q. 7. licite. arg. 81. diſt. dictũ. Vnde qui percutit ipſum incidit in canonem; ſaltem in memoriam priſtinæ dignitatis, vt ff. de decur l. vl. & ff. de quæſt. vnius §. ſeruus & de cõſecr. diſt. 4 oſtẽditur. Io. quod non credo cũ careat omni priuilegio clericali 2: nec credo ꝙ cõficiat 3: quia omnẽ poteſtatem amiſit. B

c ¶ In tuæ.) Ergo epiſcopus poteſt remittere pęnitentiam iniunctam a Papa. ſic. 33. q 2. latorem.

ADDITIO. Vel de hoc vt ibi. Argu. cõtra 15. diſt. c. 2. in fi. ibi uideas. De hoc etiam not. 26. q. 7. tempora.

Degradatũ percutiẽs incurrit excõicationem.

2 Adde quæ no. in addi. c. 2. de pęn. lib. 6. & ca. dominus in gl. in verſ. ſacrilegiũ. inf. 93. diſt.

3 Hæc fuit opin Rayn. quam rec. Goff. & B. extra de cle. excom. mi. cap. 1.

Abbas quẽ ordinem debeat hẽre.

a ¶ Fuerit.) De quo fuerit conuictus vel confeſſus. & hoc 1 verum eſt niſi epiſcopus cum eo diſpenſaſſet, ut extra de iudi. at ſi clerici. Sed nõne canoniſta prohibet epiſcopo diſpenſare in hoc caſu? non: ſed redarguitur indiſcreta diſpenſatio, ut dixi extra de præb. de multa.

1 Scilicet ꝙ canones cõtradicunt in hac re, &c.

ACcedens.) CASVS. Hoc cap loquitur de quodam presbytero Saturnino, & de quodam diacono abbate, & de quibuſdam ſubdiaconis. presbyter Saturninus propter ſuum delictum depoſitus fuit: & tamẽ poſt depoſitionem Miſſas celebrauit. Diaconus vero abbas & ſubdiaconi mortaliter peccauerant, crimen fornicationis cõmittendo. Vñ Luneñ eps quaſiuit quã pęnam

d ¶ Abbatem.) Ergo abbas poteſt eſſe diaconus: quia abbas potius eſt nomen officij, quàm dignitatis. 18. q. 2. c. 1. immo in minoribus ordinibus cõſtitutus poteſt eſſe 4. abbas extra de ætate & quali. tuam.

4 Verum eſt diſpẽſatiue: & ſic loquiẽ decre. tuam. ibi: ex tua, &c.

e ¶ Veneris.) Exiſtentem.

f ¶ Cecidiſſe.) Per crimen.

g ¶ Priorem.) Ideſt, vt ſit monachus, vt prius fuit: non tamen erit abbas.

h ¶ Obtineat.) non ordinem, vel dignitatem.

i ¶ Solicitudinem.) Vt ſit procurator loci, licet ſit infamis: quia infames non excluduntur a ciuilibus mune-

x Iſta opin. cōiter tenetur per glo. & Docto. in c. cum deputati de iudi. & c. imperatorum de iuram. calum. Spec. in tit. de procu. §. 1. ver. item qđ eſt īfamis & Alexāder de Imo. in l. reum criminis. in fi. C. de procur. Infamis poteſt eſſe procurator.

ribus 1, ſed honorib. Argu. C. de his qui non imple. ſti. ſacra. ſoluti ſunt. l. 1. lib. 10. & extra de æta. & qualit. tuā, & ſic procurator monaſterij poteſt eſſe infamis: ſed non procurator epiſcopi. 5. q. 3. quia eps. quia non requiritur ſumma in eis perfectio integritatis, vt 16. q. 1. legi.

vt inf. ea. conſiderandum vñ non fuit penitus immunis, vt extra de homicid. c. ſicut. §. illi quoque. tñ hoc exemplum non competit, quia iſtud fuit ante baptiſmum. f ¶ Auguſtinus.) Qui fuit Manichæus 3. ſed ante baptiſmum: & ideo non competit exemplum, &c. Ponde-

1 Arg. contra. 22. q. 6. vides. vbi de hoc.

POſtquam.) CASVS. Epiſcopus qdā depoſitus fuit: canonici uolebāt aliū eligere Archieps vel primas diſturbabat eū reſtituere volens: qđ dicit Greg. de iure fieri nō poſſe: & cum eccleſia vltra tres menſes vacare non debeat, pręcipit Greg. Archiepō, vt deprecationi canonicorum conſentiat, & loco depoſiti alium ordinet.

a ¶ Tres menſes.) Tres dantur ad electionem a die mortis: & alij tres menſes ad conſecrationē petendā. inf. 100. d. qm. & 63. d. obeuntibus, & ext. de elec. ne pro defectu. niſi per neceſſitatē prorogetur 2: vt 18. d. de Syracuſanæ.

Electio an fieri debeat intra tres menſes.

2 De hoc 61. d. Oſius. & c. bene nouit. ibi de hoc.

ECONTRA. Hæc ē ſecūda pars huius diſtinctionis, in qua magiſter probat cōtrariū eius quod ſupra probatū eſt: ſcilicet, ꝙ poſt lapſum poſſunt reparari, ꝓbat inquā ꝑ exēpla, & per nouē auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Supra ꝓbatum eſt, ꝙ lapſi poſt pœnitentiā nō ſunt reſtituendi. Mō Gratianus probat cōtra, ſcilicet ꝙ poſſunt reſtitui, & ad altiora cōſcendere: & ꝓbat octo exemplis; ſcilicet Mariæ & Aaron, Dauid, Achab, Petri & Pauli, Auguſtini, & aliorum, quorum nomina in ſequenti palea ponuntur: qui omnes poſt peccatū ſunt reſtituti.

b ¶ Econtra.) Maria, &c. de hoc dicitur 2. q. 7. §. itē obijcitur.

c ¶ Aaron.) Hæc hiſtoria habetur 45. d. diſciplina.

d ¶ Dauid.) Hæc hiſtoria dicitur 2. q. 7. §. item cū Balaam.

e ¶ Lapidauit.) Ideſt, lapidantib. cōſenſit, cuſtodiendo veſtes,

de monaſterijs gerere, & in eo, in quo eſt ſtatu, ſine cuiuſquam aduerſitate manere permittimus.

α ¶ Presbytero.] *In vetuſto codice epiſtolarum B. Gregorij, & aliquot antiquis exemparibus Gratiani legitur*, ex presbytero; *itemque inferius in hoc eodem capite:* Saturninum vero ex preſbyterū. *ſiue vt in impreſſis B. Gregorij*, ex presbytero. *Depoſitos enim presbyteros, ex presbyteros, & eos, qui monaſteria deſeruerant, ex monachos appellabant, ſicut illi qui conſulatum, aut quæſturā geſſerant, exconſules, aut exquæſtoreſ vocari ſoliti fuerant.*

Idem Mariniano epiſcopo Rauennati, lib. 6. epiſt. 39. ſeu. c. 203.

¶ Loco lapſi alius ordinandus eſt. C. XI.

POſtquam quemquam criminaliter abſcedentem †, in locum, de quo lapſus eſt, nulla permittit ratio reuocari; & ultra tres menſes a eccleſiam vacare Pontifice ſtatuta ſacrorum canonum non permittunt: ne cadente paſtore dominicum gregem antiquus (quod abſit) hoſtis inſidiando dilaniet; fraternitas veſtra deprecationi eorum conſentire, & in loco lapſi debet epiſcopum ordinare. Anſel. li. 8. c. 25. † al. cedentem. diſt. 75. quoniam.

Item Martinus I. in epiſtola ad Amandum.

¶ Qui poſt ordinationem ſuam in lapſum ceciderit, ſacra myſteria non debet tractare. C. XII.

SI poſt ordinationem ſuam quiſpiam in lapſum ceciderit, & præuaricationis peccato fuerit † deprehenſus] obnoxius, omnimodo prohibendum eſt, eum manibus lutulentis, atque pollutis myſteria noſtræ ſalutis tractare. † *al. deprehendatur*] orig.

2 *Econtra* b *exemplis, & auctoritatibus probatur, poſt actam pœnitentiam proprios gradus licite poſſe adminiſtrare, & ad maiores conſcendere. Maria enim ſoror Aaron poſtquam lepra percuſſa eſt, quia in Moyſem murmurauerat, acta pœnitentia à peccato mundata, & ſanata eſt, & priſtinam gratiam prophetandi recepit. Aaron* c *autem poſt conflatum vitulum, etiam in ſummum ſacerdotem conſecratus eſt. Dauid* d *poſt adulterium, & homicidium ſpiritum prophetiæ recepit, & in proprio † gradu permanſit. Achab quoque poſt mortem Nabuthæ viri ſanctiſſimi per pœnitentiam humiliatus in regia ſede remanſit. Et ut prætereamus multa exempla ueteris teſtamenti, Petrus negauit Chriſtum, & tamen poſtea Princeps Apoſtolorum factus eſt: Paulus Stephanum lapidauit* e, *& tamen à Deo in Apoſtolum electus eſt. Multi quoque ab hæreſi ad vnitatem catholicæ fidei reuertentes in ſuis ordinibus ſunt recepti: alij vero ad epiſcopalem etiam gradum ſunt promoti, utpote Auguſtinus* f, *& alij complures.*

33. q. 2. c. hoc ipſū. *Num. 12. Exo. 32. 2. Reg. 11. & 12.* † *al. priſtino. 3. Reg. 21. Matth. 26. Ioan. 21. Act. 7. & 9.*

¶ De eodem. PALEA. C. XIII.

IOannes Chryſoſtomus a duabus ſynodis orthodoxorū

Burc. l. 1. c. 233. Iuo in prologo. Pann. in prologo, c. 32.

† al. iudicatus.

epiſcoporum fuit dijudicatus †, ſed iterum fuit reſtitutus. Marcellus epiſcopus Ancyræ Galatiæ depoſitus fuit; ſed poſtmodum proprium recepit epiſcopatũ. Aſclepius dijudicatus a ſynodo, eccleſiam ſuam poſtea recepit. Lucius epiſcopus Adrianopolites damnatus a Papa Iulio recepit eccleſiam ſui epiſcopatus. Cyrillus epiſcopus Hieroſolymitanus depoſitus fuit, poſtea reconciliatus eſt eccleſiæ ſuæ. Simili modo Polychronium eiuſdem eccleſiæ. Hieroſolymitanæ pontificem Sixtus Papa damnauit, & iterum ipſe eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinum epiſcopum damnauit, ſed poſtea eum in proprium locum reſtituit eccleſiæ ſuæ. Miſenum α epiſcopũ a Fœlice Papa damnatum Gelaſius Papa ſucceſſor illius reconciliauit †, & eccleſiæ ſuę reſtituit. Leontius dum eſſet presbyter, depoſitus fuit, ſed poſtea in Antiochia Patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodoſium, quem Eugenius eius anteceſſor presbyterij honore priuauerat, ſanctæ eccleſiæ Signinæ conſecrauit epiſcopum. Ibas namque epiſcopus dijudicatus fuit, ſed ſancta ſynodus canonica ſuam illi reſtituit eccleſiam. Rothadũ vero epiſcopum ſanctæ Sueſsionenſis eccleſiæ a ſynodo, cui Carolus interfuit, cõdemnatum, & Sophronium † Placentinum epiſcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa reconciliauit.

Sixt. Papa iij.

35. q. 9. c. Gre.
† al. & communicauit.

† al. Seffrenum,) vel Seffredum, vt inf. 6. q. 3. denique Suffredus.

¶Caput hoc a vetuſtioribus codicibus abeſt: in vulgatis ſcribebatur, Item ex Epiſtola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: *quæ inſcriptio ſublata eſt, quoniam quæ in hoc capite tractantur, ex varijs hiſtorijs ſunt collecta, & aliqua longe poſt Cyrillũ, & Hieroſolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Neque apud Burchardum & Iuonem vlla talis inſcriptio eſt, ſed tantũ in Pannormia.*

α ¶ Miſenum.] *Antea legebatur*, Nicænum. *Emendatum eſt ex Burchardo, Iuone, &c.* Gregorius. *infra 36. q. 9. Atque in Pontificali Romano manuſcripto in vita Nicolai primi hæc legũtur.* Sicut Beatus Papa Fœlix Vitalem, & Miſenum epiſcopos, qui in Petro Alexandrino hæretica fæçe coinquinato coacti conſenſerant, ſacerdotali gradu, eccleſiaſtica immo communione priuatur.

Præterea Calixtus Papa I. de huiuſmodi ſcribit, epi. 2. ad epiſcopos Galliarum.

¶Clerici poſt lapſum in ſuis ordinibus reparari poſſunt. C. XIIII.

Tob. 4.
Burc. l. 19. c. 42.
Iuo par. 6. c. 48.

POnderet [a] vnuſquiſq; ſermones ſuos, & qđ ſibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene ſacra ait ſcriptura: (Quod tibi [b] nõ vis fieri, alteri ne facias.) Nos enim tempore [c] indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus conſilia, & opera noſtra, neque ordinem corrumpamus. ¶Sed ſi aliquis lapſus quocũq; modo fuerit pertemus † eum, & fraterno corripiamus affectu: ſicut ait Beatus Apoſtolus: ([d] Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, q ſpiritales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, cõſiderãs teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti.) ¶ Porro ſanctus Dauid [e] de criminib. mortiferis egit pęnitentiã & tamen in honore permanſit. ¶Beatus quoque Petrus amariſſimas lachrymas fudit, quãdo Dñm negaſſe pęnituit: ſed tamẽ Apoſtolus per-

† non perdamus eũ, ſed fra) orig.

Gal. 6.

POnderet. CASVS. In hoc c. oſtẽdit Calixtus Papa, φ clerici poſt lapſum peracta pœnitentia poſſunt in priſtinum ſtatum reſtitui. Et hoc ꝓbat auctoritatib & exemplis xj. Prima eſt in principio capituli. Secunda ꝓbatio incipit ibi (Sed ſi aliquis lapſus) Et ad hoc inducit auctoritatem Apoſtoli: Si præoccupatus, &c. Tertia ibi, (Porro sãctus Dauid)Quarta ibi, (Beat⁹ quoq;.) Quinta ibi, (Peccator.) Sexta ibi, (Errant iteq.) Septima ibi, (Nũquid q dormit.) Octaua ibi, (Redde mihi)Nona ibi, (Vade, & amplius noli peccare.) Decima ibi, (Nõ ergo. (Vndecima ibi. (Sñiam.)

a ¶ Ponderet.) Grauis erit q libet ĩ verbis, vt 4. q. 3. §. item in criminalib. ver. in teſtib. & qui cito fatur ad pñiam properat, vt dicit Seneca: & poteſt quis in proprio facto petere inducias ad reſpõdendũ, vt ff. de interrog. act. q interrogãt. an hæres ſit: nam teſtis repentinus, &c. 5. q. 5. §. ſed aliud.

b ¶ Quod tibi.) In Tobia

c ¶ Tempore.) Nã ratio temporis mutat conſtitutionẽ, vt 34 di. fraternitatis.

d ¶ Apoſtolus.) Ad Galatas.

e ¶ Dauid.) Hoc exẽplum nõ competit, nã nihilomin⁹ fuit dictum ei: Nõ ædificabis mihi domum: quia vir ſanguinum es. inf de conſe. diſt. 1. c 1. & 1. q. 7. ſi qs omnem.

Dauid prohibitus eſt ædificare.

a ¶ Mini-

a ¶ Miniſtrare.] diſpenſatione.ſi crimen eſt manifeſtum:vel ipſo iure,ſi crimen eſt occultum.extra de tempor.ord.c.Vlt.
b ¶Qui dormit.] In peccato.
c ¶ Non adiiciet) i. non conabitur bene operando.
d ¶Vt reſurgat.)Per pœnitentiam.
d ¶ Supplicauerint.) & ſic patet, ꝙ nõ ſẽper deponitur ordinatus, q occultat crimẽ ſuum 1. quod eſt contra H. vt dixi d. 50. ex pęnitentibus.

1 Scilicet defectum, q a ſeruitus non eſt crimen, ſed eſt defectus: ſed ordinãdus peccat non manifeſtando defectũ vnde ſi bene inſpicias, non eſt contra. Hug.

e ¶ Teneantur obnoxij.) Item patet hic ꝙ eps non tenetur prouidere ordinato cum alter eũ examinat, vt ſup. 24. diſt. quando.

SI ſeruus.) CASVS. Hoc cap. habetur ex authẽ. de ſanctiſs, epiſ. §. ſi ſeruus & diuiditur in quatuor partes in prima parte dr̃, ꝙ ſi dñs ſciat ſeruum ordinari, & non contradicat ſtatim eripitur in libertatem. Si vero ignorat, intra, annum recuperabit illum, ſi probauerit ſeruilem fortunam, In ſecunda

Ordinato qñ non tenetur eps prouidere.

parte

parte dicitur, ꝙ ſi per triennium probatus monachus efficitur, euadit iugum ſeruitutis. In tertia dicitur, quod ordo epiſcopalis, liberat a patria poteſtate, & a ſeruili fortuna, vel adſcriptitia, ſed non a curiali. In quarta dicitur, ꝙ adſcriptitij poſſunt clerici fieri inuitis dominis, ita vt agriculturam adimpleant.

narios, & alijs conditionibus obligatos quos Leo Papa reprehendit, & mandat eis, ꝙ de cætero hoc non faciāt niſi voluntates eorum, qui in eis habent aliquid poteſtatis, acceſſerint.

i ¶Originarijs.] Tales enim liberi ſunt, vt C. de agri. l. diffini-

ſciente [a], & non contradicente domino in clero fuerit ordinatus; ex hoc ipſo, quod conſtitutus eſt, liber, & ingenuus erit. Sed ſi ignorante domino; licèt ei intra ſpatium vnius [b] anni & ſeruilem [c] fortunam probare, & ſeruum ſuum [d] accipere. Verum etiam ſi legitime probato experimēto monachus efficiatur, euadit iugum ſeruitutis. Debent.n. per triennium [e], antequam monachi efficiantur, in monaſterio permanere: poſtea vero ſi monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Epiſcopalis [f].n. ordo liberat a fortuna ſeruili: vel adſcriptitia, ſed non a curiali [g], ſiue officiali: nam & poſt ordinationem durat. Sed & ius patriæ poteſtatis ſoluit epiſcopalis dignitas. Adſcriptitios vero in ipſis poſſeſſionibus clericos etiā præter voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti impoſitam ſibi agriculturam adimpleant [h].

Auth. de monachis. §. Hic autem.

Tit. de ſanctiſſ. epi. §. ſe & quidam. Auth. epiſtolis, de epiſcopi. & cler. eod. Authen. ſed epiſtolis eod.

¶ *Extat hoc caput ad verbum in epitomis nouellarum conſtitutionum ab Irnerio deſcriptis; quæ poſt codicem poni ſolent, item que in nouella* 123. *c.* 20. *per* Iulia*num antecessorem. Verba autem quæ addita erant in titulo,* Leo Imperator omnibus epiſcopis, *videntur illuc irrepſiſſe ex ſequenti titulo.*

Item Leo Papa omnibus epiſcopis, epiſt. 1. *c.* 1.

¶De eodem. Cap. XXI.

Anſel. l. 7. c. 25. Burc. l. 2. c. 22. Iuo p. 6. c. 64.

Admittuntur paſſim ad ordinem ſacrum, quib. nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur: & qui a dominis ſuis libertatem conſequi minime potuerunt, ad faſtigium ſacerdotij (tanquam ſeruilis vilitas hunc honorem iure capiat) prouehuntur. *& infra.* Ab his itaque fratres chariſſimi, omnes veſtrę prouinciç abſtineāt ſacerdotes: & non tantum ab his, ſed etiam † ab alijs originarijs [i], vel qui alicui conditioni obligati ſunt, volumus temperari; niſi forte eorum petitio, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos vendicant poteſtatis.

† *& ab aliis qui aut originali, aut alicui.*] orig.

4 *De ſeruis monaſterij quæritur an eccleſiaſticis officiis poſſint aggregari, an non. Sed famuli eccleſiarum non ſunt ordinandi, ſicut ſupradictum eſt, niſi a propriis epiſcopis libertatem cōſequantur. Porro ſeruus monaſterii libertatem conſequi non valet* α*: non ergo ad clericatū ſibi accedere licet. Quod autem liber fieri non poſſit, probatur auctoritate octauæ ſynodi, in qua ſic ſtatutū legit.*

α ¶Non valet.] *In primo vaticano poſt hæc verba ſequitur:* q.n. ſunt monaſterij nullius ius tranſire pſſunt. Vnde nec abbas poteſt dicere, hoc meum eſt non ergo; &c. *Caput aūt:*

1 Alias tacens habet pro contumace. īſ. 65. d. c. vlt. in gl. vl. ep̄s inter ordinandū dēt obſeruare interſtitia temporum.

a ¶Sciēte.] Argumentū de taciturnitate 1. extra de his, quæ fiūt a præla. cap. 2. & dixi 21. d. diaconus. & 28. d. diaconi.

b ¶ Vnius.] Sed qualiter hoc ſtare poteſt in presbytero, vel diacono? nam epiſcopus debet ſeruare interſtitia temporum, quæ ſunt infra. 77. diſtin. in ſingulis. ſed ſi obſeruauit, conſtat quod plus ſtetit, quam per annum. Reſpon. dicunt quidam, ꝙ iſte fuit ordinatus ſine examinatione, & nō obſeruatis interſtitiis, vel dic qui, erat grandæuus: vnde vſq; ad annum potuit promoueri in diaconem. vt 77. diſt. monachus. Vel dic ꝙ annus iſte incipiat non a tp̄e ordinationis, ſed a tp̄e ſcientię argum. 17. q. 2. ſi quis incognitus.

Ordo præfertur ſcientię, & militiæ.

c ¶ Seruilem] Plus enim valet ordo, q̃ ſcientia & militia, vt ff. de libe. cau. qui de libertate. in fi.

d ¶ Seruum ſuum.] cum diſt. ſu. ca. ex antiquis.

e ¶ Per triennium.] ad monachatum datur triennium ad clericatum annus, quia clerici ſunt in publico, & monachi latēt.

Monachi latent.

f ¶ Epiſcopalis.] Et ēt ſacerdotalis, vt ſu. ca. ex antiquis.

g ¶ Sed non a curiali.] Quidam dicunt, iſta verba nō eſſe in ipſa lege: & verū eſt ꝙ in illa non ponuntur ſed alibi, vt in authē. de ſanctiſſ. ep̄is. §. ſed hoc quidam coll. 9. ſed ſecundum hęc iura canonica hoc non tenet: quia cū ordo liberat a ſeruili fortuna, multo fortius a curiali ſoluit epiſcopalis dignitas, quæ autem dignitas liberat a poteſtate patria habes in auth. conſtitutio. quæ de dig. coll. 6. C. de decu. l. vlt. lib. 10. & in auth. vt ordinariæ præfec coll. 5.

2 Et ideo ſubiicit ca. ſeq. q̄d hoc corrigit. Io. de Fant.

h ¶Adimpleant.] Hoc nō tenet, vt ſu. ea. quicunque 2.

Admittantur.] CASVS. Quidam epiſcopi admittebant indiſtinctę ad ſacros ordines ſeruos; & orig-

diffinimus. lib. 11. & ne diutius, & extra de Iudæ. cap. 2. 3. Ioan.

DE SERVIS. CASVS. Hic mouet Gratianus quandam quæſtionem, an ſerui monaſterij, poſſint ordinari? ¶ Probat ſophiſtice ꝙ non poſſunt: quia ſerui eccleſiarum promoueri non poſſunt, niſi ab epiſcopis ſuis libertatem conſequantur, ſed ſerui monaſterij libertatem

3 Ad ordines tn̄ non admittentur ſine licentia dn̄orum, vt hic, Nec tenet q̄d leg. & no. ſu. ca. prox. ī fine. Nam illud hic corrigitur Io. de Fan.

tatem conſequi non poſſunt: ergo ad clericatũ promoueri non poſſunt: & ꝙ non poſſunt cõſequi libertatem, probatur ſeq.cap.cuius caſus patet, & per te videbis.

Abbas nihil propri habet.

a ABbati.] Liberum.] Quia ſi manumittitur ſeruus eccleſiæ, duo dabuntur loco illius, vt 12.q 2. eṗs, ſed

ui monaſteriorum non prohibentur fieri liberi, & ordines recipere, dummodo non recedant ab obſequio monaſteriorum, ſed prohibentur libertatem nanciſci, ſi ab eorum ſeruitio recedere velint: quia turpe eſt vt monachi laborent, & ſerui ſui otio torpeant. ſicut habetur in quadam cõſtitutione 17 q.4. in vẽditionibus, & quod ſerui monaſteriorum poſſint promoueri probatur ſeq.cap.

e ¶In alio capitulo.] inf.17.q.3. in venditionibus.

quod nunc à Gratiano citatur, alibi repertum non eſt quã apud Iſidorum Hiſpalenſem in reg.monach.c.de famil.vita.

¶ Monaſterij ſeruum abbati, vel monacho non licèt liberum facere. Cap. XXII.

Iſidorus Hiſpa. in reg. monach. ca.de famil.vita.

ABbati, vel monacho monaſterij ſeruum non licebit facere liberum [a] Qui enim nihil proprium [b] habet, libertatem rei alienæ dare non poteſt. Nam ſicut etiam ſæculi leges ſanxerunt, nõ poteſt poſſeſſio alienari [c], niſi à proprio [d] domino.

Hac auctoritate prohibentur ſerui adipiſci libertatẽ recedendi ab obſequijs monaſterij: ſed non prohibentur nanciſci libertatẽ promouendi ad ſacros ordines. Poteſt enim in ſacris ordinibus conſtitutus, monaſterij obſequijs perpetuo deſeruire: ac ſic ſeruus monaſterij & libertatẽ adipiſci, & ſacris officijs aſſociari valeat. Vnde in alio capitulo [e] præfatæ conſtitutionis cauſa redditur. [Iniuſtum α eſt enim, ut monachis rurale opus facientibus, ſerui eorum otio torpeant, ac delitijs affluant.]

α ¶ Iniuſtum.] *Infra 17.q.4.c.in venditionibus.verſ.iniuſtum. hoc ipſum citatur ex concilio Agathenſi, vbi etiam extat, c.56.*

Quod autem ſerui eccleſiarum (quo nomine etiã monaſterij ſeruos ſignificari intelligimus) ad ſacræ religionis propoſitum debeant aſſumi; auctoritate Gregorij probatur, qui in generali ſynodo reſidens † dixit.

† al. præſidens.

¶ Si conuerſationis probatæ fuerit famulus eccleſiæ, poteſt ordinari. Cap. XXIII.

† al. ex.

Ex decretis B. Gregorij in extremo 12. lib.regeſti, & aliqua ex parte l.4.epiſ 44. Ioan.diac. l.2.c.16. In conc.Tribu.c.29 Anſ.li.7.c.184. Poly.li.6.tit.16.

MVltos de † eccleſiaſtica familia, ſeu ſæculari militia nouimus ad omnipotentis Dei ſeruitiũ feſtinare, vt ab humana ſeruitute liberi in diuino ſeruitio valeant familiarius in monaſterijs conuerſari. Quos ſi paſſim dimittimus, omnibus fugiẽdi eccleſiaſtici iuris dominium occaſionem prębemus. Si vero feſtinantes ad omnipotentis Dei ſeruitium incautè retinemus, illi inuenimur negare [f] quædã, qui dedit omnia [g]. Vnde neceſſe eſt, vt quiſquis ex iuris eccleſiaſtici ſeruitute, vel ſęcularis militię [h] ad Dei ſeruitiũ conuerti deſiderat; probetur prius in laico habitu cõſtitutus. Et ſi mores illius, atq; conuerſatio bono deſiderio illius teſtimonium fuerint; abſque vlla

MVltos.] CASVS. Quaſitum fuit ab Auguſtino, an ſerui eccleſiarum vel ſecularium virorum ſi velint fieri monachi, ſint indifferenter admittendi. Et reſpondet quod non: quia ſi indifferenter eos admittimus, damus eis occaſionem fugiendi dños ſuos, ſe ad eccleſiam tranſ ferendo. Si autem indifferenter repellantur, Deo negamus q̃dam, ideſt, eos q hoc petunt propter Deũ, qui dedit omnia: & ideo prius in laicali habitu diligenter cõgruo tempore probati, ſi eorum vita inueniatẽ honeſta, monachi fiant. & ſi poſtea irreprehẽſibiliter vixerint potuerunt ad ſacros ordines ꝓmoueri per temporum interualla: dũmodo nõ ſint illis criminibus maculati, quæ lege veteri morte puniebantur. Quod poſtea ſequitur, planũ eſt vſque ad diſtinctionem.

f ¶Negare.] Ex hoc videtur, ꝙ ſerui eccleſiarum ſecundũ præſcriptum modũ probati, impediri non poſſunt ſi velint promoueri: cum opus ſit pietatis manumittere ſeruos, 12. qõ. 2. cum redemptor Sed dic quod Gregorius non dat poteſtatem hic ſeruis conuertendi 2. & ſe ſubtrahendi: ſed prælatos inſtruit, ut non aliter manumittant quam probatione adhibita. Vel dic quod loquitur de iam manumiſſis 3. vt etiam tales indiſtincte non ſint recipiendi, niſi probentur per triennium in laicali habitu.

Seruos manumittere eſt opus miſericordiæ.

2 Alias trãſferendi.

3 Ita intelligit.Lau.

ſed abbas nihil habet proprij, vt 12.q 1.non dicatis. vnde non poteſt facere hanc recompenſationem.

b ¶ Propriũ.] Quia nemo poteſt plus iuris in aliũ, &c. ut extra de donat.inter virum & vxo.nuper. & ff.de regu.iuris nemo.1.q.7. Daibertũ. ſed fallit extra de elect. ſuffraganeis.ff.de acq.rerum domi. non eſt nouum 1.

De hoc extra de iure patr. curat. ubi videas.

c ¶Alienari.] 11.q.3.ſi quis a proprio, niſi in caſibus, vt ff.de pign.act.ſi conuenerit.& Inſtit.quib.ali. non licet § 1.ff.de vſufruct.l.quod noſtrum.

d ¶Proprio.] Sim extra de iure patr. quod autem.

HAC AVCTO. CASVS.) Dicit Gratianus in hoc §.in quo caſu intelligitur ſupradictum cap. Et dicit ꝙ ſerui

g ¶ Omnia & ita non debemus omnes refutare: nec etiam omnes admittere: & ſic media uia tenenda eſt, vt 45. diſtinctio. diſciplina. ff. de offic. proconſ. l. ſolent.

Media via eſt tenenda.

h ¶ Militiæ.) Non obſt, 19.q.3.monaſterijs & dixi. 53. diſt.legem,

a ¶Mor.

1 De furto probatur de conſec. diſt. 4. diſcipulos & extra de furtis. ſi qs Hodie iſta proprie ſumēdo repel lūt a promo tione. 81. diſtin. c. 1.

a ¶Morte.] Non tñ oīa nec ſola, quæ tunc puniebātur morte 1. hodie repellunt à promotione: qa furtum, & ſimplex fornicatio non puniebantur morte, vt 36. q. 2. idemq; & alijs multis, vt 12. q. 2. ſi quis per vetus. hæc tñ hic repellunt à promotione. 49. diſtin. hinc etenim. propter hoſtilem rabiem, vt pauci vel nulli ſacerdotes inuenirentur, qui populis miniſtrarent diuina miniſteria: quæſitum fuit a Gelaſio, an de monachis vel laicis poſſint aliqui promoueri? Et reſpondet q̃ ſic, neceſſitate inſtante. dummodo ſint honeſtæ vitæ: ſalua tñ honorificentia

PRohibēdū eſt.]

b ¶Fuerint.] .i. vixerint: vel etiā eorū hæredes, vt C. de lib. & eod. li. libertinæ. ſi lius tñ liberi, poteſt vt ff de obſequijs liber hæredes. C. de operis libertorum. qđ ex liberta. ſecus tñ eſt in libertis eccleſiarum, vt ſup. ead. q̄ ex famulis. qa eorū dña, ſ. eccleſia, nunquam moritur, vt 11. q. 2. liberti.

Eccleſia nūquam moritur.

retractatione ſeruire in monaſterio omnipotenti Deo ꝑmittatur, vt à ſeruitio humano liber recedat, qui diuino amore diſtrictiorē ſubire appetit ſeruitutem. Si autem & in monaſtico habitu ſecundum Patrum regulas irreprehenſibiliter fuerit conuerſatus: poſt præfixa ſacris canonibus tempora licenter iam ad quodlibet eccleſiaſticum officium prouehatur. ſi tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quę in teſtamento veteri morte a mulctantur.

Ecce quomodo ſerui ad clericatum aſſumi valeant, vel quomodo non admittantur. Liberti quoque nō ſunt promouendi ad clerum, niſi ab obſequijs ſui patroni fuerint abſoluti.

Vnde in concilio Eliberitano, c. 80.

¶Abſque patroni aſſenſu liberti non promoueantur ad clerum. Cap. XXIIII.

PRohibendum eſt, vt liberti, quorum patroni in ſęculo fuerint b, ad clerum non proueha ntur.

DISTINCTIO LV.

COrpore vero vitiati c ſimiliter à ſacris officijs prohibentur.

Vnde Gelaſius Papa epiſcopis per Lucaniam & Brutios conſtitutis, epiſt. 1. c. 2. & 3. ſcribit dicens.

¶Qui de monaſterialibus diſciplinis ad clericale munus accedit, & de laicis, ante acta eius vita examinetur. Cap. I.

PRiſcis igitur pro ſui reuerentia manētibus cōſtitutis (quæ vbi nulla vel rerum, vel temporū perurget anguſtiā, regulariter conuenit cuſtodiri) eatenus eccleſijs, quæ vel cunctis ſunt priuatæ † miniſtris, vel ſufficientibus b vſque adeo deſpoliatæ ſeruitijs, vt plebibus ad ſe pertinētibus diuina munera ſupplere nō valeant, tā inſtituēdi quàm promouēdi clericalis obſequij ſic ſpatia diſpēſanda cōcedimus: Vt ſi qs monaſterialib9 c diſciplinis

Iuo p. 3. 142 & 143. Poly. l. 2. tit. 31. Anſel. li. 7. c. 46.

Ibidem c. 3. inf. d. 77. ſi quis.

† Contra text. in l. generaliter. & ibi Cyn. C. de cle. gloſ. & Bart. in l. ſ. §. fina. ff. de don.

COrpore. Hęc diſtinctio diuidit in duas partes. Et principaliter ī hac diſtinctio. tractat q̃ corpore vitiati ſ. impotētes vel magnis membris, & apparentibus vnde deformarentur, vel minoribus per culpā ſuam, promouendi non ſunt. Si autem à barbaris, vel dñis, vel ab inimicis ſecti fuiſsēt, vel à medicis vel caſu, poſſent promoueri: & hoc ꝓbat in prima parte ꝑ xij. auctoritates ſctōrū. Secunda ibi, Hoc autem. Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 55. di. in qua oſtēdit, q̃ corpore vitiati promoueri nō poſſunt: & quę pęna ordinatoribus talium ſit imponenda.

Corpore vitiati ſunt a promotione repellendi.

c ¶ Corpore vero vitiati.] Hic agitur de corpote vitiatis: & q̄ pęna debeatur ordinatoribus taliū. Notandum q̃ ſponte vitiati in quocunque membro, repelluntur a promotione & deijciuntur iam promoti, vt inf. eadem, pœnitētes ſunt. n. illi homicidæ. inf. eadem, ſi quis, & cap. qui partem. ſi autem caſu vitiati ſunt corpore, ſ. ab hoſtibus inuiti, vel ꝑ ꝑ ægritudinem uoluntarii: ſiue a ſe ſiue a medicis, non obſtat eis. inf. ea. ſi quis a medicis. 2 Si autem alias ſunt uitiati: aut ipſi inſiſtebant operi licito, aut operi illicito. Si illicito, repellūtur: ſi licito, & ſunt vitiati in minimis mēbris, ſiue occultis, non repelluntur a promotione, ut j. ead. qui partem. & c. eunuchos. Sed ſi in magnis. & manifeſtis, non promouentur, vt infra ca. ſi Euangelica. Si ergo aliquis in principalibus membris. ſ. in oculo vel manu habet enorme vitium, non promouetur: ſecus ſi modicum, & quod non generet ſcandalum, vt extra de cler. ægro. vel debili. cap. presbyterum, extra de corpo. vitia. c. 1. & 3. 2. Ioan.

2 Et c. vl. vbi de hoc & in præced. cap. presbyterorū. Archid.

PRiſcis.) CASVS. Tempore Gelaſij in quadam prouincia eccleſię erant ita deſolatæ officio clericorum rificentia priſcorum canonum, qui tales prohibent, niſi ex neceſſitate ꝑ eccleſias ordinari. & hoc in prima parte. In ſecunda parte quæ incipit ibi, (Ne ſit.) ponit undecim impedimenta quæ prohibent ſupradictos promoueri etiam inſtante neceſſitate.

b ¶ Vel ſufficientibus.) Vbi. n. non eſt copia aliorum, bene aſſumuntur minus legitimi, vt ff. de decu. generaliter, §. pen. ſic alias in defectum probationum admittitur minus idoneus teſtis, vt 4. q. 3. §. item in criminali. ver. item ſerui. 14. q. 2. c. 2

Legitimis deficientibus aſſumuntur minus legitimi.

c ¶Monaſterialibus.) Hic videtur q̃ monachi nō poſſunt eſſe prælati eccleſiarum ſæcularium, niſi ex diſpenſatione, extra de capel. mona. c. in eccleſiis extra de ſta. mona c. 2. Hug dicit, q̃ de iure poſſunt: dum tñ hēar & abbatis, & epi conſenſum. 16. q. 1. cum pro utilitate & cap. doctos. De regularibus habes, quod licitè poſſunt, vt extra de ſtat. monac. cap. quod Dei. Ioan. credo quod de iure communi poſſunt promoueri, ſi poſſunt ſecum habere ſocium ſui ordinis, vt extra eo. tit.

mona-

Et iſta fuit ſa Tan. & Goſ. Dicūt im ꝙ in la decret. monachi. ꝯ- tur ius e exdiſpē ... tñ cum cō- ... abba- ... mo- ... ſti ... pa ... li. ... i pa- ... do ... pro ... c'ti ... tus. ... hoc de ... di ... intelli ... Arch.

monachi 1 B. De hoc ad plenum. 16. q. 1. in ſumma.

N Vllus.] CASVS. Antiquitus facta fuit conſtitutio, vt nullus epiſcopus ordinaret pœnitentē, vel bigamum, vel viduæ maritum, vel corpore vitiatum, quam epiſcopi male ſeruabat, & ideo Arelaten. conciliū nunc ſtatuit regulam ſeueriorem, vt quicunque amodo tales ordinauerit, anno integro ceſſet a celebratione Miſſarum, & ſi celebrauerit, poſt excommunicationem deponetur. Sequens capitulum patet.

a ¶ Seueriorem.] Et nōne ſeuerior fuit illa conſtitutio, quæ priuat tales poteſtate ordinandi, vt 36 di. qui eccleſiaſticis, ſic & hic adijcitur alia pœna.

eruditus ad clericale munus accedit, etiam de laicis ante acta eius vita requiratur. ¶ Ne ſit aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adoleſcentia ſordidatus, vel corpore vitiatus, vel ſeruilis, vel originariæ conditionis, vel curiæ, vel publicarum rerum nexibus implicatus, vel publica pœnitentia notatus, vel nulla congruentis temporis expectatione diſcuſſus.

α ¶ Eatenus eccleſijs,] *Reſtitutus eſt hic locus ex epiſtola Gelaſii & Iuone.*

β ¶ Monaſterialibus.] *Hic de induſtria videntur Gelaſii verba mutata, & in compendium redacta: integra autem referuntur infra diſt. 77. c. ſi quis. & ibi legenda.*

Item ex concilio Arelatenſi. 3. c. 3.

¶ Annuæ ſuſpenſioni ſubiaceat, qui prꝫter canonum formam aliquem ordinat. Cap. II.

NVllus pœnitentem, nullus bigamum, nullus viduarū maritos in prꝫdictis honoribus audeat ordinare. Et licet hoc iam prope omnium canonum inſtituta contineant; tamen ne cuiquam ſacerdotum ſupplicantium (ſicut iam diximus) importunitas, vel ſuggeſtio iniquā ſubrepat; neceſſe fuit, vt nunc ſeueriorem [a] regulā ſibi velint Domini ſacerdotes imponere. Et ideo, quicūque ab hac die contra ea, quæ ſuperius ſunt comprꝫhēſa, clericum ordinare præſumpſerit; ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, anno [b] integro Miſſas facere† non præſumat. Quam rem ſi quis obſeruare noluerit, & contra conſtitutum fratrum faciens Miſſas celebrare præſumpſerit; eccleſiꝫ communione priuetur, γ & ab omnium fratrum communione † nouerit ſe alienum: quia dignum eſt, vt ſeueritatem eccleſiaſticæ diſciplinæ ſentiat, qui toties ſalubriter a ſanctis patribus inſtituta obſeruare contemnit.

† *al. celebrare.*

† *al. charitate.*

γ ¶ Eccleſiꝫ communione priuetur.] *Hæc verba non ſunt in ipſo concilio, & videntur idem ſignificare ac ſequentia: ſunt tamen in vetuſtis quoque Gratiani codicibus.*

Item Hilarius in concilio Romano ab ipſo habito, ca. 3. [paulo tamen aliter.]

¶ Non ordinentur pœnitentes, vel illiterati. Cap. III.

Anſel. l. 7. c. 16.

POenitentes vel inſcij litterarum, aut aliqua mēbrorum damna perpeſſi ad ſacros ordines aſpirare non audeant. Quiſquis autem talium conſecrator extiterit; factum ſuum ipſe diſſoluet [c].

Ex priſca verſione.

Corpore autem vitiati intelliguntur non caſu, ſed propria voluntate abſciſſi.

Vnde in canonibus Apoſtolorum, c. 22. & 23. legitur.

¶ Qui ſemetipſum abſciderit, non ordinetur. Cap. IV.

Anſel. 7. ca. 37.

SI quis.

b ¶ Anno.] No. hic annum computari a tempore ſcientiæ, vt 17. q. 2. ſi quis incognitus. 2. q. 6. c. biduum. Quid ſi annus ſit biſſextilis, in quo aliquis ſuſpenſus eſt, nunquid ſufficit abſtinere ccclxv. dieb. non vr: quia illi duo dies habentur pro vno 2, vt extra de ver. ſig. quæſiuit, ſed non eſt ita, vt ff. de ſtat. lib. cū hæres. §. Stichus. quia hoc c. loquitur de vitiatis in anima 3. & quantum ad hoc facit ad propoſitū magiſtri.

Annus biſſextilis duos dies facit haberi pro uno

2 Adde hic ad hoc an. biſſextus cōputet in numero dierū & mēſium. no. in gl. ſi. in l. 2. ff. de diuer. & tēporū præſc. & gl. in l. biſſextus. ff de ver. ſig. 313. diſt. vſque. 4 Vbi d hoc. ex. de præb. cū nō ignores. in fine.

P Oenitentes.] c ¶ Diſſoluet.] Argu. aliquē venire contra factum propriū ſi. 35. q. 9. quod quis. 12. q. 1. certe 4. extra de elect. noſti. argu. contra de cler. coniu. diuerſis fallacijs. extra de conceſ. præben. cum ſuper quæſtione. extra de fil. presby. veniens. Vel dic quòd ipſe dicitur diſſoluere, quia ob ignominiam ſui diſſoluitur. ſic 90. diſtinct. neminem. & 71. quæſt. 2. capit. 1. cum enim ipſe ob hoc ſit dignus depoſitione, ipſemet non diſſoluit. Ioan. Solu. de iure communi non poteſt aliquis venire contra factum ſuum, niſi in caſib. expreſſis in iure 5. B.

5 Adde an & qñ quis poſſit cōtra factum propriū venire. & not. in l. poſt mortē. ff. de adop.

CORPORE. CASVS. Dicit Gratianus hic, quòd illi corpore vitiati ordinari prohibentur, qui non caſu, ſed voluntate propria ſe abſciderunt: quod probat ſequentibus capitulis.

S I quis.] CASVS. In hoc cap. dicitur, ꝙ ſi quis laicus ſibi virilia abſciderit, ad clericatū promoueri non poteſt: cum

cum ſit ſui ipſius homicida. Si vero abſcinderet, debet deponi, quia ſui eſt homicida. Sequen. cap. pater.

a ¶ Abſcidit.] Ex indignatione, vel etiam cauſa continentiæ.

SIMILITER. CASVS. Nunc dicit Gratianus, ꝙ illi qui à medicis ſecantur, vel a barbaris, vel qui caſtrantur a dominis, poſſunt promoueri, & ad hoc inducit ſequens capi.

h ¶ Similiter.] Iſtud reſpicit vltimam partem pced. c. Si

abſcidit[a] ſemetipſum: [ideſt †, ſi quis amputauit ſibi virilia.] non fiat clericus[b], quia ſui eſt homicida[c], & Dei cōditionis inimicus. ¶ Si quis cū clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur: quia ſui eſt homicida.

† Iſta eſt gloſſa in uetere verſione,

Cap. 21;

Item ex concilio Arelatenſi 2. c. 7.

¶ Non producantur ad clerum, qui ſeipſos abſcindunt. Cap. V.

HI †, qui ſe carnali vitio [d] repugnare neſcientes, abſcindunt: ad clerum peruenire non poſſunt.

† *Si qui*] orig.

Item Innocentius ſcribit Fœlici Nuceriano epiſcopo, epiſt. 4. c. 1.

In conc. Tribur. c. 33. Poly. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 14. Iuo par. 6. c. 58. Anſel. l. 7. c. 35. Pann. l. 3. c. 43.

¶ Non eſt ordinandus, qui partem digiti volens ſibi abſcidit. Cap. VI.

QVi partem cuiuslibet digiti [e] ſibijpſi volens abſcidit; hunc ad clerum canones non admittūt. Cui vero caſu aliquo contigit, dum aut operi ruſtico curā impendit, aut aliquid faciens ſe non ſpontè percuſſit; hos canones præcipiunt [f] & clericos fieri, & ſi in clero fuerint reperti non abijci †. ¶ In illis enim voluntas eſt iudicata † quæ ſibi auſa fuit ferrum inijcere α: in iſtis vero caſus [g] veniam meruit.

† Inferts ex iſto text ꝙ aliqu impedit fa ciēdum q factum te net. l. no dubium. C de leg. & l 1. §. biduū ff. quando app. ſit.

† *al. vindicata.*

α ¶ Inijcere.] *In originali ſequitur*, quòd ſcilicet & alij id facere dubitari non poſſit, in iſtis, &c.

Similiter [h] vero intelligendum eſt de ijs, qui per languorem a medicis ſecantur, aut a barbaris abſcinduntur, aut a dominis caſtrantur.

Vnde in Nicano concilio, c. 1. legitur.

¶ Qui per languorem a medicis deſecatur ad clerum valet admitti. Cap. VII.

SI quis a medicis [i] propter languorem deſectus eſt [k]; aut a barbaris exciſus, hic in clero pmaneat. Si quis autē ſeipſum ſanus abſcidit; hunc & in clero conſtitu-

In Tribur. ibi. Anſel. l. 7. c. 36. Poly. ibidem.

Origenes ſe eunuchum fecit.

b ¶ Clericus.] Sed quid dices de Origene, qui ſe eunuchū fecit, vt liberius ī occulto poſſet prædicare tempore pſecutionis eccleſiæ mulierib. tamen poſtea apud Cæſaream factus eſt ſacerdos? Itē Marcus præſcidit ſibi pollicem, vt ſic fieret indignus ſacerdotio: & tamen poſtea factus eſt ſacerdos: vt legitur in hiſtoria eccleſiaſtica. Sed hæc nō ſunt trahenda ad conſequētiam. 4. q. 1. c. ult. 7. q. 1. petiſti 1.

Marcus ſibi pollicē præſcidit.

1 Ad hoc 7. q. 2. §. is ita. 4. q. 3. c. ult.

c ¶ Homicida.] Non quod homicida tūc ſit factus: ſed ,pter homicidij periculū; quod ſequi poterat ſectionē, dicitur homicida: ſicut qui infantē exponit, homicida dicitur. 87. diſt. cap. ult. Et eſt arg. ꝙ non eſt conſiderandū quid eueniat, ſed quid euenire poſſit, ut 22. q. 1. ī nouo 21. diſt. denique. 23. q. 5. relegentes. ff. de his qui deiec. uel effu. l. ſi vero. §. penul. & C. de uſufr. ambiguitatē. Arg. cōtra. 23. q. 5. de occidendis.

d HI qui vitio.] ſupra 23. diſtin. maritum, &c.

QVi partem.] CASVS. Duo fuerunt homines, qui ſemetipſos abſciderunt: vnus ſponte. alius caſu, cum ruſticano operi curam impenderet. quæſiuit Nucerianus epiſcopus, an valeant promoueri? Reſpondet Felix Papa, ꝙ ille q ſe abſcidit ſpōte, nō poteſt: ille vero qui caſu ſe abſcidit, poteſt promoueri: & ſi clericus eſt, non deponetur: quia caſus veniam meretur: ſed voluntas propria vindicanda eſt.

Membra poteſt quis q̄ñque diminuere. ut Hierony. & Eſa.

e ¶ Digiti.] Forte ſi haberet ſuperfluos digitos, eos poſſet præcidere: ſicut vngues, vel dentes nimis prolixos præcidere poſſet. & Hieronymus fecit ſibi ſecari dentes: & Eſaias ſuam linguā amputauit, vt 8. q. 1. in ſcripturis. Arg. contra 35 diſt. ab exordio. ubi dicitur, ꝙ Deus nihil ſuperfluū creauit in nobis, & eſt arg. ad hoc ſup. ea. quis. ubi dicitur ꝙ Dei conditionis eſt inimicus.

1 Concor. tex in l. 1. ff. de do. facit tex. in l. tutor ff. de ſuſpe. tuto.

f ¶ rſæcipiunt.] ideſt, permittunt. ſic 31. q. 1. hac rōne.

g ¶ Caſus.] Sic ſimplicitati & ignorantiæ venia tribuatur. inf. de conſec. diſt. 2. c. 3. & extra de re. permu. cum uniuerſorum 2. tamen caſus non excuſat in amotione terminorum. ff. de termi mo. l. 2.

SI quis à medicis] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſi quis per lāguorem a medicis ſectus fuerit, vel caſu a barbaris vel abſciſus, vel a domino caſtratus, poterit promoueri ſi alias eſt dignus, & eſt clericus, non repelletur. Si quis vero cum ſanus eſſet, ſeipſum ſponte abſcidit, non promouebitur, & ſi promotus eſt, debet repelli. Sequens c. planum eſt.

i ¶ A medicis.] Medicus licite promouetur, ſi eum non remordet conſcientia. extra de ætate & qualit. ad aures ei enim nen imputatur euentus mortalitatis. ff. de offic. præſid. illicitas. §. ſicut. & tamen imperitia eius culpæ annumeratur. ff. ad legem Aquil. idem iuris. circa medium.

Medicus poteſt promoueri.

K ¶ Deſectus eſt.] Vt tamen non pariat nimiam deformitatem, ut extra de cle. ægro. presbyterum.

a ¶ Anda-

a ¶ Audentq.] Qui enim ſibi audet manum inferre, multo potius aliis auderet, vt ff. de ædi. edi. cum autem. §. excipitur. 23. q. 5. ſi non licet.
ADDITIO. Et miles, qui ſe ipſum vulnerauit, punitur ſecundũ id quod habetur ff. de re milit, omnes. l. qui ſe.
b ¶ Aut

b ¶ Aut domini.] Qui autem ſeruum caſtrat, capite punitur & ſeruus & medicus. ff de ſic l. 4 §. vlt. & locus in quo hoc factum eſt, confiſcatur. C. de eunu. l. 1.

E Vnuchus.] Talis. n. vitioſus eſt, vt ff. de ædil. edic. cũ autem. & qñq. pretioſior. ff. ad legẽ. Aqui. ſi ſeruus: §. & ſi puerum.

tum † abſtinere conuenit, & deinceps β nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quod de his, qui hanc rem affectant, audentque [a] ſemetipſos abſcindere, dictum ſit; ſic eos, quos aut barbari, aut domini [b] caſtrauerunt, ſi inueniuntur alias † digniſſimi; tales ad clerum ſuſcipit regula.

† ἐξεταζόμενον.

† ἄλλως ἄξιοι.

β ¶ Et deinceps.] *His verbis inhil reſpondet in Græco vulgato codic i: ſed optime apud Balſamonem quemadmodum & in Carthaginenſi 6. in capitulis Nicanæ ſynodi a Tcilone & Theariſto verſis.*

Item ex canone Apoſtolorum vigeſimo primo.

¶ Licite ordinetur epiſcopus, qui per hominum inſidias eunuchizatur. Cap. VIII.

EVnuchus [c], ſi per inſidias α hominũ factus eſt, vel ſi in perſecutione [d], eius ſunt amputata virilia, vel ſi ita natus [e] eſt, & eſt dignus, fiat epiſcopus β.

α ¶ Per inſidias.] ἐξ ἐπηρείας, ideſt, ex inſultu, & iniuria.
β Epiſcopus.] *In Græcis exemplaribus non habetur vox iſta, & videtur ſubintelligi, κληρικός.*

Item ex Martino Bracarenſi epiſcopo in capitulis ſynod. Græc. c. 21.

¶ Non excluduntur a clero, qui à medicis, vel à barbaris vel à dominis ſuis caſtrantur. Cap. IX.

Iuo p. 6. c. 374. Pan n. l. 3. c. 56.

SI quis pro ægritudine naturalia à medicis ſecta habuerit, ſimiliter, & qui a barbaris, aut dominis ſuis fuerint caſtrati, & moribus digni fuerint viſi, hos canon admittit ad clericatus officium promoueri. Si quis autem ſanus, non per diſciplinam [f] religionis; & abſtinentię, ſed per abſciſionem plaſmati a Deo corporis exiſtimans poſſe a ſe carnales concupiſcentias amputari, caſtrauerit ſe; non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod ſi iam ante fuerit promotus ad clerum; prohibitus a ſuo miniſterio deponatur.

Item ex concilio Ilerdenſi.

Concordat Tribuzienſe, c. 33.

¶ Non prohibetur a ſacris ordinibus, qui à medicorum inciſione claudus efficitur. Cap. X.

Burch. l. 2. c. 15. Iuo par. 6. c. 34. Pann. l. 3. c. 42.

SI quis in infirmitate poſitus clericus, medicorum inciſione claudus [g] efficitur, promoueri ad ſacros ordines eum non denegamus.

Item Stephanus Roberto Metenſi epiſcopo.

¶ Non prohibetur a clero, qui digitum ſibi caſu abſcidit. Cap. XI.

† al. Flauianus. Iuo p. 6. c. 118. Pann. l. 3. c. 44.

LAtor præſentium Flauius † ſcilicet clericus ad ſanctã ſedem Apoſtolicam veniens detulit a te nobis directam epiſtolam, qua indagare ſtuduiſti, eum a Normannis [h] nuperrime captum ſiniſtræ [i] manus digitum habere

d ¶ Si in perſecutione.] Non eſt ergo neceſſe ſeruare carnẽ illam, vel puluerem vt dicunt vulgares.
e ¶ Natus.] vt frigidus.

SI quis pro ægritudine.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod ſi quis propter infirmitatẽ a medicis ſect⁹ fuerit vel a barbaris vel a domino ſuo caſtratus fuerit: ſi alias dignus eſt, poterit promoueri. Si quis vero cũ ſanus eſſet ſpõte ſibi virilia amputatuit, vt a carnali cõcupiſcentia abſtineret: ꝓpter hoc, & nõ propter abſtinentiã nõ poteſt promoueri. & ſi promotus eſt dẽt deponi. Sequens cap. patet.
f ¶ Non per diſciplinã.] Vt videatur coram hominib. eius continentia. & forte hoc facit propter hypocriſim: ſic 35 diſ. eccleſiæ principes.
g SI quis claudus.] Nõ tñ vt oporteat ipſum ire cũ baculo ad altare, vt de conſecra. diſt. 1. nullus epiſcopus. tamẽ ſecuudum legem veterem claudus non ꝓmouebatur, 49. di. c. 1, & vlt.

Claudus an poſſit promoueri.

LAtor pręſentiũ.] CASVS. Flauius cleric⁹ captus a Normãnis amiſit digitũ ſiniſtræ manus: & ꝓpter hoc Robertus epiſcopus ſuus miſit eum ad Papam cum litteris ſuis: & quæſiuit ſi poſſet promoueri. Et rñ. Papa ſe vidiſſe qđ acciderat. Vnde commendans epm de ſua ſolicitudine dicit, quod ſi a barbaris ſectus fuerit, & alias dignus eſt, poterit ꝓmoueri: cum canones in ſimilib. caſib. idem dicant.
h ¶ A Normannis.] de iſtorũ ferocitate habes infra. 7. q. 1. ſciſcitaris 1.
i ¶ Siniſtræ.] Idẽ ſi

Normanni feroces sũt.

1 De Vngaris habes de conſec. diſt. 1 concedimus Arch.

dextræ dum tamen non ſit deformitas magna. extra eod. cap. 1. & extra de cleric. ægrotan. presbyterorum. maxime ſi non amiſit aliquem de illis, per quos fit ſignū crucis.

PRæcepta.] CASVS. Presbyter Stephanus inter acutas ſudes amiſit burſam teſticulorū, dum præſidio fugæ niteret euadere imminētes gladios Barbarorū qui Thuſciā præ omnibus prouincijs deuaſtabant: & propter hoc Palladius eps priuauit eū officio & beneficio. Stephanus vero conqueſtus eſt Papæ de facto epiſcopi. præcepit ergo Gelaſi⁹ Palladio epiſcopo, vt ſibi reſtituat vniuerſa quia ſicut canones non patiuntur debilitatos per culpam ſuam in magnis mēbris promoueri: ita promoti per caſum fortuitum debilitati in membris, non debent repelli.

a ¶Debiles.] Scilicet voluntate, non caſu.

b ¶Inferiores.] Videbatur quod iſte non poſſet eſſe ſacerdos. quia nec miles eſſe poſſet niſi haberet ad minus vnum teſticulū. ff. de re mil. qui cum vno.

Miles eſſe non poteſt qui caret teſticulis.

c ¶Poſtmodū.] Arg. ꝙ licet quis perueniat ad ſtatū a quo ñ poteſt incipere, tamē toleratur 29. q. 2. per latū. 30. q. 1. ad limina. 32. q. 7 hi, q. &c. neq; arg. cōtra extra dē ætа. & qual. c. 1. Solu hic nō fuit in culpa: ibi ſic. 15 q. 1. c. ſi.

HOC AVTEM. Hæc eſt ſecūda pars diſt. in qua dr̄ qđ in prox. cōtinetur. Ioā. de Fan. & ſic continuatur. dictū eſt ſupra in pluribus capitulis quod nō repellit a promotione q caſu vel ægritudine uel perſecutione perdidit membrū. Nūc vero dicit Gratianus ꝙ hoc non intelligitur de quolibet mēbro. Nam qui oculum qualitercunque amiſit, promoueri non debet ad ſacerdotium.

z Adde hoc quod le. & not. 1 q. 1. cap. 1. in fin. in gl. in ead. eccleſia. Archid.

oculum eius eruit. Ideo Rufinus epiſcopus priuauit eum officio presbyterij, poſt hoc factū poſtulabat diaconus in ſacerdotem promoueri duabus rationibus. Tum quia inuitus oculum amiſerat. Tum quia in recompenſationem ſuæ iniuriæ. quod totum Rufinus epiſco-

abſciſſum: ſciſcitans ſi ob hoc ad eccleſiaſticum ordinem valeat promoueri, an non. ¶Quod & nos reperiētes, quia ſolertia tua magis ſuper hoc ſolicita à ſede Apoſtolica doceri flagitat, normam iuſtitiæ ſemper ſequi exoptans, ſtudium tuæ ſanctitatis merito collaudamus, reuerentiam tuam ſcire volentes, quoniam ſi ita eſt quod a Normánis digitum ipſum habeat obſciſſum, ad promouendum (ſi alias dignus fuerit) nil ei nocebit, eo, quod quid de his, q a dominis vel medicis, ſiue a paganis non ſponte tale quid patiuntur, ſacris cēſeant canones, dilectionem tuam latere non credimus.

Item Gelaſius Papa Palladio epiſcopo.

¶Tempore ſinceritatis dignitas accepta ſequente debilitate non amittitur. Cap. XII.

PRæcepta canonum, quibus eccleſiaſtica regitur diſciplina, ſicut ad ſacerdotium debiles [a] corpore non patiuntur venire; ita & ſi quis in † eo fuerit conſtitutus, ac tunc fuerit ſauciatus, amittere non poteſt, quod tempore ſuæ ſinceritatis accepit. ¶Stephanus ſi quidem presbyter petitorio nobis defleuit oblato, quod habetur y in ſubditis, [Olim ſibi ante annos plurimos collatam presbyterii dignitatem, quam rè vera immaculati corporis iudicio † ſuſcepiſſet; ſed nuper propter prouinciæ vaſtitatem (quā Thuſciæ præ omnibus, Barbarorum † feritas diuerſa ſectantium, & ambiguitas inuexerit animorum) dū imminētes gladios euadere ſugæ præſidio niteretur, acutis ſudibus occurrentia ſibi ſepta tranſiliens, inferiores [b] partes corporis inſeruiſſe ſuggeſſit, quæ vix adhibita curatione biennio potuiſſent odſtergi †.] Et ideo frater chariſſime ſupradicto locum ſuum, dignitatemque reſtitue, quatenus ſacroſancta myſteria, ſicut conſueuit, exerceat. Neq; enim conuenit, ob hoc auferri ante ſuſceptum ordinem, in quo poſtmodum [c] in inualitudinem corporis caſu probatur faciente collapſus.

Anſel. l. 7. c. 39. Iuo p. 6 c. 107. Pann. l. 3. c. 55. Poly. l. 2. tit. 31.

† *in eo actu*) Iuo.

† *al. indicio.*

† Adde qui de iure dicantur barbari. no glo. in proœ. inſti. §. quorū verb barbaricæ gentes.

† *al. abſtrini.*

y Quod habetur.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo & antiquis codicibus Gratiani. Nam hæc eſt uſitata forma in epiſtolis Romanorum Pontificum, vbi propria verba petitionem ſubiungunt. Antea legebatur:* quod habetur.

z *Hoc autem non de omnibus membris intelligendum eſt. Qui enim oculum caſu amiſerit licet deſit voluntas; tamen ſacerdotium adipiſci non poſſunt.*

Vnde Gelaſius † ſcribit Rufino epiſcopo.

† *al. Pelagius.*

¶Non ſunt præſtanda iura ſacerdotij cui oculus erutus eſt. Cap. XIII.

SI euangelica admonitio iracundiā nec vſque ād verbū furētem proſilire permittit, ut ſi Racha fratri ſuo quis dixerit, reus ſit gehēnę ignis: quali putamus pœna plectē

Polyc. ibidem. Anſ. l. 11. c. 169. *Matth. 5.*

SI euangelica.] CASVS. Quidam diaconus ad tantam iracundiam quendam ſacerdotē prouocauit, ꝙ ille ſacerdos nō ſolum percuſſit diaconum fuſte, ſed etiam

epiſcopus Papæ ſignificauit. præcipit ergo Gelaſius Papa, vt presbyterum detrudat in monaſterium: & loco eius aliū ordinet, nec diaconum in ſacerdotē promoueat quia

quia ſacri canones nullum caſum in monoculo excipiunt, vt promoueri poſſit, nec ei prodeſt, ꝙ oculum inuit amiſit: maxime cum ad tantam iracundiam ſacerdotem prouocauerit, vt ille officium, & iſte promouendi facultatem amitteret.

a ¶ Inui-

bijs uel canonia regulari, & hoc probat p ca. Vrbani, quod ſolum. cap. continet ius commune. Secunda ibi, [Sed hoc.] Tertia ibi.] Contra.] Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur. 56. diſt. in qua agit Gratianus de filijs presbyterorum, & oſtendit qui eorum promoueri poſſunt, & qui non, allegando pro vtraque parte, & ſolutionem ponendo.

dum eſſe, qui nō ſolum pugno impie percuſſit in leuitici hominem officio miniſterio ſeruientem; ſed quaſi nō ſufficeret ad cædē manus; ita (inſtigante ſe diabolo) raptus eſt ad iracundiam, vt fuſte non ſolum percuteret, ſed ēt erueret oculum fratris? Et quamuis huiuſmodi exceſſus grauiori eſſet pęna plectendus; bene tamen fraternitas tua facit ab officio eum presbyterij remouere. Hoc tamē ſolicitudinis tuæ ſit, vt locum ei pœnitētiæ cōſtituas, & in aliquo eum monaſterio retrudas, laica tantummodo ſibi communione conceſſa. In loco autem illius alium te neceſſe eſt ordinare presbyterū. Nam illi, cui erutus eſt oculus, non poſſunt ſecundum canones ſacerdotij iura concedi. Neque enim aliquid ei prodeſt, quòd oculum inuitus [a] amiſit; cum nec volens quiſquam oculū amiſiſſe credēdus eſt; nec ſanctiſſimos canones aliquem caſum in amiſſione oculi, qui ad ſacerdotium adipiſcendum non impediret, ſuis excepiſſe [b] regulis inuenimus. ſed hoc tātummodo ad ꝓhibitionem ſuffeciſſe videmus patribus, vt qui careret oculo, ſacerdotij officium adipiſci nō poſſit. Sed nec illi vllatenus quaſi in compeſationem iniuriæ [c] ſacratus ordo concedi poterit; qui ad tantam ſacerdotem proprium potuit iracundiam prouocare [d], vt & ille officium, in quo erat, amitteret, & iſte prouectus ſui perderet facultatem.

Iuo p. 6. c. 115.

e ¶ Presbyterorū] de legitimis filijs nō eſt dubium quin licite promoueantur. infra ead. §. cum ergo. ſed illegitimi non: ſi tamē ſint in monaſterijs, vel canonijs regularib. licitè promouentur, vt inf. eo. c. 1. & ext. eo. c. 1. et c. ad abolēdam. quia ingreſſus monaſterij tollit irregularitatē 2. vt 16. q. 1. legi. 16. q. vlt. ca. vlt. et in auth. de monachis. in prin. coll. 1. Licet quidā cōtrariū dicant, & dīt, ꝙ religio circa eos nō plus operatur, niſi ꝙ facilius cū eis diſpēſatur arg pro eis. 55. diſ c. priſcis. & 50. diſtin. c. fi. ille. Et dico e p̄m poſſe diſpenſare circa tales, vt ext. eo. veniens. & ca. ex tranſmiſſa 3. ſed ſolus Papa diſpēſat cū eis in ep̄atu, vt extra de elect. innotuit. Dicunt tn̄ quidā, ꝙ circa paternas eccleſias immediate habēdas ſol⁹ papa poſſit diſpēſare, arg. ex. eo. ex tua 4. ꝙ non credo, per illā decr. veniens Io. Sed certe ſolus Papa diſpenſat in hoc caſu, vt extra eod. c dilectus filius: & extra eod c. vlt. vbi de hoc traditur B.

Filij presbyterorum duplices ſunt.

2 Arg. contra extra q cler. uel uouentes. ca. 2. & de apoſt. ca. 2. vbi de hoc: & ibi vi deas.

3 Innoc. intelligit iſtā decr. de diſpenſatione Papæ. Aliq cōtra eo. ti. conquerēte. Archid.

4 Dicas ſecundū Rayne. & Hoſt. ꝙ in talibus eccleſiis poteſt epiſcopus diſpēſare cum filio illegitimo, ut probatur in hac decr. ex tua. cum ibi reſpondeat ad conſultationē. Arch.

DISTINCTIO LVI.

PResbyterorum [e] etiam filij ad ſacra officia non ſunt admittendi.

Vnde Vrbanus Papa ſecundus, ait.

In conſilio Claramontenſi, c. 25. & Melphitenſi, & in conſilio 1 Inno. 2. c. 19. 5 p Setētia eſt in conc. Lateran. ſub Alex. iij. p. 19. c. 2. Ex decret. Gregor. 7 & Vrbani 2. Anſ. l. 6. c. 150. Iuo p. 6. c. 41. o. Pann. l. 3. c. 51.

¶ Filij presbyterorum à ſacris prohibentur officijs. C. I.

PResbiterorū [f] filios [g] à ſacris altaris miniſterijs remouemus; niſi aut in cœnobijs [h], aut in canonijs † religioſe probat, fuerint conuerſati.

canonicis. regularibus

a ¶ Inuitus] Arg. eſt ad qōnē, ꝙ ſi ſponſa eſt oppreſſa à ſponſo, nō poſſet 1. intrare religionē, quia non prodeſt ei, ꝙ inuita eſt paſſa. Quid de hoc ſit, in quæſtionibus dixi B. Dic, ꝙ ingredi poterit non obſtante corruptela: quia non debet eſſe melioris conditionis malus quàm bonus. nā nemo ex ſuo dilicto, &c. vt ff. de reg. iur. non fraudatur. tamen qui oculum amiſerit, remanet tutor, vt C. de excuſa. tuto frater tuus.

1 Arg contra. 5. diſt. ad eius, ſecundū H.

b ¶ Excepiſſe.] Arg. quod vbi canon non excipit, nec nos excipere debeamus 2. q 5. conſuluiſti.

c ¶ Iniuriæ.] Quia pęna vnius non debet conuerti in præmium alterius ff. ad Sylla l. ſi ſequens. ff. ꝙ met. cau ſicut in exceptione. §. Vedius.

Pęna vnius non debet eſſe p̄mium alterius.

d ¶ Prouocare.] Grauius delinquit qui me ad iracundiam prouocat, quàm ego. C. ad l. Iul. de vi priua. quoniam. & 23. q. 5. c. ſi homo.

PResbyterorum.] Hęc diſt. diuidit in tres partes. In prima parte probat, qđ nullus illegitime natus promouetur, niſi in cęno-

PResbyterorum. CASVS. Quæſitum fuit an filij preſbyterorum ſint promouendi? Et rn̄det, non, niſi in monaſterio vel regulari canonia fuerint conuerſati.

f ¶ Presbyterorum.] Idem de diaconis & ſubdiaconis, quia non eſt alia cauſa prohibitionis, niſi quia timentur in eis exempla paterni criminis. vt 6. q. 1. ſi quis cū. & etiam propter odium paternum, vt 15. q. vlt. cū multæ. & 24. diſt. quando.

g ¶ Filios.] Sed nunquid hoc ad nepotes extenditur? & videtur ꝙ ſic: quia nomine filiorum nepotes continentur. ff. de verb. ſign. liberorum. & argu. ff. ad Maced. filium. Sed non eſt ita: quia odia ſunt reſtrigenda, et de pęn. diſt. 1. pœna. ff. de liber. & poſthu. cum quidā. tollitur enim vitium per ſuceſſionem, vt infr. ead. dn̄s: & licèt ſenator non poſſit ducere illam cuius pater vel mater artem ludicram fecit: tamen poteſt illam ducere cuius auus, uel auia artem ludicram fecit, ut ff. de ritu nup. l. lege Iulia. §. 1.

Filiorū appellatione nepotes cōtinentur.

h ¶ Cęnobijs.] Sed hoc ad facilitatē diſpoſitionis refe-

 ras, vt

Locus non ſanctificat.

ras, ut quidam dicunt. Idem eſt vbicunque conuerſentur religioſi: quia locus non ſanctificat hominem, ut 40. diſt. non loca: nam conuerſati in monaſterijs ſæpe deteriores ſunt alijs, ut 47. diſt. quantumliber.

SED HOC. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis in qua probare vult, ꝙ ſi boni fuerint, non nocent illis natales parẽtum. & hoc vult probare per 8. auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus, quòd ſupradicta intelligunt de filijs ſacerdotum, q paternam incontinentiam imitantur. Sed ſi ſunt bonæ uitæ, non ſolum ſacerdotes, ſed etiam Papæ fieri poſſunt. Qđ probatur exẽplo Bonifacij, & Fœlicis, & Agapiti, & multorũ aliorum, qui fuerut filij ſacerdotum, & tamen ad ſummum ſacerdotium ſunt ꝓuecti.

a ¶ Sed hoc intelligendum eſt.] Iſtud ſpectat ad principiũ capituli.

O Sius.] Aliàs Oroſius. Omnia iſta exempla intellige de his, qui laicali ſtatu, vel minoribus ordinibus orationibus parentum ſuſcepti ſunt: quãdo ſuis parentib. licebat uti vxoribus ſuis infra co. cum ergo. Archi.

V Ndecunq.] CASVS. Ab hoc loco vſque ad [§. Contra.] Probat Gratianus peccata parentum filijs non imputari. eſt ergo caſus iſtius cap. talis. Duæ q̃ſtiones factæ fuerunt Auguſt. Prima fuit, an peccata parentum filijs imputentur. Et reſpõdet, ꝙ non ſi paterna uitia non ſequantur. Semen enim hominis ex quocunq; homine bonum eſt, & Dei creatura eſt. Secunda fuit, an mali filij coniugatorũ nuptias vituperent, & reſpondet ꝙ non: ſicut nec boni filij adulterorum eos ab adulterio excuſant.

b ¶ Nulla eſt] Similis locutio: Veſtes quas geritis, ſordida lana fuit.

a ¶ ſic

2 *Sed hoc intelligendum eſt* [a] *de illis, qui paternæ incõtinentiæ imitatores fuerint. Verum ſi morũ honeſtas eos commendabiles fecerit; exemplis & auctoritatibus non ſolum ſacerdotes, ſed etiam ſummi ſacerdotes fieri poſſunt.*

In Pontificali.

[Vnde Damaſus Papa ſcribit.]

PALEA Cap. II.

OSius Papa fuit filius Stephani ſubdiaconi. Bonifaci⁹ Papa fuit filius Iucũdi presbyteri. Fęlix Papa filius Fęlicis pręsbyteri de titulo faſciolę. Agapitus Papa filius Gratiani presbyteri. Theodorus Papa fili⁹ Theodori epiſcopi de ciuitate Hieroſolyma. Siluerius Papa filius Siluerij † epiſcopi Romæ. Deuſdedit Papa filius Stephani ſubdiaconi. Fęlix enim tertius, natione Romanus, ex patre Fęlice presbytero fuit. Item Gelaſius natione Afer, ex patre epiſcopo Valerio natus eſt. Itẽ Agapitus natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero originẽ duxit. Cõplures etiam alij inueniũtur, qui de ſacerdotibus nati Apoſtolicæ ſedi præfuerunt.

† *al. Homiſdæ.*
Iuo in prolo.
Pann in prologo. c. 30. & lib. 3. c. 52.

¶ *In nullo vetuſto Gratiani codice adſcribitur hic nomẽ Paleæ: In decimo Vaticano, & alijs quibuſdam habetur coniunctè cũ verbis ſuperioribus Gratiani. à verſ.* Fęlix enim tertius, *vſque ad finem. In alio autem ſatis etiam emẽdato iſta eadẽ cohærẽt cum ſuperioribus; ſed poſt illa verba,* ex patre Gordiano presbytero originẽ duxit, *ſequitur:* vnde Damaſus Papa ſcribit. Deuſdedit Papa filius Stephani ſubdiaconi, Bonifacius Papa filius Iucũdi presbyteri, Fęlix Papa filius Fęlicis presbyteri de titulo faſciolæ, Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori epiſcopi de ciuitate Hieroſolyma, Siluerius Papa filius Hormiſdæ epiſcopi Romæ. Complures etiam, &c. *Nec vero magnopere mirandũ eſt hæc omnia ex Damaſo citari, q vixit ante iſtos, qui hic enumerãtur. Liber enim qui Põtificalis dicitur, vbi hæc ſcripta ſuis locis leguntur, à Damaſo captus eſt ſcribi: ideoque licet ab alijs multa deinde ſint addita, retinuit tamẽ primi auctoris nomen: Iuo quidẽ etiã fere iſta refert ex Geſtis Romanorum Pontificũ. Omnino partem aliquam huius capitis, ſaltem illam, quæ in decimo Vaticano habetur, ab ipſo Gratiano ſcriptã eſſe conſtat ex verbis Gratiani in extremo præcedente capite, & capite penultimo huius diſtinctionis. Auctor vero Paleę, dum vnum per ſe caput conficere voluit, ordinem perturbauit, præſertim in repetione Fœlicis tertij, & illud Oſio temere adiunxit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit.*

Hinc Auguſtinus ait libro de bono coniug. cap. 16.

¶ Vitia parentum, filijs non imputantur. Cap. III.

Sent. 4. diſt. 33. in fine 32. q. 4. ſicut, §. vndecunque.
Iuo in ꝓlogo. & p. 6. c. 415.
Pann. in prologo. c. 29.

VNdecumque homines naſcãtur, ſi parentũ vitia nõ ſectentur, & Deũ rectè colãt; honeſti & ſalui erũt. Semen enim hominis ex qualicunque homine, Dei creatura eſt; & eo male vtentibus male erit, nõ ipſum aliquando malum erit. Sicut autẽ boni filij adulterorũ, nulla [b] eſt

Patris delictū an nocet filio:

a ¶ Sic mali filii.] Nota ꝙ bonū pcedens non excuſat malum ſequens: nec bonū ſequens purgat malum præcedens, vt 23.q.5.relegentes.& 14.q.5. forte & cap. neque. Sed verum eſt, ꝙ non nocet delictum patris filio quantum ad vitam æternam[1], nocet tñ quo ad ordines item quo ad ſucceſſionem, vt 6. q. 1. ſi quis cum. item quo ad alias pęnas, vt 1. q. 4, §. item peccato. Mitius tamen loquitur lex de illis qui ſpurii ſunt, ꝙ non obſtet eis hoc, quin poſſint eligi ad decurionatum, quia non eſt impedienda dignitas eius, qui nihil admiſit 2, vt ff. de duco ſpurii. in prin. & l. generaliter. §. ſpurios. & Boetius; quid genus aut proauos, &c. & Iuuenalis. Tolle tuum Hannibalem. Malo pater ibi Terſites, dummodo tu ſis AEacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas: Quam te Terſite ſimilem producat Achilles.

† al. adulteriorum) orig.

Ad illa verba, *Iudas aūt genuit, &c.*

defenſio adulterii †, ſic mali filii [a] coniugatorum nullum eſt crimen nuptiarum.

Item Ioannes Chryſoſtomus homilia tertia in Matthaum.

¶De eodem. Cap. IIII.

Sent. ibidem. Iuo p.6.c.414.

NVnquam de vitiis erubeſcamus parentum, ſed vnum illud quæramus α, & amplectamur, virtutem videlicet. Huiuſmodi enim etiam ſi alienigenam quis habeat matrem, etiam ſi fornicatione pollutam, vel quolibet eiuſmodi decore ſordidatam; nihil tamen de eius aut vilitate fuſcabitur, aut crimine polluetur. Quod ſi fornicatorē ipſum ad meliora conuerſum nequaquam prior vita com maculat, multo magis ex meretrice natus, & adultera ſi propria virtute decoretur, parentum ſuorum nō de decoratur opprobriis. *Item infra.* ¶Non eſt omnino nec de virtute, nec vitio parentum aut laudandus aliquis, aut culpandus: nemo inde vere aut obſcurus aut clarus eſt: immo etiam (ſi quiddam a communi β opinione abhorrens dicēdum eſt) neſcio [b] quomodo ille magis reſplendet qui ex parentibus [c] a virtutibus prorſus alienis, ipſe tamen fuerit virtute mirabilis.

α ¶Quæramus.] *In verſione, quæ nunc vulgata eſt legitur,* atq; omnibus ſtudijs aſſequamur nobilitari propriarum honore virtutum. *Græce integer locus ita habet,* παιδεύων καὶ ἡμᾶς διὰ τούτων μηδέποτε ἐγκαλύπτεσθαι ἐπὶ τῇ τῶν προγόνων κακίᾳ, ἀλλ᾽ ἓν μόνον ἐπιζητεῖν τὴν ἀρετήν.

β ¶Si quiddam a communi] *Sic eſt emendatum ex Græco* εἰ δὲ χρή τι καὶ παράδοξον εἰπεῖν. *Antea legebatur, quemadmodum fere & in vulgata verſione, & apud Iuonem,* vt conſideratius aliquid dicamus, aut expreſſius.

Item Hieronymus in epiſtola ad Pammachium contra errores Ioannis Hieroſolymitani.

¶Non parentum, ſed propria culpa quemque condemnat. Cap. V.

Iuo p.6.c.413.

NAſci de adulterio, non eſt eius culpa, qui naſcitur; ſed illius qui generat. Quomodo in ſeminibus non peccat terra, quæ fouet; nō ſemen, quod in ſulcis iacitur, non humor & calor, quibus temperata frumenta in germen pollulant; ſed verbi gratia, fur & latro, qui fraude, & vi eripit ſemina; ſic in generatione hominū recipit terra, ideſt vulua, quod ſuum eſt [d], receptum confouet, confotum corporat, corporatum in mēbra diſtinguit, & inter illas ſecretas ventris anguſtias Dei manus ſemp operatur idemq; eſt corporis creator & animæ. Noli deſpicere bonitatē figuli tui, q te plaſmauit, & fecit, ut uoluit. Ipſe eſt Dei uirtus, & Dei ſapiētia, q in utero uirginis ędificauit

Eccle.33. 1. Cor. 1. 2. Iud. 11.

1 Nō mala parentum filiis non imputantur. ff. de decu. l 2. § 2. & vl. & filius fugitiui fugitiuus filius non eſt. ff. de fug. l. 1. ſecundū Laur.

NVnquam.] CASVS. Dicit Ioa. Chryſo. quod nunquā filius debet erubeſcere de vitiis parentum, dummodo ſit virtuoſus. Nam quācumcūque quis matrem habeat vilē & pollutam, nūquā de eius vilitate obfuſcabit vel polluet: qa ſi fornicatrix, vel fornicator poſt pęnitentiā ex vita nō maculatur, multo minus maculatur filius de meretrice natus, ſi virtute propria decoratur: imò magis laudandus eſt quam natus ex bonis & nobilib. parētibus, ſi malitiam ſequatur, & malus ſit.

b ¶ Neſcio.] Hoc vult dicere, ꝙ ille, q natus eſt ex parentibus prorſus alienis a virtutibus, dum tamen ipſe ſit bonus, melior eſt quam ille q natus eſt de bonis parētibus, licet ipſe etiam ſit bonus 2.

c ¶Parentib.] ideſt ratione parentum.

2 Magis. n. admirabilis eſt, qui exēplar non habuit, & bonus eſt: quā qui habuit, & bonus eſt. arg. 96. diſt. in ſcripturis. Archid.

NAſci.] CASVS. Rufinus natus fuit ex adulterio, & iō deſpiciebat creatorem, qui ſic eū formauerat, & culpabilem & peccatorē ſe propter hoc reputabat. Sed Io. Chryſoſtomus, ſcribit cōtra eum, & docet, ꝙ propter hoc non debet deſpicere Dominū, nec ſe peccatorē reputare quia nō ipſe, ſed qui eum de adulterio generauit, peccauit, ſemine abutēdo: ſicut nec peccat ſemē, quid in ſulcis naſcitur, ſed peccat fur qui rapit: & conſolatur eum duobus exemplis ſ. Iepte, qui licet fuerit filius meretricis, tñ ſāctus fuit Et exēplo Eſau. qui licet natus fuerit de legitimo coniugio, tamen malus fuit & peſſimus.

Mulieres ad quid producuntur.

d ¶ Quod ſuum eſt.] Mulieres enim ad hoc natura genuit, vt partus ederent 3, vt C. de indict. vidui. l. 2. & pudor eſt fœminis nuptiarum præmia non habere, ut 32. q. 2. pudor.

3 Et eſt maximum in mulieribus concipere, &c. ff. de ædil edi. quęritur. §. 1.

a ¶Sanctos.] Tamen in hoc non fuit ſanctus, ꝙ temerarium iurm voluit ſeruare, vt 22. q. 4. vnuſquiſque. ADDITIO Ibi innenies hanc hiſtoriam, ſecundũ Hu.

b ¶Triticum 24. q. 1: quoniam vetus.

SPonſus.] CASVS. Dr̃ in hoc c. ꝙ Chriſtus, qui quotidie vocat bonos & malos ad nuptias ſuas naſci voluit ex bonis & malis parẽtib: vt eius exemplo diſcamus, vitia parentum nobis non obeſſe.

c ¶Sponſus.] Eccleſia vocatur ſponſa Chriſti: quia adhuc per delictum ſeparari * poteſt ab ipſo, ſicut ſpõſa a ſponſo ante cõſummatum matrimonium, ſed in futuro ſæculo dicetur vxor, quæ modo ſponſa dicitur. 7. q. 1. ſicut vir.

Eccleſia eſt Chriſti ſpõſa, & non vxor.

* *Non tota, ſed in partib.*

SAtis.] CASVS. Quidam epiſcopus volebat priuare quoſdã clericos officio & beneficio propter peccata parentum. Sed dicit Greg. ſatis eſſe peruerſum, vt deijciatur ab officiis vel gradu, quẽ propriũ facinus, vel culpa non deiicit.

d ¶Satis pũerſum] Iſtud c. intelligitur de iã promoto, talis enim ꝑꝑ delictum alterius nõ priuatur iure ſuo. non enim priuãdus eſt quis iure ſuo, niſi pro grauiſſimo delicto, vt 16. q. 7. inuentum. & 74. diſtin. geſta. excipiũt quidam caſum in eo, qui ignoranter adeptus eſt beneficium pecunia patris, vt 1. q. 5. cap. 1. Sed illud idõ perdit quia furtiuũ eſt. Sed quid ſi pater cõmiſit crimen læſæ maieſtatis, nonne filius priuandus eſt beneficio, cum ſit infamis factus? vt 6. q. 1. ſi qs cum. & infames ꝓmoti etiam deiiciũtur, vt 6. q. 1. ĩfames. Nõ, quia cum clericus ſit, eſt a iuriſdictione principis exemptus † vt 96. diſt. duo. 1. q. 4. §. ecõtra. in fi. Itẽ fallit illud extra de eccle. ædi, adi. ad audiẽtiam 2. & ext. de cle. ægro. c. 2. vbi quis ſine culpa, priuatur iure ſuo: hoc tamen ſcias, ꝙ multoties quis punitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa, vt extra vt lit. nõ conteſt. quoniam. ſupra 34. diſt. ſi cuius vxorem.

Patris delictum etiam grauiſſimũ non tollit filio beneficium.

† Exẽptus. Idẽ Alber. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. Lud. Ro. ſin. 616. Ang. tracta. male. verbo ſbe hai tra-

DOminus noſter.] CASVS. Hiero. fuit interrogatus an ille qui naſcitur de adulterio, repellatur a ſacerdotio, Et reſpõdet ꝙ nõ, ſi eſt bonæ vitæ. & hoc probat exemplo Chriſti, qui naſci voluit de adulterinis commiſtionibus & alienigenis, dans nobis fiduciam vt vndecunque naſcamur, ſi boni erimus, quod non repellimur a ſacerdotio, & quod Chriſtus natus fuerit de adulterinis commiſtionibus probat per genealogiam, incipiens a Iuda Patriarcha, qui cum Thamar nuru ſua inceſtum & adulterium commiſit, & ex illa generatione plures nati ſunt, poſt quos Dauid, ex quibus Chriſtus originem duxit.

dito la [illegible] patria [illegible] Gem. cap vt [illegible] de hær. in 6. Pa. c. cum laicis de iu. pa. ſed Ioa. Imo. in prin. Io. ma. Phi. Franc. Fylin. § ſi quis. in glo. ver. Pontificalẽ, de pœnis in 6. & Præpoſ. hic dicunt gl. eſſe veram in maieſtate temporali. ſecus in eccleſiaſtica idẽ Hẽri. Bohic in ca. vergẽtis, de hæret,

ſibi domum Iepte inter viros ſanctos [a] Apoſtoli voce numeratus meretricis eſt filius. Sed audi. Eſau de Rebecca, & Iſaac genitus hiſpidus tam mente, quam corpore, quaſi bonum triticum [b] in lolium; auenaſque degenerat: quia non in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis cauſa uitiorum eſt atque uirtutum.

Item Auguſtinus contra Fauſtum, lib. 22. c. 64.

¶Iniquitates parentum filijs obeſſe non poſſunt. Cap. VI.

SPonſus [c] ille, qui uocaturus erat ad nuptias bonos & malos, ſuis congruens inuitatis, naſci etiam uoluit de bonis & malis: quo exemplo diſcant fideles parentum ſuorum iniquitates ſibi obeſſe non poſſe. *Math. 22.*

¶Apud B. Auguſtinum, lib. 22. contra Fauſtum, c. 64 ſic legitur. Fideles enim eius venturi ex omnibus gentibus, etiam exẽplo carnis ipſius diſcere debuerunt, parentum ſuorum iniquitates ſibi obeſſe non poſſe. Proinde ſponſus ille ſuis congruens inuitatis, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, etiam naſci voluit de bonis, & malis. *Et ex his cõpoſitum eſt hoc caput.*

Item Gregorius ad Columbum epiſcopum Numidiæ, lib. 10. epiſt. 8.

¶Non aliena culpa, ſed propria aliquem ab eo, quo fungitur, deiicit gradu. Cap. VII.

SAtis peruerſum [d], & contra eccleſiaſticam probatur eſſe cenſuram, ut fruſtra pro quorũdam uoluntatibus quis priuetur, quem ſua culpa, uel facinus ab officio, quo fungitur gradu, non deiicit.

Item Hieronymus.

¶Ex adulterinis nati coniunctionibus a ſacerdotio non prohibentur. Cap. VIII.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus uoluit non ſolum de alienigenis, ſed etiam de adulterinis commiſtionib. naſci nobis magnam fiduciam præſtans, ut qualicunque modo naſcamur dum tamẽ eius veſtigia imitemur, ab ipſius corpore non ſeparemur, cuius per fidem membra effecti ſumus. Et ſicut ille uerus eſt pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus, ita qualicunque ordine natus ſit aliquis tantum † ut perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, ſitque litteratus, & uir unius uxoris, nequaquam a ſacerdotio [e] repellitur [f]. Iudas enim

Anſ. l. 6. c. 149. Polyc. l. 2. tit. 31.

† *al. tamen.*

e ¶A ſacerdotio.] Nõ intelligas, ꝙ ipſo iure poſſit promoueri: ſed hoc ideo dicit: quia eps̃ tenetur in hoc caſu diſpenſare, quia diſpenſatio quandoque eſt debita, vt dixi 50. diſt. vt conſtitueretur.

f ¶Repellitur.] Sed nonne filii ſacerdotum ſerui ſunt eccle-

Filii ſacerdotum an ſint ſerui eccleſiæ.

eccleſiæ, vt q. 15. q. vlt. cū mulier. qualiter ergo promouentur non adepta libertate? Sed dic, quod illud loquitur de his, qui quaſi legitimè & ſolenniter ducunt 1, Vel derogatum eſt ei contraria conſuetudine. 4. diſt. § leges.

reas imagines, & alias ſibi nocendo.

a ¶ Fraterna diſcordia.] Quam habuit contra Iſaac. 32. q. 4. recurrat.

b ¶ Poteſtas.] Hanc olim habuerunt poteſtatem mulieres, vt de licētia, vel ptāte ipſarū viri poſſent accedere ad ancillas ſuas 2, & filii ita nati dicebātur potius filii dñæ q̄ ancillæ: ſed erat legalis filius dominæ, & carnalis filius ancillæ. ita ſecundū legem Moſaicā mulieres poterant adoptare filios 3. ſed ſecundum legem Iuſtiniani non poſſunt, niſi filii eius ſint in acie amiſſi, vt Inſtit. de adop. §. fœminæ.

1 Scilicet vt vxores, non vt concubinas, & ita ēt intelligitur. 32. d. quidā ſm Vincen. Goff. & Inno. qui ita no. extra de cohabi. cler. & cap. 2. De hoc no. 23. diſtin. eos. Arch.

2 Vt 32. q. 3. dixit.

3 Adde ſacerdotes habere idē ius cum mulieribus. nota. in l. 2. §. Iud. & in l. ſi pater. §. fi. & in l. ſi arrogator, penū. de ādop.

Iſmael.

Gen. 38.

Ruth. 4.

patriarcha concubuit cum Thamar nuru ſua, & ex illo concubitu nati ſunt Phares, & Zaran. inde poſtea Salmon, qui fuit dux in deſerto: inde Obeth α; inde quoque Booz, inde poſtea Ieſſe, qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Chriſti, qui verus ſacerdos eſt: ideoque ſi filii eius ſumus; quæ ipſe fecit, nos imitari debemus.

α ¶ Inde Obeth.] *In primo capite Euangelij S. Matthæi, Booz dicitur genuiſſe Obeth.*

Item Auguſtinus de vnico baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 1. c. 15.

¶ A populo Dei non ſeparat aliquem materna conditio, ſed propria culpa. Cap. IX.

Iuo p. 8. c. 61.
Pann. l. 6. c. 47.

ISmael, vt ſepararetur a populo Dei, non obfuit mater ancilla, ſed obfuit fraterna diſcordia [a]: nec profuit poteſtas [b] vxoris, cuius magis filius erat; quia per ipſius iura coniugalia, & in ancilla ſeminatus erat, & ex ancilla ſuſceptus.

CONTRA. Hæc eſt tertia pars huius diſti. in qua probat contrariū eius quod prēmittitur. Ioa. de Fan.

CASVS Hactenus probauit q̄ peccata parentū filiis nō imputantur. Nūc vult probare cōtrarium per ſequens cap.

3 *Contra Bonifacius martyr ſcribens Echeldobaldo Regi Anglorum.*

¶ Vitia parentum etiam ad poſteros transferuntur. Cap. X.

Iuo p. 8. c. 224.

SI gens Anglorum (ſicut per iſtas prouincias diuulgatum eſt, & nobis in Francia, & Italia improperatur, & ab ipſis paganis improperium eſt) ſpretis legalibus connubiis, adulterando, & luxuriando ad inſtar Sodomiticæ gentis fœdam vitam duxerit; de tali commiſtione meretricum æſtimādum eſt degeneres [c] populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & nouiſſimè nec in bello ſæculari fortem, nec in fide ſtabilem: & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam: ſicut aliis gentibus Hiſpaniæ, & Prouinciæ, & Burgundiorum populis contigit: quę ſic a Deo recedentes fornicatæ ſunt, donec iudex † omnipotens talium criminum vltrices pœnas per ignorantes β legem Dei, id eſt †: per Sarracenos uenire, & ſæuire permiſit [d].

† al. vindex.

† al. etiam.

SI gēs. CASVS. Improperabat̄ Bonifacio in Italia & Frācia, & ēt ab ipſis paganis, q̄ gēs Anglorum ducebat fœdam vitā adulterando & fornicādo ad inſtar Sodomiticæ gentis. Scribit ergo Bonifacius martyr Regi Anglorū, dicēs non eſſe mirum, ſi nuper fuit in bello deuictus: cū ex tali cōmiſtione vilis gēs oriat̄, & libidinoſa, nec Deo amabilis: & hoc probat exemplo Hiſpanorum & Prouincialiū & Burgūdiorū, qui tā diu fornicati ſūt donec per Sarracenos puniti & deuicti fuerūt.

c ¶ Degeneres.] Quo ad fortitudinē & nobilitatem, vt 35. q. 3. quædam.

d ¶ Permiſit.] Not. q̄ pp delictū pmittit Deus īferri 4. pœnas vt 5. q. 5. nō omnis. 19. q. 1. & tēporis. & c. reuertimini. & 7. q. 1. ſciſcitaris.

4 Ad hoc 23. q. 5. remittuntur, & §. hinc notandum. & queſt. 4. ſi quos. Arch.

β ¶ Per ignorantes.] *In epiſtola B. Bonifacij martyris, (quæ vna cum multis alijs extat manuſcripta in codice ſæpe memorato bibliotheca Dominicanæ) legitur:* per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, &c. *cum qua lectione concordant aliquot vetuſta Gratiani exemplaria, & fere etiam Iuo.*

ſup. ead. c. presbyterorum.

Vnde [e] Vrbanus in fine ſuperioris capitis diſtinguendo ſubiunxit.

VNDE. Iſtud vnde, ita continuatur: peccata parentum nocent filijs: vnde non poſſunt promoueri niſi in cœnobiis: vel niſi diſpenſetur cū eis. Quod ſequitur, planum eſt vſque ad cap apoſtolica.

ISmael. CASVS. Abraham auctoritate & licentia vxoris ſuæ, ſcilicet Saræ cognouit Agar ancillā, & ex ea genuit Iſmaelem: qui repulſus fuit a populo Dei. non ideo quia natus fuerat de ancilla, ſed quia faciebat iniuriam fratri ſuo Iſaac, compellendo ipſum adorare ter-

e ¶ Vnde.] Iſtud vnde, continuatur ei quod dixi ſupra in illo. §. ſed hoc. in prin.

¶ Si religioſi inuenti fuerint filij ſacerdotum, ordinentur. Cap. XI.

¶ Rubrica huius capitis abeſt ab aliquot vetuſtis (neque enim eſt vlla capitis diſtinctio.) & praponitur ſequenti capiti, apoſtolica.

NIſi aut in cœnobijs; aut in canonijs † religioſè probati fuerint conſeruari. † *al. canonicis.*

Item Alexander II.

¶ De eodem. Cap. XII. Anſ. l. 6. c. 29.

APoſtolica auctoritate præcipimus vobis, vt ſi eum, qui ab eccleſia [a] electus eſt, altero digniorem eſſe, canonicamq; eius electionem probaueritis; fulti noſtra auctoritate conſecretis. Nam pro eo, quòd filius ſacerdotis dicitur, ſi cæterę [b] virtutes in eum cōueniant, nō reijcimus; ſed ſuffragantibus meritis conniuendo eum recipimus.

Hoc autem, quod de filijs ſacerdotum dicitur, ex diſpenſatione eccleſiæ introductum videtur, & quod ex diſpenſatione introducitur, ad conſequentiam regulæ trahi non poterit.

Vnde Vrbanus Papa II. ſcribit Bartholomeo Turon. archiepiſcopo.

¶ Filij ſacerdotum non prohibentur ab epiſcopatu, ſi cęteræ virtutes in eis inueniantur. Cap. XIII. Anſ. l. 6. c. 29. Pann. l. 3. c. 53.

COenomanenſem electum [c] pro eo, quòd filius ſacerdotis dicitur, ſi cæteræ virtutes in eum cōueniūt, non reijcimus: ſed ſuffragantibus meritis patienter ſuſcipimus: non tamen, vt hoc pro regula in poſterum aſſumatur: ſed ad tempus [d] eccleſiæ periculo conſulitur.

Cum ergo [e] ex ſacerdotibus nati, in ſummos Pōtifices ſupra leguntur eſſe promoti, non ſunt intelligendi de fornicatione [f], ſed de legitimis coniugijs nati: quæ ſacerdotibus & ante prohibitionem vbique licita erant, & in orientali eccleſia vſque hodie eis licere probatur. ſupra c. Oſius.

Quòd aūt uitiū originis ſemini imputari negatur [g], videtur eſſe contrarium illi ſentētiæ: [Adulterorum filij abominatio ſunt Domino.] Sed ſicut ſupra dictum eſt de presbyterorum filiis; ita & hoc de filijs adulterorum intelligendum videtur, vt illi dicantur eſſe abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hæreditaria ſucceſſione deſcēdunt. Similiter & illud Vrbani intelligendum eſt, quod ipſe ſcribit Petronio Legionen. epiſcopo. Sapien. 3. ſed pa ulo aliter.

APoſtolica.] CASVS. In quadam eccleſia epiſcopali duo fuerunt clerici: vnus fuit electus ab eccleſia, & canonicè, qui dignior erat, altero electo ab eccleſia, & digniori obijciebatur, ꝙ erat filius ſacerdotis. Super hoc fuit conſultus Papa, qui mandat electum canonicè conſecrandū, nō obſtante eo quod dicitur filius ſacerdotis: ſi alias dignus inueniatur.

a ¶ Ab eccleſia.] No. quòd dicitur ab eccleſia electus, qui à maiori parte capituli eſt electus, ut extra de elect. cum nobis. ff. ad munici. qđ maior. extr. de elec. cum inter. in prin. — Electus à maiori parte capituli dicitur electus ab eccleſia.

b ¶ Cæteræ.] Improprie ponitur, ſic 26. diſt. deinde 1. vel nomine cæterorū, omnes 2. comprehēduntur, vt ff. de verb. ſig. cæterorum. — 1 Sic infra c. proxi. 2 De hoc ēt leg. & not. 50. dif. vt cōſtitueretur. & ſecūdum hoc dic, cæteræ, id eſt, ſi omnes, Arch.

HOC AVTEM. Dicit Gratianus, ꝙ ſupradicta cap. in quibus dictum eſt ꝙ filij presbyterorū poſſunt promoueri, ex diſpenſatione loquūtur, nec faciunt regulam generalē, quod probat ſeq. cap.

COenomanenſē.] CASVS. In eccleſia Cœnomanen. electus fuit in epiſcopum quidam filius ſacerdotis: quare quæſiuit Barth. Turonē. archiepiſcopus, an propter hoc eum deberent repellere. Et reſpondet Papa, ꝙ non, ſi aliàs bonus eſt: non tamen uolumus vt in poſterum hæc regula recipiatur, ſed vt ad tempus neceſſitati eccleſiæ conſulatur.

c ¶ Electum.] Hodie non ſunt tales eligēdi, ſed poſtulādi a ſolo Papa, quia metropolitanus cum electo in epiſcopū non poſſet diſpenſare, ut extra de electio. innotuit. — Illegitimi ſunt poſtulandi.

d ¶ Sed ad tempus.] inf. 1. q. 8. tali Ioan. CVMERGO. Iſte §. reſpicit illū §. ſup. ſed hoc intelligēdū. Et dicit Gratianus, ꝙ illi qui dicuntur ibi eſſe promoti in ſummos pōtifices, intelliguntur eſſe nati non de fornicatione, ſed de coniugio legitimo: quod olim fuit licitum omnibus ſacerdotibus: nunc autem licet tantum orientalibus.

e ¶ Cum ergo.] Reſpicit primum §. huius diſt.

f ¶ De fornicatione.] Non dicit bene: quia ſi eſſent legitimi ſine diſpenſatioue promouerentur.

QVOD AVTEM CASVS. Obijcit Gratianus ſibi in hoc §. & poſtea ſoluit dicens, ꝙ illud quod dictum eſt ſup. in c. vndecumque, ꝙ vitium originis non imputatur ſemini: videtur contrariū ei, quod dicitur in Eccleſiaſtico, ꝙ adulterorum filij abominatio ſunt Domino. Sed dicit illud ſic eſſe intelligendum, ſicut intelligitur quod ſupra dictum eſt de filijs presbyterorum, ut illi tātum dicantur abominatio eſſe Domino, qui paterna vitia vel flagitia eorum ſequuntur.

g ¶ Negatur.] Supra ead. vndecumque.

QVia.] CASVS. Hoc c. intelligitur ex diſpenſatione, ſicut illud cap. Cœnoma. Petronius qui de adulterio natus eſt, fuit in epiſcopum Legion. electus qui poſt electionem ad Apoſtolicum veniens humiliter eſt confeſſus: Papa uero audiens ipſum eſſe bonæ famæ, & bonæ

ITē qui in ægritudine.] CASVS. Hic intitulatur 57 diſt. in qua dr̄ hominē in ægritudine baptizatum non promouendum.

d ¶Aegritudine.] In hac diſt. traditur, ꝙ qui baptizatͬ in ęgritudine, non eſt promouendus: & eſt intelligendum de tali, q cū ſanus eſſet, diſtulit baptizari: ſed timore mortis petijt baptiſmū, cauſa aūt huius cōſtitutionis eſt, quia præſumitur nō verè pœnitens, qui mortis cauſa eſt pœnitēs, & ſic p̄ſumuntur peccata non eſſe ei dimiſſa: ſi tn̄ ſtatim moreretur, p̄ſumeret eccleſia peccata ei dimiſſa eſſe, vt de pęn. diſ. 7. nullus. & ſic eccleſia circa idem factū habet cōtrarias præſumptiones, ſed diuerſo reſpectu de conſecr. diſtin. 3. perlatum.

Baptizatus in ęgritudine non eſt promouendus.

a ¶Sacerdotibus.] *Hic oſtēdit apertè Gratianus ſe in ea fuiſſe opinione, aliquando in Latina eccleſia presbyteris etiam licuiſſe vti coniugio, quod in eccleſia Græcorum & olim, & nunc permiſſum eſt. Id vero minimè ita eſſe ſuperius initio diſt. 31. eſt adnotatum. De illis vero, quos antea narrauit creatos fuiſſe ſummos Pontifices, dicendum eſt eos, antequam patres ipſorum vllo ſacro ordine eſſent decorati, fuiſſe generatos.*

¶ De eodem. Cap. XIIII.

Pann. li. 3. c. 54.

QVia ſimpliciter ad ſedem Apoſtolicam veniens humiliter peccatum confeſſus es, quod pontificij tui videbatur officium impedire; videlicet, quòd ex matre non legitima procreatus ſis, quam viuente propria vxore pater tuus cognouiſſe dignoſcitur † [a]: Nos Apoſtolicæ manſuetudinis gratia admonente, à cæteris, quæ ſacerdotium impediūt, criminibus, tam tui profeſſione, quàm fratrū teſtimonio, qui tecum ſunt, immunē te agnoſcentes, & vitam [b] tuam religioſam audientes, ab huius te peccati vinculo abſolutum in ſuſcepto ſacerdotali officio confirmamus [c].

† *al. dicitur.*

DISTINCTIO LVII.

I*Tem, qui in ægritudine* [d] *conſtitutus baptizatur, presbyter ordinari non debet.*

Vnde in Neocæſarienſi concilio, cap. 12. legitur.

Poly. li. 2. tit. 31. Burch. li. 4. c. 43. Iuo p. 1. c. 227. & p. 6. c. 101.

¶ Non ordinetur presbyter, qui in ægritudine conſtitutus baptizatur. Cap. I.

SI quis [e] in ægritudine conſtitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, ſed ex neceſſitate eſt [f]: niſi fortè poſtea [g] ipſius ſtudium, & fides probabilis fuerit, aut † hominū raritas [h] exegerit.

† *al. &*

¶*Quod canō hic ſtatuit, videtur multo ante in Romana eccleſia obſeruatum, quemadmodū ex epiſtola Cornelij Papæ de Nouatiano patet, cuius verba relata ab Euſebio Hiſtoria Eccle. lib. 6. c. 35. iſtuc ſpectantia hæc ſunt:* Qui quidem, vbi exorciſtarū præſidio, ſpiritu illo malo eſſet liberatus, & poſt in tam grauem morbum, vt iam fermè mori putaretur, incidiſſet: in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfuſus baptiſmū accepit: *& paulo poſt, cum de ipſius ordinatione agit, adiungit:* Qui quidem epiſcopus, nō ſolum ab vniuerſo clero: ſed etiam à

SI quis.] CASVS. Quæſitum fuit in cōcilio Neocęſarien. an ille, q eſt in ęgritudine baptizatꝰ debeat ordinari presbyter. Et rñ. quòd nō; quia fides illius non præſumitur uoluntaria, ſed metu mortis facta: ſi tamē poſtea bonę uitæ apparuerit, aut raritas hominum exegerit, poterit promoueri.

e ¶Si quis] Intellige adultus: nam pueri ab hęreticis baptizati promouentur, vt 1. q. 4. placuit.

f ¶Sed ex neceſſitate eſt.] Præſumitur. & ſic canō pręſumit hoc in deteriorē partem 2. ſimiliter 30. q. 5. aliter. Sed cū hęc irregularitas proueniat à peccato & baptiſmus tollat peccatum: quare nō tollit irregularitatē ipſius? Rñd. quia baptiſmꝰ inducit hanc irregularitatē: vnde nō poteſt eā tollere: quia eadē res nō pōt hr̄e contrarios effectus. arg. extra de bap. maiores. vltra medium, ibi: ſed hæc tāquā impoſſibilia, ſic ſūp. 26. diſt. deinde. ſic eadē cauſa nō pōt parere obligationē & liberationē, vt ff de ſol. qui hominem. c. vlt.

Baptiſmus, an tollat irregularitatem.

2 Scilicet, ꝙ peccata nō ſunt ei dimiſſa: & hęc p̄ſumptio nō pōt tolli per baptiſmū: cū ſm̄ Laur & Io. eā inducat: ſed tollitur per aliā p̄ſumptionē. ſ. per ſequentē bonā conuerſationē, vt in c continetur.

bonę uitæ ab his qui ſecum erant, ipſum confirmauit in dignitate ex diſpenſatione.

a ¶Dignoſcitur.] Arg. contra. ff. de acq. hæredi. ſed & ſi de ſua.

b ¶Et vitam.] Ex quo plura fecerunt pro ipſo, & tantum unum faciebat contra ipſum, & non debuit impediri eius promotio. 28. diſt. de Syracuſanæ. & 13. diſtin. duo mala 1.

Vbi de hoc. Sed ſi aliqd eſt pro me, &c. vt not. 51. diſt. c. 2.

c ¶Confirmamus.] Et hoc fit ex diſpenſatione, Ioan.

g ¶Poſtea.] Et ita per ſequens factum eliditur præcedens præſumptio. ſic de conſecr. diſtin. 4. tunc ualere 34. q. 1. cum per bellicam, ſic quandoque præſumptio ſequens elidit præcedentem, vt ff. de in integ. reſti. diuus.

h ¶Raritas.] Arg. ꝙ propter raritatem hominum aliqua conceduntur, vt 55. diſt. cap. priſcis. 1. q. 7. talis.

Item

multis laicis vetitus; quoniã minimè licebat quenquam in lecto propter morbum baptizatum, ſicut huic contigerat, in clerum aſſumi, magnopere poſtulabat, ſibi poteſtatem dari, huic ſoli manus in ſortem presbyterij imponendi.

DISTINCTIO LVIII.

Item ex monachali[a] habitu nullus aſſumitur ad eccleſiaſticum officium, niſi fuerit oblatus voluntate proprij abbatis.

Unde Gregorius ſcribit Mariniano epiſcopo Rauennati, lib. 7. epiſt. 18. paulo aliter.

¶Monachus non ordinetur clericus, niſi voluntate abbatis epiſcopo fuerit oblatus. Cap. I.

NVllus ad eccleſiaſticum officium ex monaſterio producatur monachus; niſi quem abbas [b] loci admonitus propria voluntate obtulerit epiſcopo. & in Afri. c. 47.

¶Item ex concilio Carthaginenſi 5. c. 13.

¶De eodem. Cap. II.

SI quis de alterius monaſterio repertum α, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorem [c] monaſterij conſtituere β: epiſcopus, qui hoc fecerit, a cæterorum communione ſeiunctus, ſuæ [d] tantum plebis communione cõtentus ſit; & ille neq; clericus γ, neque præpoſitus perſeueret.

α ¶Repertũ.] *Grecè legitur* ἐάν τις ἀπ' ἀλλοτρίου μοναστηρίου ὑποδέξηται τινα .i. ſi quis ab alieno monaſterio receperit aliquem.

β ¶Conſtituere.] *Antea ſequebatur*, ſine licentia abbatis, & monachorum: *quæ verba ſunt expuncta: quia abſunt à concilio Carthag. & Africano, & pleriſque uetuſtis Gratiani codicibus.*

γ ¶Clericus.] *Sequebatur*, neque canonicus, *quæ ob eaſdem cauſas ſunt ſublata.*

DISTINCTIO LIX.

Item [e], qui eccleſiaſticis diſciplinis imbuti, & temporum approbatione diſcuſſi non ſunt, ad ſummum ſacerdotium non aſpirent.

Vnde ait Zozimus Papa ad Iſichium Salonitanum epiſcopum. epiſt. 1.

Item ex monacali.] CASVS. Supra in 54. diſt. dictum fuit, ꝙ ſerui ordinari non debent, niſi voluntas dominorum acceſſerit. Sed quia in quibuſdã locis monachi ſeruis comparantur, cũ non hẽant proprium, q. 1. monachos. & c. in parochia. Itẽ ꝙ canonicus ſæcularis poſſit eſſe, vr̃ 74. diſt. quorundã. Itẽ ꝙ vice dñs epi poſſit eſſe, vr̃ quia eps̃ debet habere teſtimoniũ à monachis, vt 2. q. 7. cum paſtoris. ſed œconomũ debet hr̃e eps̃, vt ſit ei teſtis, vt 16. q. 7. qm̃ in quibuſdam ergo põt eſſe. nec ſint ſuę voluntatis, vt 12. q. 2. nõ dicatis. iõ Gratia. ponit hanc 58. diſt. in qua oſtẽdit monachũ ad eccleſiaſticũ officiũ non promoueri niſi de volũtate proprij abbatis, & etiam de conſenſu cõuentus.

a ¶ Item ex monachali.] Supra 55. d. c. priſcis. dixerat, qđ monachi poſſunt p̃fici parochialibus eccleſijs: ſed ne crederet aliqs, ꝙ hoc poſſet fieri ſine licentia abbatis: ideo ponit hanc diſt. &c.

NVllus) CASVS. Quæſitũ fuit a Gregorio, an epiſcopus poſſit monachũ ꝓmouere ad officiũ clericatus, vel ad dignitatem. Et reſpondet, ꝙ non, niſi eum abbas obtulerit propria uoluntate ſibi. Quod ſequitur, planũ eſt, vbi dr̃, quòd fit ex diſpenſatione, ad conſequentiã trahi nõ debet ad quod inducit ſeq. cap.

b ¶ Abbas.) Nota, ꝙ nullus monachus poteſt promoueri ad eccleſiaſticos honores, niſi cũ licẽtia abbatis, vt 16. q. 1. ſi qs monachus. & c. cum ꝓ vtilitate. idẽ intellige de quolibet clerico, ut ſine licentia prælati ſui nõ poſſit ab epiſcopo transferri 1. ad alium locũ, cum nec clericus epiſcopi ab archiepiſcopo, quia omnium conſenſus eſt requirendus quorum ius læditur, vt 54. diſtin. nullus. 9. q. 3. per ſingulas. Et non ſolum voluntas abbatis eſt requirenda, ſed ẽt monachorum, vt 19 q. 3. ſtatuimus. Nam hæc eſt quædam alienatio. vnde non poteſt fieri ſine conſenſu omnium, vt 12. q. 2. ſine. Ioan. & quod dicitur de epiſcopo, credo falſum ſi cauſa ſubeſt. extra de exceſ. præla. ſicut.

SI quis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ eps̃ non poteſt alienum monachum promouere ad clericatum, uel facere abbatem in ſuo monaſterio, niſi de uoluntate ꝓprij abbatis: quod ſi fecerit, communione ſuæ plebis ſit contentus, & promotus remouebitur ab eo qđ accepit.

c ¶ Maiorẽ) Ex hoc loco vr̃, ꝙ monachus poſſit eſſe prælatus in eccleſia ſeculari, ꝙ eps poſſit eſſe, nõ eſt dubiũ, vt 18. q. 1. ſtatutũ. Item ꝙ plebanus poſſit eſſe, habes 16. eſſe œconomus, vel vicedominus epĩ. & iſtud H. admittit argu. contra 19. q. 1. de præſentium. De hac materia notaui 16. q. 7. in nona. põt tñ intelligi 2 quod hic dicitur, de eccleſia monachali, quæ epiſcopalis etiam fuit.

d ¶ Suæ.) Sic ſupra diſt. 18 placuit. Sed contra infra 4. q. 5. c 3. Dic ut in dicto c. placuit.

ITem qui.] CASVS. Supra diſt. 51 in aliquo fecit mentionem de illiteratis & promotis ſine interſtitijs temporum, & ideo ſumpta occaſione ſpecialem ponit Gratianus tractatum de his, docens tales non eſſe promouendos. Caſus iſtius c habetur ſup. 36. diſt. qui eccleſiaſticis.

e ¶ Itẽ.] Dictum fuit ſup. diſt. 50. non confidat. & 55. d. priſcis.

Clericus ſine ſui prelati licẽtia nõ eſt transferendus.

1 Idem not. hic Hug. & Lau. in vtroque dicto. Ad qđ facit quod leg. & not. 7. qõ. 1. eps̃ de loco. & idẽ ſentit hic Ioan. de Fant.

Monachus poteſt in eccleſia ſæculari eſſe prelatus.

2 Et verè ſm Laur. ſecundum quem iſte intellectus, qui ſequit eſt verus: ſic et ã intelligit 74. d. quorundã ſm Laur.

(Vel aliter ſu.51.d.quæ in aliquo te at mētionē de illiteratis & de promo tis ſine inter ſtitiis tēpo-rū, unde ſum pta occaſio-ne ſpecialē ponit Grat. tractatū de his, docens tales no eſſe promouen-dos ſm B.

priſcis, ꝙ nullus ordinandus eſt niſi ſeruatis interſtitijs temporum, ideo oſtendit hic, ꝙ ad inſtar ſæcularium dignitatum nullus per ſaltum eſt ordinandus 1.

SI officia.] CASVS. Quæſitum fuit an epiſcopi debeant promouere aliquos in epiſcopos vel presbyteros, gradatim aliquis promouetur. Et reprehendit quoſdam epiſcopos qui quærentes pompam in multitudine preſbyterorum, ordinabant eos in locis ſolitarijs, vt eis ordines conferrent, qui bus aliud conferre non poſſunt.

a ¶Si officia ſæcularia.] id eſt, ſæculares non deferunt principem locum ingreſſis, &c.

¶Non aſpiret ad ſummum ſacerdotium, qui eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus. Cap. I.

Anſel.l.6.c.28. Iuo p.5.c.102. †tempus.] orig. † al. ordinatores eius careant.

QVi eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non eſt, & temporum † approbatione diuinis ſtipendijs eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotiū aſpirare præſumat: & non ſolū in eū ambitio ineſficax habeatur, verum etiam in † ordinatores eius: vt careant eo ordine, quem ſine ordine contra præcepta Patrum crediderant præſumendum.

Idem a eadem epiſtola.

¶Ad ſacerdotale officium nullus, niſi per ſingulos gradus probatus accedat. Cap. II.

Anſel.l.6.c.28. †al.plurimos] orig.

SI officia ſæcularia [a] principem locum, non veſtibulū actionis ingreſſis, ſed per ſingulos † gradus examinatis, temporibus deferunt, quis [b] ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cœleſti militia, quæ propenſius ponderanda eſt, & ſicut aurum, repetitis ignibus exploranda, ſtatim dux eſſe deſideret, cum tyro ante non fuerit, & prius velit docere, quam diſcere? Aſſueſcat in Domini caſtris in lectorem primitus gradu diuini rudimenta ſeruitii, nec illi vile ſit exorciſtam, acolythum, ſubdiaconum, diaconum per ordinem fieri; nec hoc ſaltu [c], ſed ſtatutis maiorum ordinatione temporibus. Iam vero ad presbyterii faſtigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia [d] ante acta teſtentur. Iure inde ſummi Pontificis locum ſperare debebit. Facit hoc nimia remiſſio cum ſacerdotum noſtrorū, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa popularitas etiam his locis, vbi ſolitudo eſt, talium reperitur, dum † parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſſunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet diſtricti ſemper eſſe iudicii. Rarum [e] eſt enim omne, quod magnum eſt.

† al. dum per parochias.

a ¶Idem.] *Caput hoc antea tribuebatur Vrbano. Emendata eſt inſcriptio ex pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus: habetur in eadem epiſtola.*

Item Gregorius lib.7.Reg.epiſt.110.

¶Cuiuslibet meriti laicus ad ſummum non aſpiret ſacerdotium. Cap. III.

Anſel.l.6.c.32. Poly.l.2.tit.1.

HOc ad nos perueniſſe nō diſſimili dignū deteſtatione complectitur, ꝙ quidam deſiderio honoris inflati, defunctis epiſcopis tonſurantur [f], & fiunt repente

b ¶Quis.] Nota modum argumentandi, ex quo ita eſt apud ſæculares iudices eodem modo erit apud eccleſiam. ſi.31.diſti. tenere. &c. ſi laicus 3.q.5. quia.19. qō. 3. monaſteriis. ſic 12. q.1. cū deuotiſſimā. Et eſt argum. ad quæſtionem illā, ꝙ ſi aliquis eſt legitimatus a principe, ꝙ apud eccleſiam eſt legitimus, qđ non credo, arg. ad hoc ext. q. fi. ſint legi. per venerabilem. de hoc not. 10.di.c.1. ibi videas. Arch.

Legitimatus a principe ñ eſt apud eccleſiam legitimatus.

c ¶Saltu.] Gradatim .n. deferēdi ſunt honores, vt 93.diſ.legimus, & in fi. & ff de mu. & ho: vt gradatī. nā caſum appetit q. p abrupta aſcenſum quærit, vt 48.di.ſicut

Gradatim aſcenditur ad honores.

d ¶Stipendia.] Nota ꝙ magis præſumitur pro illo qui plura ſtipendia hēt in eccleſia: q a is gradus cæteros antecedit, quē labor plixior, & ſtipendia longiora fecerunt anteire, vt C.de off.ma. off. nemo. & 61.diſt.miramur.

Præſumitur plus pro illo qui plura habet ſtipēdia

e ¶Rarum.] Sic inf. 93.d.legimus 2.

2 Et 2.q.7.in ſancta, & ſub hoc, & ideo cum hoc nō ſit rarum, nō eſt magnū. Laur.

HOc] CASVS. Quidam ex laicis honoris deſiderio inflāmati repente fiebant ſacerdotes, & epi: qui licet nondū didiciſſent in eccleſiaſtica militia famulari: tamen duces eſſe volebant, & locum regiminis obtinere: qđ reprehendit Gregorius, & prohibet ne fiat.

f ¶Tōſurant.] Arg. ꝙ nullus debet tonſurari ad hoc, vt dignitatē cōſequatur 3. vt 16.q.7.p laicos. Quid iuris ſit de hoc, ibi notaui: licet ſit arg. contra 63.d.bene. Io.H. dicit ꝙ ipſa ſpes non inducit ſimoniam, dum tñ non interueniat pactio: quia ſola animi deſtinatio non inducit ſimoniā, vt extra, vt eccleſia, bene, vt noſtrum. Alii contrarium dicunt, vt arg. 8.q.3. Attaldus. Io. & certe decretalis vř dicere, ꝙ ſola ſpes inducat ſymoniam, extra de ſymon, c.vlt.

3 Ad hoc ex. de elec cum ad noſtram. Spes vtrum inducat ſimoniam.

teros, qui in minorib. ordinib. non ſint examinati, vel ſine temporū interſtitiis promoti. Et rñdet Vrbanus, ꝙ non, ſed docet eſſe per ordinē aſſueſcendum, vt primo aſſueſcat in minoribus ordinibus, qui ad maiores voluerit promoueri, ne dux eſſe deſideret cum tyro prius non fuerit. Et hoc probat ad inſtar curiæ ſæcularis, vbi

c. vlt. & talis ſimonia per ſolam pœnitentiã aboletur, vt ibi dicitur. hoc tamen credo. ꝙ ſpes pro honeſto ſeruitio non inducit ſimoniam.

a ¶Inculpati.] Nota, ꝙ ſemper præſumitur, ꝙ in fraudem receperit ordinem, qui ſubito recepit, licet bene-meritus ſit, aliàs ſic præſumit, ꝙ libertas in fraudem data ſit qñque, licet ſeruus ſit bene meritus; vt ff. qui & a quibus ma. l. 1. in fi. argu. ad hoc 61. d. miramur. 1.

nus: nec aliquem faciat archipresbyterum, vel decanũ niſi ſit presbyter.

g ¶Nullus.] Hæc duo ca. dicit H. abrogata per id quod eſt inf c. pe. & vlt. ext. de ele. cum in cunctis 3. vbi dicit, ꝙ qui eſt in ſacris ordinibus, poteſt eligi in præpoſitum vel

3 §. inferiora, & in hoc facit, quod ibi de ſacro ordine nu... la habetur mentio. ſed tantum de ætate, moribus & ſcientia, vt ibi permiſit.

1 Et huc facit ar. quod ẽt in perſona probata, & exercitata non eſt permittendum, quod in ſtatutis generalib. continetur, vt ibi dicitur. Item. 81. d. c. 1. ſecundum H.

ORdinatos.] CASVS. Quidã archiepiſcopi ex laicis & parum litteratis in epiſcopos ordinabãt quod Papæ innotuit ex confeſſione cuiuſdam eorũ: vnde præſumit Cæleſtinus alios ſimilia feciſſe: & ideo prohibet, vt ad tantam dignitatem non promoueantur, qui per ſingula non creuerint officia, & qui non fuerint eruditi. Nã prius debet eſſe diſcipulus ante quam ſit magiſter, vt poſſit docere quod didicit.

Confeſſio vnius qñque nocet alteri.

b ¶Ordinatos.] Not. ꝙ cõfeſſio vnius nocet alij 2. quod eſt cõtra id 2. q. 5. interrogatũ, ſed hoc eſt propter cauſæ connexionẽ, vt 81. diſt. tãtis, & not. 3. q. 6. hæc quippe. Vel dic, ꝙ nõ nocet, niſi quo ad præſumptionẽ, ſicut dictum vnius nocet quo ad præſumptionem, vt 16. diſt. tanta.

2 Sequuntur iſtam gl. Cy. Ale. & Imo. Mod. in l. ſi duo. ff. de iureiur.

c ¶Rõne.] Vt prius ſit diſcipulus.

d ¶Cõfirmat.] Ideſt confirmare debet.

e ¶Difficilius.] ſup. 40. d. ante omnia.

ECce.] CASVS. Supra oſtenſum eſt qui poſſint ad ſacros ordines promoueri, & qui non. in hac vero 60. diſtinct. oſtendit ex quibus ordinibus ſit aliquis eligendus in archipresbyterum vel præpoſitum, vel epiſcopũ, vel archiepiſcopum.

ex laicis ſacerdotes: atq; inuerecunde religioſi propoſiti † dicatum arripiunt, qui nec eſſe adhuc milites didicerũt. Quid putamus quod iſti ſubiectis præſtaturi ſunt, q antequam diſcipulatus limen attingant, tenere magiſterij locum non formidant? Qua de re neceſſe eſt, vt quãuis inculpati [a] quiſque ſit meriti; ante tamen per diſtinctos ordines eccleſiaſticis exerceatur officijs.

† al. propoſiti.

Item Cæleſtinus epiſcopis Galliarum, epiſt. ſecunda, c. tertio.

¶Non aſpiret ad ſummum ſacerdotium, qui eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus. Cap. IIII.

Burch. l. 1. c. 12. Iuo p. 5. c. 27.

ORdinatos [b] vero quoſdam, fratres chariſſimi, epiſcopos, qui nullis eccleſiaſticis ordinibus ad tantæ dignitatis faſtigium fuerint inſtituti, contra Patrum decreta, huius vſurpatione, qui ſe hoc recognoſcit feciſſe, didicimus, cum ad epiſcopatum his gradibus, quibus frequẽtiſſimè, cautum eſt, debeat perueniri, vt minoribus initiati officiis ad maiora firmentur. Debet enim ante eſſe diſcipulus, quiſquis doctor eſſe deſiderat, vt poſſit docere, quod didicit: omnis vitæ inſtitutio hac ad id, quo tendit, ſe ratione [c] confirmat [d]. Qui minime litteris operam dederit, præceptor non poteſt eſſe literarum. Qui non per ſingula ſtipendia creuerit, ad meritum ordinem ſtipẽdij non poteſt peruenire. Solum ſacerdotium inter iſta, rogo, vilius eſt, quod facilius tribuitur, cum difficilius [e] impleatur.

DISTINCTIO LX.

ECce [f] oſtenſum ex parte eſt, qui poſſint ad ſacerdotij ordinẽ promoueri, & qui non. Nunc autem conſiderandum eſt, ex quibus ordinibus in archipresbyterum, vel præpoſitum, vel epiſcopum, vel archiepiſcopum ſint eligendi.

De his ita ſtatutum eſt in concilio Vrbani Papæ celebrato Aluerniæ.

¶Archipresbyter, vel decanus, aut archidiaconus non niſi diaconus, aut presbyter ordinetur. Cap. I.

NVllus [g] epi-

Eligendus in quo ordine dẽat eſſe.

f ¶Ecce.] Hic oſtendit ex quibus ordinibus aliquis eligendus ſit in præpoſitum, vel decanum. vel archipresbyterum, vel epiſcopum, & dicit, ꝙ nullus eligendus eſt in præpoſitum niſi ſit diaconus, vel presbyter; nullus in archidiaconum, niſi ſit diaconus, nullus in decanum vel archipresbyterum, niſi presbyter, nullus in epiſcopum, niſi ad minus ſit ſubdiaconus.

NVllus.] CASVS. Prohibetur in iſto c. vt epiſcopus non faciat aliquem archidiaconum, niſi ſit diaco-

vel archidiaconum. Sed ſubdiaconatus eſt hodie ſacer ordo extra de ætate & qualitate, a multis. §. verum. & hoc ſatis ſuſtineri poteſt, cum acholythus etiã poſſit eligi ad prælaturam, vt extra de ætat. & qual. præterea. vbi dicitur, ꝙ diſpenſatiue poteſt eligi. Vel dic ꝙ exponitur hæc dictio, fit, ideſt, fiat. ſufficit enim ſi talis ſit, ꝙ in breui poſſit promoueri ad iſtos ordines, vt extra de æta. & qua. præterea. non enim refert an iam ſit. an cito fiat, vt extra de ver. ſig. ca 3. & de conſe diſt. 4. qñ. Sed quare ſtatuitur iſtud de iſtis dignitatibus, cum in epm poſſit eligi ſubdiaconus, vt inf. ead. c. vlt. Sed huius rationem aſſignat

Eccleſia parochialis poteſt conferri exiſtenti in minoribus. Subdiaconus in epm poteſt eligi.

ſignat Gratia.infra ead.diſt.§.horum.& de epo. inf. ea §.alterum.ſ.pp ordinis dignitatē In quo autem ordine debeat eſſe cantor, vel primicerius, conſuetudini relinquo.32.diſt.placuit. Licitè ergo poteſt quis in minoribus ordinibus eligi ad has dignitates: dum tamen habeat

a Epiſcopus.] Supra ergo collatio archidiaconatus ſpectat ad epm 74.diſt.epiſcoporum.& 25.diſt.cap.1. & 21. diſt.c.1.& 89 diſt.uolumus.Sed cōtra 93. diſt. legimus. extra de elect.cum in cunctis.vbi dicitur, ꝙ ad canonicos ſpectat. Dic, ꝙ ad epiſcopum tantum ſpectat confirmatio, ad canonicos electio de iure: in talibus tamen cōſideranda eſt cōſuetudo, vt extra de electio cum eccleſia 2.

Archidiaconatum quis conferre poteſt.

ſcopus[a] in eccleſia ſua, niſi diaconus ſit, archidiaconum inſtituere, nec archipresbyterum, aut decanū, niſi presbyteri[b] ſint, ordinare præſumat. Quod, vt diſtrictius teneatur, apoſtolica auctoritate prohibemus, & interdicimus.

¶ In capitibus manuſcriptis concilij Claramontenſis habiti ab Vrbano II. (quæ non ſunt decreta ipſius concilij, ſed ſumma quædam ipſorum) in tertio hæc leguntur, quæ ad præſentem canonē faciunt: vt nullus fiat decanus in eccleſia, niſi presbyter; nullus archidiaconus, niſi leuita.

b ¶ Niſi presbyteri.] inf.23.q.4. ſicut excellentiam: contra. ubi dicitur, ꝙ non gradus elegantior, ſed vitæ melioris, &c. Sed dic, ꝙ non tantum ordo cōſideratur, ſed ordo & meritum.

2 Quidam dīt, ꝙ nō licèt epiſcopo eligere archidiaconū aliunde, niſi de eccleſia cathedrali, & hoc p decret. ext. de his, quę fiūt à pręla tua, in prīn. ibi, aſſumatur.

Item Calixtus Papa.

¶ Nullus in præpoſitum, vel archipresbyterum, niſi presbyter; nullus in archidiaconum, niſi diaconus ordinetur. Cap. II.

Concordat Eugenius II. in concil. Rhemenſi, c.6. Pann. li.8.c.140.

NVllus in præpoſitum, nullus in archipresbyterum, nullus in decanum, niſi presbyter; nullus in archidiaconum, niſi diaconus ordinetur.

¶ Et rubrica, & caput emēdata ſunt ex manuſcriptis codicibus.

NVllus.] CASVS. Dicit Calixtus, ꝙ nullus in præpoſitum, vel archiepiſcopum, vel archidiaconū eligatur, niſi ſit diaconus, nec aliq s in decanū vel archipresbyterū eligatur, niſi ſit presbyter.

Item Innocentius ſecundus in concilio Romano, c.10.

De eodem. Cap. III.

INnouamus aūt, & pręcipimus, vt nullus in archidiaconum, vel decanum, niſi diaconus, vel presbyter[c] ordinetur. Archidiaconi uero, vel decani, vel præpoſiti, qui infra ordines prænominatos exiſtunt, ſi inobedientes ordinari[d] contempſerint, honore ſuſcepto priuentur. Prohibemus autem, ne adoleſcentibus[e], vel infra ſacros ordines conſtitutis, ſed qui prudentia, & merito vitę clareſcunt, prædicti concedantur honores.

INnouamus.] CASVS. Quidā erant electi in archidiaconos, qui nō erāt diaconi: quidam in archipresbyteros, vel decanos, q nō erant presbyteri. Inn. igit ſecundus cōfirmans antiqua decreta prohibet ne hoc de cętero fiat, & ſi qui infra prænominatos ordines exiſtētes p̄ſumpſerint ordinari, ſuſcepto priuentur honore. Itē prohibet, ne adoleſcētibus, & in minoribus ordinibus conſtitutis, & indignis prædicti conferantur honores.

c ¶ Vel p̄sbyter.] redde ſingula ſingulis.

Horum vnum propter procacitatem quorundam ſtatutum eſt, qui nomen præpoſituræ adepti, officiū contemnunt, nolentes fieri ſacerdotes: aliàs enim inane eſſet, cum etiam in epiſcopum eligi poſſint in ſubdiaconatu conſtituti, iuxta illud Vrbani α Papæ.

α ¶ Vrbani.] *In c.multis.extra de ata. & qualit. tanquam decretum Vrbani primi citatur: Apud Iuonem vero, & in Pannormia ex ſynodo Beneuentana, quæ tempore Victoris tertij, cui Vrbanus ſecundus ſucceſſit, habita fuit: Nam Vrbanus primus centum plus minus annis Nicænam ſynodum anteceſſit.*

d ¶ Ordinari.] Cogitur ergo aliquis recipere ordinem, & ſic eſt contra hoc.74.diſtin. geſta. ſed illud ratione adiuncti ordinis.73.diſt.c fi.

Ordinem recipere cogitur quis.

¶ Non eligatur in epiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus. Cap. IIII.

Iuo par.5.c.72. Pann. li.3.c.5.

NVllus in epiſcopum eligatur, niſi in

e ¶ Ne adoleſcentibus.] Intra xxv. an. 3. ut extra de elect. cum in cunctis.§.inferiora.

3 Nec.n. ferendū eſt cū legitimā tutelā agere, C. de legit. tut.l.vlt. fo. de Fant.

beat ætatem 1. Sed his ob. extra de elect. dudum.1. in fi. ſi uis ſuſtinere dictum H. expone quod dicit illud c. præterea diſpenſatiuè.ſ.ex diſpenſatione canonis. Non ob.cap.dudum.in fi.quia poteſt intelligi de defectu tali, qui impediat promouendum ad talem dignitatem, de quo ibi fit mentio vnde dicitur, quod acolythus poſſit eligi ad illam dignitatem, vt uidetur dicere littera ſic ſcilicet intelligenda.

1 Vt extra lib.6. de æta. & quali. ꝑmit timus,

HORVM CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ illud qđ dictū eſt de clericis non promouendis in archipresbyteros, vel decanos, niſi ſint presbyteri, & in archidiaconos, niſi ſint diaconi, ſtatutum fuit ex cauſa.ſ.pp illos q ꝑmoueri contemnebant adeptis dignitatibus. Nam ēt in epiſcopos diaconi promouentur, quod probatur ſeq.c.

NVllus in epiſcopum.] CASVS. Statuit hic Vrbanus, vt nullus eligatur in epiſcopū, niſi fuerit in ſacris

cris ordinibus conſtitutus. Sacros autẽ ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum, quos ſolum legitur primitiua eccleſia habuiſſe. Subdiaconi uero neceſſitate exigente de licentia Romani pontificis, vel archiepiſcopi, ſi bonæ vitæ fuerint, poſſunt in epiſcopos eligi.

SAcerdotale.] CASVS. Brunichilda Regina Francorũ faciebat laicos in epiſcopos promoueri. vnde Gregorius ipſam redarguit, & reprehendit.

f ¶Subito.] Et ita iniquè, & malè. Iniquitas.n.omnia præcipitat, vt infra de pœn.diſ.3.inter hęc hircum. ſi tamen

ſacris [a] ordinibus religiosè viuens fuerit inuentus. Sacros autem ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum. Hos ſiquidem ſolos † primitiua legitur habuiſſe [h] eccleſia: ſubdiaconos vero, quia & ipſi altaribus miniſtrant, opportunitate exigente concedimus; ſi tamen ſpectatæ ſint religionis & ſcientiæ. Quod ipſum non ſine Romani Pontificis [c], vel metropolitani [d] licentia † β fieri permittimus.

† *al ſacros.*

† *al. ſcientia.*

Alterum vero, vt in epiſcopum, vel archiepiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis ſtatutum eſt.

β ¶Licentia.] *Sic mutatum eſt ex dicto cap. a multis. Iuone, & Pannormia, quamuis etiam in vetuſtis Gratiani codicibus legatur,* ſcientia.

DISTINCTIO LXI.

I*Tem laici [e] non ſunt in epiſcopos eligendi: ſed per ſingulos ordines prius ſunt probandi.*

Vnde Gregorius Brunichildæ Reginæ Francorum, lib. 7. reg. epiſt. 113.

¶Sacerdotes ex laicis non ſunt ordinandi. Cap. I.

Anſel. li. 6. c. 77. Poly. li. 2. tit. 1.

SAcerdotale officium veſtris in partibus in tantã (ſicut didicimus) ambitionem perductum eſt, vt ſacerdotes ſubito [f], quod graue nimis eſt, ex laicis ordinentur.

Item Hormiſda Papa epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, epiſt. 3. cap. 1.

¶De eodem. Cap. II.

Polyc. ibidem. Anſel. li. 6. c. 22.

IN ſacerdotibus eligendis curam oportet eſſe perſpicuam. Irreprehenſibiles enim eſſe conuenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis [g] *& infra.* ¶ Longa [h] debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui gubernacula committuntur eccleſiæ.

Item eodem loco continentur.

Laicus in epm poſtulari poteſt,

a ¶In ſacris.] Poſtulari tñ poteſt in epiſcopũ laicus. 61. diſ. cap. Oſius. & 63. diſ. c. Valentinianus.

b ¶Habuiſſe.] Supple ſacros nã ẽt ſubdiaconatus fuit tpe Apoſtolorum, vt 35. diſt. epiſcopus.

c ¶Romani pontificis.] Hodie licitè eligitur, vt extra de ę-ta. & qual. à multis.

Metropolitanus, an poſſit circa ordinem diſpenſare,

d ¶Metropolitani.] Sicut ergo olim metropolitanus potuit diſpenſare circa ordinem, ſic uidetur, ꝙ adhuc poſſit, cum nõ auferatur ei hæc diſpenſatio, ſiue iuriſdictio, argu. extra de ſent. excom. nuper. 1.

1 Et iõ dñt quidam, ꝙ auctoritate mẽtis iſtius iuris adhuc hodie poſſit diſpenſare, acolytho eadem rõne, & hanc ſententiam videtur ſequi Tanc. Vinc. Gof. & B. extra de ætate & qualit. a multis.

ALTERVM VERO. CASVS. Reſpicit hoc illũ. §. horũ vnũ. ubi dictũ eſt aliquẽ non eſſe eligendum in archidiaconũ, niſi ſit diacon⁹, vel in archipresbyterum, niſi ſit presbyter. hoc fuit ſtatutũ ꝑꝑ cõtumaciã illorũ, qui ꝓmoueri nolebãt. Nũc aũt dicit, ꝙ alterũ eſt ſtatutũ ꝑꝑ ordinis dignitatem. ſ. vt nõ eligatur in epiſcopũ, niſi ſit in ſacris ordinibus.

ITem laici.] hæc diſt. diuidit in quatuor partes in quarũ prima probat per xvij. auct. ſanctorũ, ꝙ ex laicis, licèt ſint boni, non debet creari eps. Scda ibi, [Econtra.] Tertia ibi, ſed aliud.] Quarta ibi. [Item clerici.] Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 61. diſt. in qua dr, ꝙ laici nõ ſunt in epiſcopos eligẽdi, niſi prius ꝑ ſingulos ordines fuerint probati. & hoc ꝓbatur vſq; ad §. [His omnibus] Poſtea probatur cõtrariũ in eod. §. & ibi dat ſolutionẽ. Et additur ẽt ꝙ clerici alterius eccleſiæ non ſunt præferendi clericis de propria eccleſia benemeritis in electione. Tractatur etiam in vlt. c. de viſitatione eccl.

e ¶Item laici.] Hic oſtendit, ꝙ laici non ſunt eligendi in epõs, ſed poſſunt poſtulari 2. Itẽ oſtendit, ꝙ tm̃ de propria eccleſia facienda eſt electio. Deinde oſtendit de viſitatore, ꝙ nihil debet præſumere de rebus illius eccleſiæ, cui datus eſt viſitator. Et not. ꝙ uocat hic laicos illos, qui non ſunt ordinati, & illos qui repente ſunt ordinati, & nec iſti, nec illi ſunt eligendi. Ioan.

2 Vt inf. ca. §. his omnibus in c. Oſius. §. ſed aliud,

Iniquitas omnia præcipitat,

men neceſſitas eſt, in anno, & dimidio poteſt laicus recipere omnes ordines, ut 77. diſtinctio. monachus. cap. ſequen.

IN ſacerdotibus] CASVS. Duo prohibet Hormiſda in hoc cap. Primum eſt, laicos in epiſcopos non eſſe eligendos, etiam ſi fuerint probatæ uitæ, & bonæ conuerſationis. probatus enim debet eſſe quis antequam eligatur, & diſcere antequam doceat. Nam reprehenſibilis & emendatus eſſe debet, qui præfertur, & orat pro populo. Secundum eſt, quod pœnitentes ad gradum epiſcopalem aſpirare non poſſunt: nam præferens memorandi criminis labem non habet lucidam ſacerdotij dignitatem.

g ¶Corrigendis.] Sic 3. q. 7. iudicet & c. ſeq.

h ¶Longa.] Sic ſupra 28. diſt. priuſquam.

Non

a Non negamus.] ¶Præſtare.] Vnde non petere exemplum, ſed dare dignus erat ad idem. 16. q. 1. prædicator.
b ¶Emendatiorē]Sic 8. q. 1. qualis. 1. q 1. c. viliſſimus.
c ¶Humilitatis.] Quia nihil ita ſplendet in pontifice ſicut humilitas, vt 100. diſt contra morem.
d ¶Teſte.] Quia publica publico egēt remedio delicta vt de pę. d. 1. §. hoc ergo. & capit. quamuis,

e ¶Memorandi.] Et hoc propter memoriam præteriti delicti. ſi. 25. diſt. cap. vlt. & 48. diſt. c. 1. & 3. q. 4. c. 2. & ff. de decu. l. vlt
f Miſerum eſt.] ¶Qui nunquam.] ſup. 59. diſt. ordinatos. 2.

ntifex de ... teſſe hu... ilis.

¶De eodem. Cap. III.

Anſ. ibidem. Polyc. ibidem.

Non negamus eſſe in laicis Deo placitos mores; ſed milites ſuos probatos ſibi quærunt inſtituta fidelium. Diſcere prius quiſque debet, antequam doceat, & exemplum religioſæ conuerſationis de ſe potius alijs pſtare [a] quàm ſumere. Emendatiorem [b] eſſe conuenit populo. Longa obſeruatione religioſus cultus tradatur, vt luceat: & clericalibus obſequijs erudiendus inſeruiat, vt ad venerandi gradus ſummā perductus, quis ſit fructus humilitatis [c], oſtendat. *& infra*. ¶Nec tantum de laicis conſecrari inhibemus; ſed nec de pęnitentibus quidem quiſquam ad huiuſmodi gradum profanus temerator aſpiret. Satis illi poſtulanti ſit venia: qua conſcientia abſoluat reum, qui ſe peccata ſua populo ſcit teſte [d] confeſſum? Quis enim quem paulo ante vidit iacentem, veretur antiſtitem? Præferens memorandi [e] † criminis labem, non habet lucidam ſacerdotij dignitatem.

† *al. miſerādi*] orig.

¶In pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus caput hoc coniunctū eſt ſuperiori, quemadmodum eſt in ipſa Hormiſdæ epiſtola.

α ¶Eligitur.] *In concilio Mileuitano eſt*, uel ſemel legerit; *itẽque in concilio Carthaginenſi Græco, c.92.* κἂν ἅπαξ ἀναγνῶ, *In Africano autem c. 57.* vel ſemel ſuſcepto officio legerit.

DSTINCTIO LXXIII.

Ex Attico ad finem concilij Chalcedonenſis. Ant.li.6.c.121. Iuo p.6.c.433.

QValiter verò commendatitia, vel dimiſſoria, ſeu formata epiſtola facienda ſit, videndum eſt. Debent namq; literæ Græcæ interponi in ea epiſtola, & non ſine cauſa. Græca enim elementa literarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epiſtolis canonicis, quas mos Latinus formatas vocat, aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur, hoc à patribus cccxviij. Nicææ congregatis ſaluberrime inuentũ eſt, & conſtitutum; vt formatæ epiſtolæ hanc calculationis, ſeu ſupputationis habeant rationem, ideſt, vt aſſumantur in ſui ſupputatione prima Græca elementa Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, hoc eſt π, υ, α: *quæ elementa octogenarium, & quadringenteſimum, & primũ ſignificant numerum. Petri quoq; Apoſtoli prima litera, ideſt,* π, *quæ numerũ octoginta ſignificat: eius quoque, qui ſcribit, epiſcopi † prima litera cui ſcribitur, ſecunda litera; accipientis, tertia litera ciuitatis quoq;, de qua ſcribitur quarta; & indictionis, quæcunq; eſt illius † temporis, numerus aſſumatur. Atq; ita his omnibus Græcis literis, quæ, vtcunque fuerit collecta, ſummam epiſtola teneat: hanc qui ſuſcipit, omni cum cautela requirat expreſsè †. Addat præterea ſeparatim in epiſtola etiam nonagenarium, & nonum numerum, qui ſecundùm Græca elementa ſignificat* ἀμὴν.

† *al.epiſtolam.*

† *al.id.*

† *al.expreſſam.*

¶Exemplar formatæ epiſtolæ, quæ in Nicæna ſynodo à cccxviij. Patribus facta eſt. Cap. I.

Burc. li.2.c.227. Iuo p.6.c.434. ſimile quidam multoq. magis. c.435. *Matt.10.* *Rom.12.*

IN nomine Patris π. & Filij, υ. & Spiritus ſancti. α. π. Vualterio Spirenſi epiſcopo. Ego Burchardus ſanctę Vuormacienſis eccleſiæ deuotus, gregis Chriſti famulus, in Deo vero ſummæ fœlicitatis beatitudinem. Cum ſancta catholica eccleſia prompta ſit ſequi documenta Euangelica; quæ dicunt: [Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, accipiet mercedem prophetæ: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet, &c.] & Apoſtolus iubeat hoſpitalitatem ſectari, & neceſſitatibus ſanctorum virorum cõicare; tamen

---

duntur niſi cum inſtantia, vt pallium. 100. diſtin. priſca & apoſtoli, 2. q.6 poſt appellationem. benè accedit ad hoc, quia qui præeſt, parciſſimũ debet commeatum dare. ff. de re milit. officium.

a CLericũ.] ¶Epiſcopo.] Sic C. de emãcip. iubem⁹.

b ¶Clericorũ autẽ.] ſup.diſ.21. cleros. ergo & qui eos verberat, incidit in canonem. 17. q.4. ſi quis ſuadente.

c PLacuit.] Eligitur.] Arg. ex electione ius acqri 1 quidã tñ dicunt contrariũ, & exponunt, ſemel. i. perfectè, ita ꝙ confirmatus ſit, arg. extra de off. deleg. in literis. & etiã ſi nondum eſt trãſlatus, vt eſt arg ff. de dona. qui ſaxum.

1 Quod dic, vt no 63. diſtin. quãto. & 16. q. 7. cont. ſanctorum. ibi Io. ĩtelligit hoc ca. in nominatione. Acquiri, dic vt in cle. 1. vt lite pend.

QValiter.] CASVS. Hic intitulatur 73. diſt. quæ in ſcholis non legitur: quia ea quæ ibi continentur, in deſuetudinem abierunt: nec modò locum habent: ibi em̃ continetur qualiter & quibus literis vel Græcis, vel Latinis formatæ debent fieri: ſed nunc non ſic fiunt, & ideo quia in ea nulla vel modica vtilitas continetur, ideo membranas occupare nõ debet. 19. diſt. ſi Romanorum. Quæ-

tamen propter eos, qui cauteriatam habent ſuam conſcientiam, dicentes ſe eſſe ſimplices, cum ſint aſtutia diabolica repleti; & pro opere pietatis, dicunt, ſe de loco ad locum tranſire, cum ſint, ſua malitia faciente, fugitiui; dicunt, ſe eſſe miniſterio ſacro inſertos, cum non ſint; ſtatutum eſt a ſanctis patribus, neminem clericum alienum, & ignotum recipi ab aliquo epiſcopo, & inthronizari in ſua eccleſia, niſi habeat a proprio epiſcopo epiſtolam, quæ in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus fraternitati † veſtræ; quòd præſens frater noſter harum literarum portitor nomine Hermannus †, non pro ſua nequitia expulſus eſt à nobis; ſed poſtulantibus fratribus, eo quòd ex familia noſtra fuit, & noſter baptizatus, fecimus ei libertatem receptam in † cornu altaris canonicè, & ordinauimus eum ad gradum presbyterij. Cui etiam has dimiſſorias, ſiue commendatitias literas facimus: & eum ad veſtram dilectam fraternitatem dirigimus, vt in ueſtra parochia ſub ueſtro ſacro regimine, & defenſione conſiſtere valeat. Ego, inquam, Burchardus humilis epiſcopus in nomine Patris, † & Filij, & Spiritus ſancti, & in vnitate ſanctæ eccleſiæ, in qua Petro datum eſt ius ligandi, atque ſoluendi, abſoluo Hermannum presbyterum de ciuitate Vuormacienſi indictione x. & licentiam do vobis inthronizandi eum in quacumque eccleſia vultis veſtræ parochiæ. ¶Hanc ergo epiſtolam Græcis literis hincinde munire decreuimus, & annulo noſtræ eccleſiæ firmare cenſuimus. Fraternitatem veſtram Chriſtus nobis incolumen conſeruet. α. π. υ α. π. β. ε. ζ. ξ. ἀμὴν. Data Vuormaciæ Idibus Martij, anno Dominicæ incarnationis M XII. Indictione X.

† *al. prætermitti.*
† *Eommannus*] Burch.

† *al. Patris π & Filij υ. & Spiritui ſancti α.*
Iuo par. 6. c. 434. ſimile.

α Conſeruet.] *In hoc & ſequenti capite ea tantùm ſunt emendata, quæ exemplarium auxilio reſtitui poterant. Cæterùm quæ loco ſequuntur, etiam apud Burchardum ſunt deprauata. Facilè autem reſtitui poſſunt ex regulis initio diſtinctionis traditis, Quibus quidem regulis optimè reſpondet exemplum ab Iuone allatum, par. 6. c. 435. ſi literæ in extremo 434. capitis poſitæ, ponantur loco earum quæ in ipſo 435. afferuntur. Addita enim illis dictione, ἀμὴν reſultat numerus ibi notatus. i. ICCCLXXVIII. Bene etiam procedet exemplum c. 434. ſi vbi nunc ſumma eſt 1539. fiat 1439. ſatis ſit locū indicaſſe.*

¶Incipit epiſtola formata à cccxviij. epiſcopis, & ab Attico Conſtantinopolitanæ vrbis epiſcopo edita. Cap. II.

SAnctiſſimo in Chriſto fratri ſumma dulcedine charitatis amplectendo. A. illius ciuitatis epiſcopo, υ. illius eccleſiæ præſul perpetuæ beatitudinis optat in Chriſto ſalutem. π. υ. α. ϖ. De cætero nouerit ſancta fraternitas ueſtra, quod iſte clericus Hermannus nomine, noſtra in parochia inſtructus, ac detonſus paruitatem noſtram rogauit; quatenus illi commendatitias literas conſcriberemus; quibus veſtræ celſitudini commendatus ſub tuitione veſtri regiminis degere poſſet: cuius voluntati conſentientes, ſecundùm canonicam auctoritatem literas ei dimiſſorias dedimus; per quas & ipſi concedimus, vt ſub veſtro magiſterio diuinæ ſeruituti inſiſtens ſuæ deſeruiat vtilitati; & uobis licentiam tribuimus, vt, ſi dignum eum iudicaueritis, ad ſacros ordines promoueatis. Commendatum ergo eum curæ veſtræ, ſuſcipite; & noſtris ex partibus abſolutum in veſtrarum ouium numero cuſtodite. Quas literas, vt vigore veritatis firmatæ, indubitanter à vobis ſuſcipiantur; literis Græcis, vt canonica docet auctoritas, confirmare ſategimus. Sancta Trinitas veſtram beatitudinem ad regimen ſanctæ ſuæ eccleſiæ perpetualiter bene valere concedat, ἀμὴν, vel ſic, ϡϑ (quæ eandem ſummam exprimunt) indictione x. Continet hæc formata epiſtola ſummam numeri M CCCXV. † Y. Grȩcam in nomine illius primam ponimus, quia Græci eam in quibuſdam locis pro, u, conſonante, ſicut eſt Δαβὶδ & εὐαγγέλιον.

Anſel. li. 6. c. 121.

† *al. M cccxxv.*

α ¶Ab Attico.] *Antea legebatur*, abbatibus. *Reſtitutus eſt loco; ex coniectura (quod perrato factum eſt) quoniam euidenti ratione nitebatur.*

¶β ἀμὴν

℃ ¶ ϙθ´, vel ſic, ϟθ.] *Addita ſunt hæc ex aliquot vetuſtis exẽplaribus, & vtriſque iſtis notis idem numerus nonageſimusnonus ſignificatur. In codicibus verò impreſſis, vel nihil erat; vel dictio,* amen, *latine ſcripta; in qua nulla eſt numeri ſignificatio.*

DISTINCTIO LXXIV.

Q Væritur [a] *de his, qui ab epiſcopis ſuis promoueri* † *contemnunt, an inuiti ſint ſublimandi, an non.*

† *al. ordinari.*

De his ita ſtatutum inuenitur in concilio Aurelianenſi 3. c. 7.

Annuæ ſuſpenſioni ſubiaceat epiſcopus, qui inuitum ordinare præſumit. Cap. I.

EPiſcopus, qui inuitum [b], aut reclamantem [c] præſumpſerit ordinare, annuali pęnitentię ſubditus Miſſas facere non præſumat [d].

Item Gregorius Natali epiſcopo Salonitano, in primo lib reg. epiſt. 19.

¶ Nullus promoueatur inuitus. Cap. II.

Poly. l. 2. tit. 33. Iuo p. 6. c. 369. † *al. adducitur.*

GEſta [e], quæ nobis in concilij veſtri cõfecta ſecretario [f] direxiſtis, in quibus archidiaconus Honoratus adducitur, † plena eſſe cognouimus ſemine iurgiorũ, cũ

Q Væritur.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes, in quarum prima probat magiſter, ꝙ clerici nõ ſunt ad ordines cõpellendi. Secunda ibi, [Sane.] Tertia ibi, [Verũ.] Io. de Fant. CASVS. Supra in pluribus locis facta eſt mentio de promotione clericorum. Sed quia clerici quãdoque nolunt promoueri: ideo Gra annectit hãc 74. d. in qua quæritur, an aliquis inuitus ſit promouendus. Et hoc ordine procedit. Primo probat, ꝙ clerici inuiti promoueri non debent, per duo prima. c. poſtea probat contrarium. deinde ſolutionem dat. inf. ea. §. verum.

a ¶ Quæritur.] Hic depingitur 74. diſt. in qua quęritur an quis inuitus ſit ordinandus: & præciſe continetur in quibuſdam ca. ꝙ nõ, in quibuſdam quòd ſic, vt ſcilicet de nolentibus ſint volentes, [1] cum ergo nec aliquis vult promoueri, nec neceſſitas vel vtilitas eccleſiæ exigant: non eſt cogendus, vt infra. ead. c. 1. & 2. ſi autem neceſſitas eccleſię hoc exigit, cogit̃. iuxta illud qđ habes inf. e. c. 3. & 4. & 23. q. 4. diſplicet: ſi autẽ exigat vtilitas eccleſiæ, tunc debet cogi: iuxta id quod habes inf. ea. c. vlt. [2] Hæc tamen diſtinctio videtur reprobari inf. ea. c. epiſcoporum. & extra de ęta. & quali. ord. quęris. & ideo dici poteſt omnia hæc referendo ad arbitrium iudicis. Præterea quando dices ꝙ vtilitas ſit, & non neceſſitas? tũc dico vtilitatem eſſe tantum, cum eccleſia indiget promotione aliquorum, qui nolunt promoueri, & tamen aliqui ſunt in eadem eccleſia, qui promoueri poſſunt, vt inf. ea. c. vlt. Tũc autem dico neceſſitatem eſſe, quãdo eccleſia indiget promotione aliquorũ: nec alii ſunt in eccleſia qui dignè poſſint promoueri, vt inf. ead. c. 4. Si vis diſtinguere ſm diſtinctio. H. ſ. quis ſit promouẽdus dic promouendus ad dignitatẽ cogit̃ ꝑ ſubtractionem beneficiorum. Alij dicunt [3], ꝙ per attractionem etiam corporis ad ordines, vt inf. 1. q. 6. c. vlti. 8. quæſt. 1. in ſcripturis, 23. q. 4. diſplicet. ſi tamen ſit ſemper inuitus, non cogitur. 20. q. 3. præſens. inf. ead. c. vbi. Inuitis enim non dandi honores. ff. de decur. l. 2. & 3. §. vlti, Sed promouẽdus ad ordines, vel honores ſuadente vtilitate, tantum cogitur ſecundum quod habes in f. ea. c. vlt. ſ. ꝙ maiores ſunt pluribus beneficijs honorandi, vt ibi dicet. Neceſſitate cogẽte cogitur ſuſpenſione ab officio: inf. ea. ſi qui & cap. placuit, in quo intelligo & priuationem beneficij. regulariter enim vno ſubtracto, & reliquũ eſt ſubtractũ, vt 81. diſt. ſi qs amodo. Credo tñ ꝙ debeat pręcedere ſuſpẽſio ab officio, quaſi quędam ex cõmunicatio: quam ſi contẽnit, ſequit̃ beneficij ſubtractio, vt 60. diſ. innouamus. 23. q. 4. c. fortè. Si verò, nec neceſſitas, nec vtilitas exigit, non eſt cogendus, & ſi epiſcopus eum cogat, videtur cauſa odij & ingratitudinis eum cogere inf. c. epiſcopus. & c. geſta. Quidam tamen volunt remouere diſtinctionẽ de neceſſitate, & vtilitate argu. in f. ea. epiſcoporum. & dicunt, ꝙ diuerſi canones diuerſas pœnas imponũt nolẽtibus ꝓmoueri: & eſt in arbitrio epiſcopi q̃ imponat. Aliter tñ ſoluit̃ hęc contrarietas ext. de ęta. & quali. quæris. Ioã. Quidquid dicat Ioan. decre. illa, quæris, dicit, quòd cogi poſſunt. ſi vtilitas, vel neceſſitas exigat. per ſubtractionẽ officij & beneficij. & tũc dico vtilitatem eſſe eccleſię, cum ille qui promoueri petitur, vtilior eſt in officio quam alter, qui iam eſt promotus: & vtile eſt plures eſſe in eccleſia in eodem officio. Neceſſitas eſt cum iam promotus non ſufficit: uel non eſt aliquis promotus. B.

Officio ſubtracto ſubtrahi debet beneficium.

[1] Ordinãdus eſt qs inuitus ſuadẽte aut vtilitate aut neceſſitate.

[2] Vbi de hoc in gl. 1.

[3] Honores non ſunt inuitis dandi.

EPiſcopus. CASVS. Dicitur in hoc ca. quod epiſcopus non debet promouere aliquem inuitum vel reclamantem: quòd ſi fecerit à celebratione Miſſarum ſuſpenſus, annuæ pęnitentiæ ſubiacebit.

b ¶ Qui inuitum] Aliquo iudicio alio quàm voce voluntatem oſtendente.

c ¶ Aut reclamantem.] Voce vel ſigno. 50. d. ſi quis diaconus, quamuis enim eſſet inuitus: ſi nec uoce, nec aliquo indicio reclamaret, præſumeretur voluntarius. 54. d. c: ſi ſeruus. aut reclamantem ſigno ſaltem. nam & per ſigna ita appereret voluntas, ſicut per vocem [2]. 32. q. 5. nec ſolo 20. q. 2. c. 1. & 2. Et ſic no. differentiam inter inuitum & reclamantem, vt ff. de ſerui. vrb. præd. inuitu.

Volũtas manifeſtatur ſignis & voce.

[2] Ad idem ext. de ſpon. cum apud. Item adde Bal. in. l. q̃uis. C. de impu. & ali. ſubſt.

d ¶ Nõ præſumat] Nihilominus deponet, Vt inf. ea. vbi.

GEſta.] CASVS. Natalis epiſcopus cum haberet archidiaconum ſuum exoſum nomine Honoratum, quia contradicebat ſibi, ne vaſa ſacra parentib. largiret̃ illum inuitum vno eodemque tempore in ſacerdotem promouit: & ab archidiaconato remouit. Quod cum ſignificatum eſſet Grego. & cum deprehenderet, quòd hoc malo zelo factum fuiſſet, reprehendit epiſcopum, dicens quòd ſicut nemo compellitur promoueri inuitus, ſita aliquis ab ordine non debet eijci ſine culpa.

Indignus minoribus ad maiora non promoueatur.

e ¶ Geſta.] Hoc cap. & c. Honoratus loquuntur de eadem materia: & idem eſt caſus vtriuſque.

f ¶ Secretario.] Aliter ſumitur 23. d. non oportet.

a ¶ perſo-

a ¶Perſona.] Argu. non debere promoueri ad maiora, q minoribus indignus iudicatur arg. 24. q. 1. miramur, & d. 44 nulli liceat ff. de Senatuſcon. qui indignus, & cui interdicitur pomerium, &c. ff. de ſer. export. cui pacto. ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. §. vlt.

b ¶Quæ tanquam.] id eſt, & illa. Argu. ꝙ cõtraria allegans nõ eſt audiendus. 13. q. 2. quàm præpoſterũ. de conſecratio. diſti. 2. reuera. 13. quæſtio. 7. capitu. 23. extr. de appellatio. ſolicitudinem.

Cõtraria allegans audiri non debet

vno eodemque tempore vna perſona [a] nolens ad ſacerdotij ordinem prouehitur, quæ tanquam [b] immerita a diaconatus officio remouetur. Et ſicut iuſtum eſt, vt nemo creſcere [c] compellatur inuitus; ita cenſendum puto ſimiliter, ne quiſquam inſons ab ordinis ſui miniſterio deijciatur iniuſtè.

Contra inuenitur in conc. Carth. c. 31.

In codice canonum.

¶Qui ab epiſcopis ſuis promoueri contemnunt, a locis ſuis deijciantur. Cap. III.

In p. 6. c. 41.

SIqui α clerici ab epiſcopis ſuis promoueri contemſerint; nec illic maneant, vnde recedere [d] noluerunt

α ¶Si qui.] *Verba huius capitis ſunt titulus ſequentis capitis.* Placuit. *qui eſt proprius canon trigeſimusprimus concilij Carthaginenſis in codice canonum, & apud Græcos.*

¶ De eodem. Cap. IV.

Burc. l. 2 c. 178.
Iuo p. 6. c. 42.
Anſ. l. 6. c. 103.

PLacuit, vt quicunq; clerici, vel diaconi pro neceſſitatibus eccleſiaſticarum † rerum non obtemperauerint epiſcopis ſuis volentibus eos ad honorem ampliorem in eccleſia ſua promouere; nec illic miniſtrent in ſuo gradu; vnde noluerunt recedere.

† *eccleſiarum non obtemperauerint.*

β ¶Pro neceſſitatibus.] *Græcè eſt,* δια τινας αναγκαστικας αιτιας των εκκλησιων αυτων. *Ideſt,* ob quaſdam cogentes cauſas ſuarum eccleſiarum.

Item ex concilio Agathenſi, c. 23.

¶Poſteriores prioribus epiſcopi non præponant. Cap. V.

† *al. ne.*] orig.

EPiſcoporum [e] ẽt, quorum vita non reprehenditur, poſteriorẽ priori nullus præponat, niſi † forte ſuperbia elatus, quod pro neceſſitate eccleſię epiſcopus iuſſerit, implere contemnat. 2. ¶Sanè [f] ſi officium archidiaconatus † propter ſimpliciorem [g] naturã implere, aut expedire nequiuerit, illè loci ſui nomẽ teneat, & ordinationẽ [h] α eccleſiæ, quem elegerit epiſcopus præponendum.

† *al. archidiaconus.*

Monachis inuitis an diſtrictior vita poſſit imponi.

= Hoc aſſertiue ponunt T. & B. ext. ne cleri. vel monach. relatũ ſed hoc dictum forte verũ ẽ in clericis non profeſſis. Archid.

c ¶Creſcere.] Argu. ꝙ monachis, vel canonicis inuitis diſtrictior vita non poſſit imponi. ar. 15. queſ. 1. non eſt. & 20. q. 3. præſens. Io. 32 q. 1. in tegritas. B.

CONTRA. CASVS. Hucuſque probauit, quòd aliquis non ſit promouendus inuitus. mõ vult probare contrarium per quatuor ſequentia cap.

SI qui.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Carthaginenſi, quam pœnam debeat pati clericus, qui propter neceſſitatem eccleſiæ ſuæ ad maiores ordines recuſat aſcendere. Et reſpondet, quòd debet remoueri ab officio illius ordinis, a quo recedere noluit. Idem eſt caſus ſequ. cap.

d ¶Recedere.] Non quod amittat, quis ordines inferiores, ſi promoueatur ad maiores: ſed dicitur recedere quo ad executionem ſolemnẽ, qa non ita ſolẽniter, exequitur quis inferiores ordines: vel recedit quò ad appellationem. Quòd recedat a priore, eſt argum. 37. diſtinctio. qui de menſa. 92. diſtinct. c. in ſancta. Sed (vt prædixi) recedit quò ad onus 2, non quo ad honorem argu. opti. ff. ad muni. l. muncipes. Sed quid ſi ſe dicit criminoſum, eſt ne ei credendum? videtur quòd nun; quia mota iam ſibi controuerſia hoc dicit. arg. extra de teſti. licet. extra qui maio accuſ. poſſ. cũ in tua. & cap. peruenit. Sed dic ei credendũ. extra de æta. & quali. quæris a nobis. Similiter ſi ſe dicit inſufficientem, audiendus eſt. arg. inf. ead. epõrũ. aliàs ſi non auditur eius excuſatio, pt appellare C. de appe. ciues. & l. q ad ciuilia.

Onus vnde nõ imminẽte neceſſitate non poſſet compelli in inferiori miniſtrare. Panc. c. 2. de vi. & ho. cle.

Criminoſũ ſe dicẽti, an ſit credendũ

EPiſcoporum.] CASVS. Quidam epiſcopi, vel prælati præponebant clericos poſteriores tempore, vel ordine clericis prioribus: & ideo prohibitum fuit in cõcilio Agathen. ne hoc de cætero fieret, niſi in duob. caſibus, ſcilicet ſi prior contemneret ordinari, vel nimis eſſet ſimplex, in quibus caſibus ille minor præponetur, quem epiſcopus elegerit præponendum. Vel aliter, hoc ca. duas habet partes. prima loquitur de promouendo, in quo caſu minor maiori, vel poſterior priori non eſt præponendus, niſi prior obedire contẽnat. Secunda pars loquitur de archidiacono iã promoto, qui ſi eſt nimis ſimplex, habebit tantũ nomen archidiaconatus, & alius quem epiſcopus elegerit præponendum, habebit adminiſtrationem. Secunda pars incipit ibi, [Sanè.]

e ¶Epiſcoporum.] Sic conſtrue. Nullus epiſcoporum præponat poſteriorem priori, quamuis poſterior ſit de numero eorum, &c. Et nota ſecũdum opi. H. ꝙ prior debet ſemper eligi, & de priori, vt dicit, ſufficit ne malus exiſtat, licèt poſterior melior ſit, vt inf. 75. d. ca. vlti. Alij dicunt ſemper meliorem præferendum: etiam ſi poſterior ſit arg. 16. ſynodus. verſ. prima.

Poſterior in duobus caſibus eſt priori præferendus.

f ¶Sanè.] Hanc literam intelligunt quidam de promouendo, & etiam totum cap. & ita aſſignantur duo caſus, in quibus poſterior præfertur priori. ſ. cum renuit prior promoueri, vel cum eſt ſimplicior quàm eſſe debeat in officio ad quod eligitur, & tunc lege, ille. ſ. poſterior, tenebit nomen loci ſui, i. debiti ſibi priori, vel debiti ratione prioritatis.

g ¶Propter ſimpliciorem.] 7. q. 1. quia, & c. petiſti. contra ſu. d. 39. Petrus, & d. 47. de Petro.

h Et ordinationem.] ideſt adminiſtrationem, & dicit Archid. ſ. dandi, & ita ſimplicitas impedit promouendum

Simplicitas promouendũ impedit.

duit r, ſed nō deſiciat iam promotū. Si vis intelligere de [illegible] promoto, dic ille ſcilicet ſimplex tenebit, id eſt, habebit honorē & dignitatē: qa nō remouebitur, ſed dabitur ei coadiutor, & hoc eſt, quod dicit, & ordinationem, id eſt, adminiſtrationem teneat ille, quem elegerit,

pæ, vt priſtino loco reſtitueretur. Scribit ergo Papa Ioanni ſucceſſori Maximiani, quatenus eum in priſtinū ſtatum reducat, niſi iuſta cauſa ſit iratus contra epiſcopum. & ſi eſt aliqua cauſa culpæ præcipit ſibi, vt eam ſibi inſinuando manifeſtet.

¶ Adde quis dicat ſimplex no. in l. 1. in prin. C. de ædili. act.

a ¶Et ordinationem.] *Quamuis in recentioribus conciliorum editionibus Colonienſibus legatur*, & ordinationi, eccleſiæ, quē elegerit epiſcopus, præponatur: *tamen in vetere Colonienſi, duobus Pariſienſibus, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis eſt eodem modo, atque apud Gratianum.*

Item Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano, lib. 11. epiſtola 34.

¶In quo loco quiſque ordinatus eſt, inuitus teneri non debet. Cap. VI.

Quorundam ad nos relatione peruenit, Coſmam, qui ex monacho monaſterii ſanctæ Luciæ à deceſſore veſtro memorandæ † memoriæ Maximiano in eccleſia Syracuſana [a] factus ſubdiaconus, atque à vobis poſtea in poſſeſſione, quæ Iuliana dicitur, presbyter eſt ordinatus, ita nimia triſtitia, & loci qualitate [b] vehementer afflictū, vt vitam ſibi pœnam exiſtimet, & contritionis † ſuæ fugam quærit auxilium. Et ideo [c], quia tales erga ſubiectos noſtros [d] debemus exiſtere, quales nobis, ſi ſubiecti fuiſſemus, noſtros volueramus eſſe præpoſitos † magnæ benignitatis eſt, ſi cum in eccleſiam, vbi ſubdiaconi eſt functus officio, ſanctitas veſtra reducere atque illic presbyterum voluerit conſtituere cardinalem. Quod, & facere, quantum arbitramur, debebitis; ſi tamen nihil eſt, quod iuſtè contra ipſum animos veſtros exaſperet. Si verò aliqua culpa eſt, ſuis nobis hoc epiſtolis veſtra fraternitas, vt ſcire poſſimus, inſinuet.

† al. venerandæ.

† al. contriſtationis.

† Adde tex. in l. iuſtitia. §. iuris præcepta. ff. de iuſt. & iur.

5 *Verum illud Gregorij de his intelligendum eſt, qui non cauſa neceſſitatis, ſed cauſa ingratitudinis callidè ab epiſcopis ſuis promoueri quæruntur. Illud autem Carthaginienſis concilij de his intelligitur, qui nolunt obtemperare epiſcopis ſuis propter neceſſitatem eccleſiæ volentibus eos ad altiora promouere.*

Hanc diſtinctionem ex decreto Symplicij Papæ quilibet corroborare valet, quia ſcribens Ioanni epiſcopo Rauennati, epiſt. 2. ait inter cætera.

¶ Non eſt aliquis inuitus ad epiſcopatum pertrahendus. Cap. VII.

Poly. l. 2. tit. 33. Anſ. l. 6. c. 66. & 67. Burc. l. 1. c. 29. Iuo p. 5. c. 140. † al. electione.

Vbi iſta didiciſti, quę in fratrem, & coepiſcopum noſtrum Gregoriū non dilectione† ſed, inuidia perpetraſti? quem inexcuſabili violentia pertrahi ad te paſſus es, atque vexari, vt ei honorē [e] tantum, nō per animi tranquillitatem, ſed per amentiā, ſicut dicendū eſt, irrogares?

a ¶Syracuſana.] Quæ monachorum eſt, ſicut & Cantuariēſis. Et itā nō eſt argum. hic quod monachus poſſit eſſe ſæcularis canonicus: licèt eīn poſſit eſſe prælatus, tamen non poteſt præbendam habere, quæ priuatæ eſt vtilitatis. H. contra ſentit, vt dixi 92. diſtin. c. 2 & 16 q. 7. in nona.

Monachus nōn pōt eſſe ſæcularis canonicus.

b ¶Qualiter] Arg. ꝙ ſi qs trāſlatus eſt ď vna eccleſia ī aliā eccleſiā, & deceptus eſt qualitate loci reſtituendus eſt. Et ita error qualitatis diſſoluit matrimoniū ſpirituale 3, & adde quod dixi. 23. diſtin. communis.

Error qualitatis diſſoluit matrimonium. ſpirituale.

3 Idem dicerem in ſocio Laur. & facit pro reſtitutione illius argu. ff. de adop. & ſi puber. Io. de Fant.

c ¶Et ideo.] Vt in Auth. vt cum, de appel. cog. §. conſiderare. coll. 8.

d ¶Subiectos nr̄os.] ſic. 95. d. eſto. 22. q. 5. de forma.

VERVM. Hæc eſt tertia pars huius diſtin. in qua ſoluit & dic, ꝙ præciſe non eſt quis compellendus ad aliquā dignitatem. & hoc probat tribus auctoritatib. Io. de Fan.

CASVS. Soluit Gratianus prædictā contrarietatē, dicēs, ꝙ illud capitul. geſta intelligitur de his, qui non cauſa neceſſitatis, ſed cauſa odij volūt clericos ꝑmouere. Illa vero c. ſi q. & placuit intelligūtur de his clericis, q̄ cauſa neceſſitatis, contēnunt promoueri. Et hanc diſtinctionem probat ſequens. cap.

Vbi.] CASVS. Io. Archieps Rauēnas conſecrauit quēdam Gregorium inuitum in epiſcopū, de quo conqueſtus eſt Papæ. quare Papa ſcribit archiepiſcopo, & redarguit eum ſuper hoc, & ſi de cætero talia fecerit, priuabit eum ordinatione Rauennatis, & Aemilien. Eccleſiæ. Nam priuilegium meretur amittere, &c.

3 Secundum iſtā ſententia vlt. videtur, ꝙ coadiutor nō ſit prælatus, & ſic videtur cōtra quod legitur. & no. extra de cle. eru. c. 3. vbi dicunt Tan. Gof. & B. ꝙ coadiutor eſt prælatus, ex quo habet curā animarū vt ibi, & eodē ſitua. ibi latius vide.

rit epiſcopus 2.

Quorundam.] CASVS. Maximianus epiſcopus Syracuſanus ordinauit in eccleſia ſanctæ Luciæ Coſmam monachum in ſubdiaconum. Poſtea Io. fecit eum presbyterum, qui ſucceſſor Maximiani fuit, & poſuit eum in poſſeſſione, quæ dicitur Iuliana, vbi ex loci qualitate & triſtitia affligebatur intantum, vt vitam ſibi pœnam exiſtimaret propter quod ſupplicauit Papæ,

e ¶Honorem.] Hic patet, ꝙ licèt, quis coactus ordinetur, tū̄ recipit ordinem. arg. 1. q. 1. quod quidam. & 45. diſt. de Iudæis. Sed ſi abſoluta eſſet coactio, tunc nullum

Ordinatus coacte an ordinem recipiat. & cōtinere debeat.

reciperet ordinem vt extra de baptiſmo, maiores. Sed nunquid ille qui conditionali coactione ordinatus eſt, tenetur continere? Videtur ꝙ ſic, ut 45. diſt. de Iudæis. Itē quia coacta voluntas eſt voluntas, ut 15. q. 1. merito. maximè ſecundum illos qui dicunt, quòd ordini ſit uotum annexum, vt 27. diſt. diaconus 84. diſt. cū in præterito. Dicunt quidam 1, ꝙ talis teneat continere, & licet non debeat quis cogi ad recipiendum ordinem, tamen receptū cogitur ſeruare. Sed hoc non credo, vbi metus talis eſt, qui cadit in conſtantem virum, ex extra quod metus cauſa, c. perlatum. & c. cum dilectus. qa integritas eſt res uoti. & nō præcepti. 32. q. 1. c. integritas. & continētia nō debet eſſe niſi uoluntaria. ut 31. diſ. c. ante triēnium. & 20. q. 3. c. preſens nec dico talē in aliquo habere priuilegium clerici. ſi tamen vult vti eo, poteſt; ſed tūc cōtinere tenetur. Secus autem in baptiſmo; qa illud eſt ſacramētum ſalutis, & neceſſitatis. ideo illud cogitur retinere. vt in c. de Iudæis.

1 Vt Lau. de hoc ſatis no. Goff. & Rayne. in ſuis ſummis, ut dixi ſup. 45. diſt. de Iudæis. ibi videas & not. ext. de ba. maiores. §. vlt.

a ¶ Inuitum. inf. 32. q. 4 ca. diſplicet tibi contra, iuſ. 1. q. 6 ſicut is. & cōtra. & inf. 7. quæſt. 1. c. ſcias. 2. C. de epiſc & cler. l. ſi quemquam. cōtra. Sed dico, ꝙ ſemper ab initio debet eſſe inuitus, ut dixi inf. 8. q. 1. in ſcripturis lo.

2 Vbi ð hoc plene habetur.

HOnoratus.] CASVS. Archidiaconus Honoratus cōtradicebat episcopo Natali, ne ſacra uaſa conſanguineis daret, propter quod, ut eū callide degradaret, volebat ipſum inuitum cōpellere ad ſacerdotium, quod antaeceſſor Greg. prohibuit ſibi pſcripta ad ſupplicationem dicti archidiaconi. ipſe vero contemnēs eius prohibitionem, & etiam Gregor. Honoratum inuitum in ſacerdotem ordinauit, & ab archidiaconatu eum eiiciens, alium loco eius ſubſtituit. qui ſuis moribus obtemperaret, propter quod Honoratus conqueſtus eſt poſtea Greg. Gregorius vero cum ſæpe citaſſet Natalem, ut Romam ueniret, & ſp contemneret, cōmiſit Antonino ſubdiacono, vt pergens in Saloniam moneat epiſcopum Natalem, quatenus Honoratum in archidiaconatu reſtituat: quod ſi facere contempſerit auctoritate Apoſtolica primo ei vſum pallii auferat, & ſi adhuc contumax fuerit, communione corporis, & ſanguinis Chriſti priuetur.

b ¶ Salonitanæ.] Infra diſt. miratus.

c ¶ Sed cauſa ingratitudinis.] Qui alium propter odiū, vel ingratitudinem nominat ad dignitatem, tenetur ei ad omne damnum, quod ei inde accidit. C, ſi propter inimicitias creatio facta ſit. l prima, lib. 16.

Neque enim talia potuiſſent fieri ſanitate conſilij. Nolumus exaggerare, quod geſtum eſt, ne cogamur iudicare, quod dignum eſt. Nam priuilegiū meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, *& infra* †. ¶ Denunciamus autem, quòd ſi poſt hac quidquam tale præſumpſeris, & aliquem ſeu epiſcopum, ſeu presbyterum, ſeu diaconum, inuitum [a] facere fortè credideris; ordinationes tibi Rauennatis eccleſiæ, vel Aemilienſis noueris auferendas.

11. q. 3. cap. priuilegium.

25. q. 2. c. denunciamus autem.

† Concor. tex. in l. ... ſint ff. de neg. geſt. ... in l. luca ... C. de pa. ... ... & te...

Item Gregorius Antonino ſubdiacono, lib. 2. epiſt. ſextadecima, indictione X.

¶ De eodem. Cap. VIII.

HOnoratus archidiaconus eccleſiæ Salonitanæ [b] à ſanctæ memoriæ deceſſore meo, miſſa ſupplicatione popoſcerat, ut ab antiſtite ſuo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinē contra morē nullatenus cogeretur. Hoc enim fieri ſibi nō prouehendi gratia, ſed cauſa ingratitudinis [c] perhibebat. Pro qua re tunc iam ſanctæ memoriæ deceſſor noſter ſcriptis ſuis Natali fratri, coepiſcopoque noſtro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, neve dolorem conceptæ ingratitudinis diutius in corde retineret. Cumq; & à nobis hæc idem ſummopere fuerint interdicta; non ſolum mandata Dei negligens, ſed & ſcripta noſtra cōtemnens, præfatum archidiaconum quaſi ad fortiorem honorem [d] prouehens conatus eſt arte callida degradare. Vnde actum eſt, ut de eo archidiaconatus loco ſummoto, alium aſciſceret, qui eius obtemperare moribus potuiſſet. Quem Honoratum archidiaconū arbitramur antiſtiti ſuo aliunde diſplicere non potuiſſe; niſi, quòd, eum uaſa ſacra ſuis dare parentibus prohibeat. Quam cauſam, ſubtili uoluimus, & tūc ſanctæ memoriæ deceſſor meus; & nunc ego indagatione diſcutere; ſed ipſe ſuorum ſibi actuum conſcius [e], perſonam ad iudicium poſtpoſuit, deſtinare. Proinde experientiam tuam præſentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conueniens in Salona, Natalem fratrem, coepiſcopumq; noſtrū ſaltē tot ſcriptis [f] admonitum ſtudeat adhortari, ut ſupra memoratum archidiaconum in ſuo ſtatim loco ſuſcipiat

Anſ. l. 7. c. 75.

d ¶ Honorem.] Nam dicit lex, ꝙ ex quo quis promouetur ad maiorem dignitatē: amittit priorē. C. de primice. l. 1. lib. 12. Et eſt arg. ff. ad municip. l. municeps.

e ¶ Conſcius.] Argu. ꝙ qui uocatus non uenit, hoc ipſo videtur diffidere de cauſa. 11. q. 1. Chriſtianus. 3. q. 9. decernimus.

f ¶ Tot ſcriptis.] Arg hic ꝙ nemo puniendus eſt pro prima contumacia. 92. diſtin. cap. vlti. & 84. diſt. c. 1. ſed fieri debet prout canon dicit. 32. qu. 4. forte quod non eſt verum, ut dixi 4. quæſt. 5. quiſquis 3. In hoc conueniunt T. Hug. & Iac. ꝙ puniri dēt in expenſis citatus ſi in prima cita-

Contumacia prima an faciat aliq̄ puniri.

3 In glo. ſed obiicit. ibi uideas propter id q̄ ſequitur.

Ma citatione non veniat, licèt ius ei concedat trinam citationē: vt 24.q.3.de illicita.& C.quomodo & qñ iudex. Auth.qui ſemel.nec dicitur antea contumax quantum ad excommunicationem 1, vel miſſionem in poſſeſſionem: puniri tamen debet in expenſis, ſi in prima citatione

contemnens promoueri, doleat minores ſibi eſſe p̄latos in ordine, & præbenda: & ſic de nolente fiat volēs.

Conſuluit] CASVS. Victor epiſcopus conſuluit Gelaſium quid eſſet ſibi faciendum, cum diaconi ſui pro utilitate & neceſſitate eccleſiæ, ꝓmoueri in ſacerdotes cōtemnant: q rñdet dicēs, ꝙ inuiti compllendi non ſunt: ſed d̄bet acolythos, vel ſubdiaconos (ſi digni ſunt) in p̄sbyteros ordinare, eis maiora beneficia aſſignando, ut hac ratione cōſtricti & honorem quęrant, & quæſtum.

1 Arg. contra infra 24. q.4. ſi quis. de potentib. vbi de hoc.

† al. contradicito] orig.

Quòd ſi facere hoc contumaciter, vt conſueuit, forte diſtulerit, vſum ei pallij, qui ab hac ſede conceſſus eſt, ex auctoritate ſedis Apoſtolicæ interdices† [a]. Quem ſi etiam amiſſo pallio adhuc [b] in eadem pertinacia perſeuerare perſpexeris; dominici quoque corporis & ſanguinis eundem antiſtitem participatione priuabis [c].

Adhibenda eſt etiam diſciplina, qua nolentes promoueri ad ſacros ordines, ad obediendum epiſcopis ſuis prouocentur. In minoribus ſi quidem ordinibus conſtituti paulatim per ſingulos gradus ſunt prouehendi; vt contemnētes ſuis obedire epiſcopis, doleant ſibi eſſe prælatos, quos prius habebant ſubiectos.

† al. epiſcopo Alexandrino.

Vnde Gelaſius ſcribit Victori epiſcopo.

¶ Cum maiores ordinari contempſerint, de minorib. promoueantur ordinibus.

Anſ.l.7.ca.102.
Iuo p. 6. ca. 106.
Poly.l.2.tit.31.

Conſuluit dilectio tua de ſuorum promotione clericorū, perhibens, quòd diaconi ad presbyterij gradū (quo eccleſiam tuam memoras indigere [d]) venire detrectant. Quapropter quia inuitos fieri eccleſiaſtica moderatio, grauitaſque non patitur; vt ex nolentibus fiant volētes, ordinatio illa poteſt perficere†; ſi† quos habes uel in acolythis, vel ſubdiaconis maturiores ætate, & quorum ſit vita probabilis, hos in presbyteratum ſtudeas promouere, vt qui in ſuis ordinibus proficere noluerint, reddātur ſuis inferioribus, poſt minores†; ipſaque commoda [e] presbyteri propenſius [f], quàm diaconi conſequantur: vt hac [g] ſaltem ratione [h] conſtricti & honorem, quem refugerant, appetere nitantur [i], & quæſtum.

† al. proficere.
† al. quia ſcilicet ſi quos.

Iuo p. 6.ca. 43.
† al. poſteriores.

d ¶ Indigere.] Hoc verbum tēperat H. ita ꝙ ſonat in vtilitatem, non in neceſſitatem. Dicitur. n. quis indigere eo qđ bonum & vtile eſt ſibi habere,: ſi enim neceſſitas eſſet, cōpelleret per ſubtractionē beneficij vel officij. ſup.ea.c.3.4.& 5. licèt ſit arg. cōtra ſup.ea.eporū.ex. de æta.& qual.quæris ſm quam potes ſoluere canones iſtos. illa tñ loquitur de his qui hñt plura bñficia, prout ipſa litera dicit, & quid ibi dicit, priuabis, dic parte ſtipendiorū, nō oībus. Io. q dquid dicatur; illi decret. q̄ris ſtabis. B.

e ¶ Commoda.] Nā exhortatione p̄mio rum, &c. ff.de iuſti. & iur.l.1.& 24.q 4. c.vlt. Ioan.

Presbyteri plus in decimis habeāt quàm diaconi.

citatione non venit 2. ff. ſi quis ius dicenti nō ob temp. l.vna.& ita in publico conuentu reſponderunt la. T.& H. Et eſt arg. contra H. ſententiam, quam not. 4. q.1. in ſumma. Nam ſi poſt contumaciam infamis eſſet, non retineret eccleſiaſticam dignitatem. C.de digni.l.2.li.12. extra de exceſſ. prælato. inter.

2 Adde ad hoc Bar. & Bald. & Alber. de Roſa. in l. ſācimus C. đ iuridic.

a ¶ Interdices.] Attende archiepiſcopum à ſubdito excommunicari poſſe. & eiuſdem cenſuræ ſimilitudine poſſe deponi illius auctoritate perſonæ, à quo fuit deſtinatus, vt 2.q.6. ſi epiſcopus Bar.

b ¶ Adhunc.] Arg. ꝙ creſcente cōtumacia debet creſcere & pęna. ff. de inter. & releg. relegatorum. Et iſte ordo eſt ſeruandus, cum aliquis punitur pro contumacia, ut poſt admonitionē ſuſpendatur, ſecūdò excommunicetur, tertiò deponatur, quartò curiæ tradatur, vt 23.q.4. fortè. in ſi 34.diſt. quorundā. Sed ſi pro crimine quis punitur, tunc primò deponitur, poſtea excommunicatur, vt 81.diſt. dictū, extra de iud. cū non ab homine 3.

Contumax quo ordine punitur.

c ¶ Priuabis.] ideſt, priuatum eſſe oſtendes: nam eo ipſo, quòd contumax erat, priuatus erat. uel priuabis quo ad hoc, vt poſſit vitari ab alijs in ſacramentis.

3 Vbi de hoc, & ext. de teſt. cog. cum ſuper.

ADHIBENDA EST. CASVS. Supra in c. placuit. & ſup. c. ſi qui. oſtenſum eſt qualiter in tempore neceſſitatis uolens promoueri ſit puniendus. Nunc uerò docet Gratianus, ꝙ ſi eſt vtilis eccleſiæ, & non vult ꝓmoueri qualiter ꝓuocetur, ut epiſcopo ſuo in hoc obediat. Dicit enim, ꝙ minores paulatim ſunt promouendi: ut

f ¶ Propenſius.] Sed quomodo hoc ꝓcedat, vbi p̄bendæ omnes æquales ſunt, poteſt dici quòd decurrentur præbendæ eorum. Vel dic conſequantur ſpe, non re.

f ¶ Propenſius.] Eſt hic augumen. de iure cōmuni plus presbyteros, quam diaconos de oblationib. & decimis debere habere: argumen. 32.diſt. præter hoc, qđ verum eſt: ſed de ſpecialitate quandoque aliter fit. 1. q 2.cap. vlt.

ADDITIO. De hoc etiam not. 1.q.2.c. vlti. ubi uideas. 16.q.7.c.1. Archid.

e ¶ Vt hac.] Hic, ut conſecutiuum eſt. 1.q.1. quiſquis. ſi enim eſſet cauſatiuum, ſimoniam cōmitteret, qui ꝓpter quæſtū Deo ſeruiret. Deo enim propter Deum ſeruiendum eſt principaliter, vt 8. q.1. ſunt in eccleſia. & 1.qō.1. non eſt. & ſi eſſet cauſatiuum, uideretur eos inuitare ad inuidendum alijs. Item argum. beneficium ſicut priuilegium quandoque concedi 4. alicui; odio alterius.

Deo ꝓpter Deū eſt ſeruiendum.

4 Dic quod hoc totum, ideo eſt, q a habetur reſpectus ad vtilitatē eccleſiæ: aliàs in odium alterius nō eſſet priuilegium conferendum alicui. C. de ſta. & ima. l. fin. Argum. ff. ad Treb. ſi cum ab her. ff. de admi. tut. impuberi. §. tepus. Ioan. de Fan.

h ¶ Ratione.] Grauè enim uidetur, quòd plus detur ſocio q̄ ſibi etiam fratri. C. de bon. quælib. cū oportet. 1. reſponſo. nec de eadem ſocietate debet vnus plus quàm alius conſequi. ff. pro ſoc. verum. §. ſi cum tres. nec eſt alicui conferendum vnde alij ſcrupuloſo corde moueantur, vt 16.q.7.c.1.

i ¶ Nitantur.] Argu. quòd fit quandoque ſecundario quod principaliter fieri non poteſt, ut hic. & ff. de poſtula. l.1. § pen. & vlt.

TEmpus autem.] Hæc diſt. diuiditur in quinque partes: in quarum prima dicitur, ꝙ die Dominica, & hora tertia, & ieiuni debent epiſcopi, & conſecrari quocumq; tempore: & hoc probat per c.ſeq. Secunda ibi: [Tempus aũt.] Tertia ibi, [Cæterorum.] Quarta ibi, [Quod die.] Quinta ibi, [Ordinationes. Io. de Fan. ſtantia vnctio ipſa, de qua miſ...s videtur. ꝙ ſit de ſubſtantia. immo ſi omiſſa eſt, ſuppleatur. ext. de ſacra vnct. c.1. in princ. Alij tamen dicunt omnia iſta eſſe de ſubſtantia: arg 23. diſt. quorundam præter tempus, uel horam, quia quocumque tpe ordinatur, recipit ordinem.

CASVS. Oſtenſo qualiter. & à quibus ſit clericorum ordinatio facienda, nunc oſtendit Grat. quo tempore ſit ordinatio facienda. Et primo de ordinatione epõrum, poſtea de ordinatione cęterorũ explicat, & dicit hic, ꝙ in conſecratione epi certum tẽpus non eligitur: dũmodo in die Dominica, & hora tertia, & ieiunantibus fiat, vt inf. ea. c 1. Cæterorum vero ordinationes fiunt in certis tẽporib. ut inf. ea. c. vl.

a ¶ Tempus autẽ.] Hic depingit 75. diſt. in qua agit magiſter de cõſecratione epiſcoporum, & de temporib. ordinationũ. ſubiungit etiã de ordinatione aliorũ clericorũ. Debet aũt ordinatio epiſcoporũ fieri hora tertia, die Dominica. inf. ea c. 1. & cap. quod die: cæterorum vero in ſex partibus anni. ſcilicet in quatuor temporibus, & in ſabbato mediæ hebdomadæ quadrageſimæ, & in ſabbato ſancto infra ea. c. vlt. extra de temp. ordi. c. 3. & 63. diſt. literas.

DISTINCTIO LXXV.

TEmpus autem [a] *conſecrationis, ſicut in ordine Romano habetur, ad epiſcopi benedictionem non eligitur* [b]*. Omni enim tempore* [c] *benedicuntur; dummodo ieiuni, & hora tertia benedictionem accipiant.*

Vnde Anacletus Papa ſcribit ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2. in princ.

¶ Ordinationes epiſcoporum qua hora fieri debeant. Cap. I.

ORdinationes [d] epiſcoporum auctoritate [e] Apoſtolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, epiſcopis ſunt celebrandæ. Qui ſimul conuenientes ſcrutinium [f] diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus [g] in ſanctis Euangelijs, quæ prędicaturi ſunt imponentes, Dominica die, hora tertia [h] orantes, ſacraque vnctione, exemplo † [i] prophetarum, & Regum capita eorum, more Apoſtolorũ [k], & Moſis [l] vngentes; quia omnis ſanctificatio [m] conſtat in ſpiritu ſancto: cuius uirtus inuiſibilis, ſancto chriſmati [n] eſt permixta; & hoc ritu ſolennem celebrent ordinationem.

ſup. diſt. 64. ordinationes epiſcoporũ. Burch. l. 1. c. 15. Iuo par. 5. c. 69. Anſ. l. 6. c. 53. Pann. l. 3. c. 12. Poly. l. 2. tit. 6. De prophetis. 3. Reg. 15. De Moyſe Exo. 29. De regibus. 1. Regum 10.

2 *Tempus autem cõſecrationis, trium menſium ſpatio clauditur: vltra quod, niſi neceſſitate cogente, epiſcoporũ*

b ¶ Non eligitur.] Id eſt, non electum, uel determinatum in canone.

c ¶ Omni enim tempore.] .i. omni menſe, uel ſeptimana. ſimiliter reſtringitur de conſec. diſt. 4. omni tempore: ibi exponitur, id eſt, omni anno.

ADDITIO. De hoc etiam no. 31. diſt. tenere. Archid.

ORdinationes.] CASVS. Anacletus docet in hoc c. quod ordinationes, id eſt. conſecrationes epiſcoporum debent fieri ab omnibus comprouincialibus epiſcopis die Dominica, & hora tertia, ſacra vnctione interueniente, exemplo prophetarum, & Apoſtolorum, & Moy. Nam Samuel iniunxit Dauid. & Heliſæus Iehu Regem. Apoſtoli Iacobum, & Moyſes Aaron.

d ¶ Ordinationes.] CASVS. Oſtenditur a quibus, qualiter, qua hora, qua die, epiſcopus debeat ordinari.

e ¶ Auctoritate] Generali. extra de elect. cum in cunctis 26. q 1. cunctis.

f ¶ Scrutinium.] Id eſt, examinationem, de qua habes diſt. 23. qui epiſcopus.

g ¶ Manus.] Duo ponent ſuper caput conſecrandi codicem Euangeliorum: tertius fundet benedictionem: alii omnes ponent manus ſuper caput eius ut 23. diſt. eps.

Epiſcoporũ conſecratio fit hora tertia

h ¶ Tertia.] Multiplex eſt ratio de hora tertia: quia debet tunc Miſſa publicè celebrari, ut de conſec. diſt. 1. nocte. ſine qua Miſſa non poteſt conſecrari: quia nec eccleſia ſine Miſſa conſecratur: de conſecr. diſt. 1 oẽs. licèt quidam dicant contra, ꝙ ſcilicet non ſit de ſubſtãtia cõſecrationis: quibus ego aſſentior 1, quia non eſt de ſubſtantia ... arg. inf. 77. diſt. ſubdiaconus. extra de temp. ord ſane. nã qñque citius, qñque tardius Miſſa celebratur. Item ideo eſt facienda conſecratio hora tertia: quia Spiritus ſanctus in igneis linguis hora tertia, &c. de conſec. diſ. 1. nocte. quorum loco ſuccedunt epi, 21. diſt. in nouo. & quia hora illa dominus eſt crucifixus, ut ibidem dicitur. & tali hora Apoſtoli conſecrauerunt Paulum, & Barnabam, &c. intra ead. quod die.

Eccleſia poteſt ſine Miſſa cõſecrari.

i ¶ Exemplo.] Quia Samuel inunxit Dauid, & Saulem; Heliſæus Iehu in Regem Iſrael,

K ¶ More Apoſtolorum.] Qui inunxerunt Iacobum. ſupra 66. diſt. porro.

l ¶ Et Moſis.] Qui inunxit Aaron, & filios eius. 21. diſtinct § 1.

m ¶ Sanctificatio.] Id eſt, omnis vnctio ſanctificans & efficax eſt 2. a Spirituſancto. Et ſic patet, ꝙ in collatione ſacramenti confertur gratia: & illa gratia inuiſibiliter operatur. 1. q. 1. multi, & ſi ſacramentum aliquod confertur digno, tunc corroborat virtutem priorem, ut de conſec diſtinct. 5. nouiſſimè, & augetur in eo gratia. de conſec. diſt. 4 non ex quo. Sed ſi ſacramentum confertur indigno, ſolum ſacramentum recipit, & illud recipit ad ſui malum: ſed non recipit rem ſacramenti. Hæc materia optime tractatur, extra de ſacra vnctio. cum ueniſſet.

n ¶ Chriſmati.] Et ita chriſma eſt ſacramentum; quod concedo, ſic & aqua. 1. q. 1. detrahe. & c. multi.

TEMPVS. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur, ꝙ eccleſia epiſcopalis vltra tres menſes vacare non debet: & poſtquam electus fuerit uſque ad alios tres menſes conſecratur. interim eccleſia per œconomum gubernatur. & hoc probat per c. ſeq. Ioan. de Fan.

CASVS,

CASVS. Supra dictum eſt quã die: & qua hora debet epiſcopus conſecrari. nunc autem dicit intra quod tempus à tempore electionis & confirmationis debeat conſecrari. Et dicit Gratianus quòd intra tres menſes, niſi per neceſſitatem differretur.

b ¶Neceſſitas.] Propter quam quãque poſſet differri per totam vitam electi, maximè confirmati, vt ſi vitietur in corpore argu. extra de elect. cum in cunctis. licèt ſit arg. contra extra de ætate & quali. c. 1. vel ſi non reperiretur idoneus in eccleſia, niſi in minoribus ordinibus, vt ǰ. 7. q. 1. conſtitutũ. ſup. d. 6. Oſius 28. d. de Syracuſanæ.

Quo-*conſecrationes poſt electionem differri non licet. Vnde in Chalcedonenſi concilio, c. 25. legitur.*

Vltra tres menſes non differratur epiſcoporum ordinatio. Cap. II.

Poly. l. 2. tit. 10. Burc. l. 1. cap. 24. Anſ. l. 6. cap. 40. Iuo p. 5. c. 135.

QVoniam quidam metropolitanorũ, ſicut ad nos perlatũ eſt negligunt creditos ſibi greges, & differunt ordinationes facere epiſcoporũ; placuit ſanctę ſynodo intra tres [a] menſes fieri ordinationes epiſcoporũ, niſi fortè inexcuſabilis neceſſitas [b] coegerit tempus ordinationis † amplius protelari. Si autem quis α epiſcoporum [c] hæc non obſeruauerit, ipſum debere eccleſiaſticæ cõdemnationi ſubiacere; redditus verò eiuſdem viduatæ eccleſiæ integros reſeruari apud œconomum [d] eiuſdem eccleſiæ placuit.

† τῆς ἀναβολῆς.

α ¶Si autem quis.] *Sic etiam in priſca verſione. Græcè eſt:* εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν (*al.* αὐτῷ) ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ. *quæ alter interpres vertit.* Quòd ſi hoc minimè fecerit, correptioni eccleſiaſticæ ſubiacebit. *De metropolitano enim loquitur.*

3 *Cæterorum verò ordinationes non niſi in temporibus certis, & diebus, maximè ſacerdotum; & leuitarum fieri debent; veſpera videlicet ſabbati, vel mane diei Dominicæ continuato ieiunio.*

Vnde Zepherinus Papa ſcribit ad epiſcopos Aegypti, epiſt. 2.

¶Ordinationes presbyterorum, vel leuitarum qua hora fieri debeant. Cap. III.

Poly. l. 2. tit. 28. Anſ. l. 7. cap. 43. Burc. l. 2. cap. 3. Iuo p. 6. c. 23. & 57.

ORdinationes [e] presbyterorum, leuitarumque, tempore [f] congruo, multis coram adſtantibus, ſolemniter agite; & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum ſocietate, & adiumẽto plurimum gaudeatis.

Item Leo epiſcopus Dioſcoro Alexandrino epiſcopo, epiſt. 79. c. 1.

¶Presbyteri, & leuitæ qua hora ordinandi ſunt. Cap. IIII.

Polyc. ibidem. Anſ. l. 7. cap. 44. Iuo p. 6. c. 71.

QVòd à patrib. noſtris propenſiore cura nouimus eſſe ſeruatum, a vobis quoque volumus cuſtodiri; vt nõ paſſim diebus oĩb. ſacerdotalis, vel leuitica ordinatio

c ¶Epiſcoporũ.] Vel metropolitanorum. vel electorum, q epiſcopi ſunt deſtinatione. cõtra vtroſque. n. pęna eſt ſtatuta 100. diſt. quoniam.

d ¶Apud œconomũ.] de hac materia dixi inf. 12. q. 2. illud.

CAETERORVM. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua dicitur, ꝙ ordinationes clericorum non debent fieri niſi congruo tempore. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra dictũ eſt, quo tempore ordinentur epiſcopi. Nunc vero docet Gratianus quo tempore cæteri debeant ordinari. Et dicit, quòd certis temporibus, ſcilicet ſex, i. in quatuor temporib. anni, & in ſabbato ſancto, & in ſabbato qđ eſt ante Dominicã de paſſione Dñi, vt inf. eo. ea. vl. Minores etiam ordines poſſunt conferri in die Dominica ab epiſcopis, vt extra de temp. ordi.

¶Caſus ſeq. cap. planus eſt.

e ORdinationes.] ¶Leuitarum.] Hoc idem in ſubdiacono: niſi in Papa tãtum. extra de temp. ordi. c. 1. ſed ſm̃ hæc decreta nõdum ſubdiaconatus erat ſacer ordo. arg. inf. e. c. pœn. 60. diſt. c. ſi.

f ¶Tempore.] Et in maiori eccleſia, vt arg. ſu. d. 67. reliq. & arg. 24. diſt. c. vlt. minores autẽ ordines, vbi, & qñ libuerit põt epiſcopus cõferre 1, vt extra eo. c. 3.

QVoniam.] CASVS. Duo dicuntur in hoc c. Primum eſt ꝙ nullus archiepiſcopus differat ordinationes epiſcoporum vltra tres mẽſes, niſi neceſſitas compulerit amplius protelari. Secundum eſt, ꝙ redditus viduatæ eccleſiæ debent eſſe in poteſtate œconomi, donec epiſcopus eligatur, & confirmetur.

a ¶Tres.] vſque ad tres menſes fit electio. 50 diſt. poſtquam. & vſque ad alios tres menſes conſecratio, vt hic citur, & 100. diſt. quoniam.

Electio dẽt fieri intra trimeſtre.

& omnes ſimul ſi conſuetudo habeat hoc in prouincia extra de eo qui fur. or. recep. cum H. lator.

QVòd à patrib.] CASVS. Quæſiuit Dioſcorus Alexandrinus patriarcha à Leone, vtrum indifferenter omnib. diebus ſacri ordines poſſint, vel debeãt conferri. Et reſpondet ꝙ nõ: ſed tantum poſt diem ſabbati, & poſt exordia noctis, quæ luceſcit in prima ſabbati, vel in Dominica in mane continuato ieiunio ſabbati vſque ad diem Dominicam, in quibus, ideſt intra quæ

1 Ad idẽ infra quando plena eſt.

celebraretur; ſed poſt diem ſabbati [a] eius noctis, quæ luceſcit in prima [b] ſabbati, exordia † conſecrandi eligantur, [c] in quibus his, qui conſecrandi ſunt, ieiunis, & à ieiunantibus ſacra benedictio conferatur. Quod eiuſdem [d] obſeruantiæ erit, ſi mane, ipſo Dominico die continuato [e] ieiunio [f] ſabbati celebretur: à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quod † ad diem reſurrectionis (ſicut etiam in Paſcha Domini declaratur [g]) pertinere nõ dubium eſt.

† *Exordia deligantur, hoc eſt ſub lege diuini officij ſubſtituantur.*) orig.
† *quam*) orig.

Item eodem capite:

¶Quare die Dominico ſacerdotum ordinationes celebrentur. Cap. V.

QVòd a die [h] Dominico † ordinationes ſacerdotum [i] celebrentur, non tantum ex conſuetudine, ſed etiam ex Apoſtolica nouimus venire doſtrina; ſcriptura manifeſtante, quòd cum Apoſtoli Paulum & Barnabam ex præcepto ſpiritus ſancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes, & orantes impoſuerunt eis manus; vt intelligamus, quanta & dantium, & accipientium deuotione curandum ſit, ne tantę benedictionis ſacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie, & laudabiliter Apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis; ſi hanc ordinandorum ſacerdotum formam per eccleſias, quibus Dominus præeſſe te voluit, etiam ipſe

Iuo p. 6. c. 70.
Pann. l. 3. c. 13.
Act. 13.

quæ tempora ieiunis, & à ieiunantib. debet fieri conſecretio. ſic vt videtur Beneuen. & etiam mihi caſus ponendus: licèt non ſeruetur de conſuetudine.
f SVbdiaconus.] ¶non minor 20. annorum. Ita,vt con pleuerit 20. annum. hoc enim requiritur in honoribus eccleſiaſticis , vt extra de elec. cum in cunctis. licèt ſecus ſit in honoribus ciuilibus 3, vbi ſufficit attigiſſe 25. annum , vt ff. de mu.& ho .ad rem licèt ſit arg contra inf. diſtin. proxi.c. preſbyter. In vſucapionibus ſufficit attigiſſe vltimum diem,vt ff. de diuerſi. & tempo. præſcrip. in vſucapione, & ſimiliter quantum ad factionem teſtamenti ſufficit attigiſſe vltimum diem 14.anni,vt ff. de teſtamen.qua ætate . Sed quantum ad excuſationẽ ciuilium munerum requiritur qđ annus ſit completus, vt ff.de iure immũni. maiores. Sed quantũ ad beneficium reſtitutionis ſit computatio , de momento ad momentum , vt ff.de mune l.3.§. minorem . Sed in temporalibus actionibus oportet , vt vltimus dies ſit completus , vt ff. de actio. & ob. l.in omnibus temporalibus.Ioan.

Aetas in honoribus, & multis aliis neceſſaria,

3 [Etiã fortè eſt rõ , quia honores eccleſiæ poti' ſpectant ad onus quàm honorem.8. q. 1. illud. Io. de Fan.

g PLacuit inf. 20.q. 1.placuit.

h ¶Salutent.] Solebant forte lecturi in pulpito aliquam ſalutationem nobis ignotam præmittere, vel dicebant, Dominus vobiſcum. vbi modo dicunt : Iube domne benedicere. 21. diſtinct.denique.

...nc lite- ...a ponit ...r. cuius ...t hæc gl. ...Hug po ...18.vt 28 ...de his. ...diſt.lecto ...Sed hoc ...Hug nõ ...et , quia ...æ in ſep- ...nio non ...et reci- ...re omnes ...dines.

Concor. ...cum gl. ...ñ aliter. de leg. 3. ...in l.1. ff. ...mino.

b ¶ Grãdæuus.] ſ.xxiij.anno 1,vel xxx.quia hæc eſt virilis ætas.inf.ea.c.epiſcopus 2.ætas enim multum facit ad eruditionem.16.q 7 hoc ſit,& ſi ſit xxij.annorũ,ita recipit omnes ordines intra xxx. annũ.ſicut. quilibet alius qui à pueritia deſeruiuit eccleſiæ. Vel grandæuus. ſ.xviij annorum: arg.28.diſt. de his.& 32.diſt.lectores.

c ¶ Statim.] ſu.diſt.47.§.1.argum contra Sed non dicit ſtatim,id eſt, incontinenti: ſed ſtatim,id eſt, paulo poſt. tale ſtatim habes ff.de procura . qui procuratorem , vel ibi non prohibetur , niſi de epiſcopatu & presbyteratu:

d ¶ Vel habere.] Ita tñ ꝙ dudũ iam promiſerit continẽtiam. nam præire debet continentia , vt 22.diſt.cap. priuſquam . præterea de iſto grandæuo non exprimitur

EPiſcopus benedictionem.] CASVS. Hoc diuiditur in tres partes. In prima parte dicit . ꝙ minor xxv. annorum fieri diaconus non debet . In ſecunda parte . dicitur , ꝙ ſi coniugatus iuuenis voluerit ordinari , requirenda eſt vxoris volũtas: & ſequeſtrato cubiculo & religione promiſſa ordinetur. In tertia parte dicitur, quod ante xxx.annum presbyter vel epiſcopus non ordinetur . Secunda pars incipit ibi, [Sanè .] Tertia ibi, [presbyterum vero.]

i ¶ Iuuenes.] Idem eſt de alijs regulariter. arg. 32.q.5. per totú.ſi ſunt ſenes bene poteſt alter cõuerti : & alter in ſeculo remanere,extra de conuer. coniug.cum ſis.

lũtas ita requirenda eſt vt,ſequeſtrato [a] manſionis cubiculo, religione [b] promiſſa, poſteaquam pariter cõuerſi fuerint, ordinentur. ¶ presbyterum vero, vel epiſcopũ ante triginta annos, id eſt antequã [c] ad viri perfecti ętatem perueniat, & diaconos ante vigintiquinque, nullus metropolitanorum ordinare præſumat: ne per etatem [d] (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

C.17. Burc.l.2.c.9. Iuo.p.6.c.29. Fann.l.3.c.26.

Item ex concilio Toletano 4.c.19.

¶ De eodem. C. VII.

IN veteri lege ab anno vigeſimoquinto leuitæ [e] in tabernaculo [f] ſeruire mandantur: cuius auctoritatẽ in canonibus & ſancti patres ſecuti ſunt. Nos [g] & diuinæ legis & conciliorum præcepti immemores, infantes, & pueros [h] leuitas facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ: ideoque, ne vlterius fiat à nobis, & diuina lege, & canonicis admonemur † ſententijs, vt † à vigintiquinque annis ętatis læuitæ [i] conſecrentur, & à triginta presbyteri ordinentur.

Poly l.2.tit.27. Burch.l.2.c.11. Iuo p.6.c.31. Fann.l.3.c.31. [illegible]

† In codice regio.] *admonemus exemplis.*

† al. ſid.

Item Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam, epi. prima, c. tertio.

¶ Per quę interualla temporum ordinetur, qui de monachis in clericatum eligitur. C. VIII.

SI quis de religioſo propoſito, & diſciplinis monaſterialib. eruditus ad clericale munus [k] accedat, in primis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur, ſi nullo graui facinore probatur infectus, ſi ſecundam nõ habuit fortaſſis vxorem, nec à marito relictam ſortitus oſtẽditur; ſi pœnitentiam [α] publicam fortaſſis non geſſit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, ſi ſeruili, aut originariæ non eſt conditioni obnoxius, ſi curiæ iam ꝓbatur nexibus abſolutus, ſi aſſecutus eſt literas, ſine quibus vix fortaſſis oſtiarij poſſit implere miniſterium.

ſu. diſt. 55. c 1. Anſ.l.7.c.47. Iuo p.3.c.143.

α ¶ Si pœnitentiam.] *Hinc vſque ad finem addita ſunt ex epiſtola ipſa, vt melius percipiatur nexus ſequentis capitis. Nã poſt verbum,* miniſterium, *continenter apud Geloſium ſequitur:* vt filius omnibus, quæ ſunt prædicta, fulcitus; continuo lector, &c.

Item eodem capite, & ſequenti.

¶ De eodem. C. IX.

MOna-

a ¶ Sequeſtrato.] Infra 31. diſtin. volumus. contra. Sed hic de ſuſpectis. Vel dic quòd thalamus tantum debet ſequeſtrari, non autem manſio 1. & hoc obtinet in vxore promouendi: ſecus ęſt in vxore illius qui vult cõuerti: quia tunc vxor intrabit religionem. vel ſi eſt ſenex promittet continentiam, vt extra de conuer. coniu. cum ſis. & de illa materia not. 28 diſt. quia ſunt culpæ. Quid ſi vxoratum promouet epiſcopus ad minores ordines, debet ne ab eo exigere continentiam, cum ſine titulo, eũ nõ debeat ꝓmouere & beneficium ſimul cũ vxore habere nõ poſſit extra de cler. cõi. c. 1. &c. diuerſis? Sic: ſi tñ promouet, nec exegerit, habebit beneficiũ: ar. 32. diſ. ſi qui. ab eo autẽ qui vxorẽ nõ habet non eſt exigenda cõtinentia 15. q. 3. §. cũ autem Ioan.

Vr̃ litera idem dicere cum dicat ſequeſtrato manſionis cubiculo. de hoc le. et no. extra de cõuer. coniug. coniugatus: ibi vide.

Coniugati an poſſint ꝓmoueri.

b ¶ Religione.] i. caſtitate: q̃ qualiter ꝓmitti debet, dixi 32. diſ. feriatim. nec eñ iſta debet religionẽ intrare: quia nec vir eius intrat. ſecus eſt ĩ vxore monachi vel epiſcopi. extra de cõuer. coniug. ſane.

c ¶ Antequam.] No. ꝙ canon aliter interpretatur virilem ętatẽ, aliter interpretatẽ lex. ff. dẽ minorib. l. 1. C. de his q veni. æta. impe. l. vlt. ſed diuerſificãt: quia diuerſos habẽt reſpectus. Prætor nõ habuit reſpectum niſi ad rerum ſuarum adminiſtrationem.

Aetas virilis diuerſimode interpretatur.

d ¶ Ne per ętatem.] Argu. ratione ętatis p̃ſumi ꝓ aliquo, vel contra, vt ſu. 34. diſt. quorundam 33. q. 2. antiqui.

In veteri.] CASVS. Quidam epi ante xxv. annũ. leuitas ordinabãt. ſed Toletanũ concil. ꝓhibet ne hoc de cætero fiat: ſed poſt xxv. annum leuitæ ordinentur; & presbyteri poſt xxx. quod probat auctoritate legis Moſaicæ & canonicæ.

e ¶ Leuitæ.] In veteri lege à xxv. anno Leuitæ deſeruiebant tabernaculo, & cuſtodiebant vaſa tabernaculi aurea: antea non.

Leuitæ officium.

f ¶ Tabernaculo.] Quid ſit tabernaculum, habes ff. de verb. ſig. l. inde tabernacula.

Tabernaculum.

g ¶ Nos.] Commiſcet ſe alijs. vt citius reprehendat.

h ¶ Pueros.] Puer quãdoque ſeruum, quãdoque puellam ſignificat. ff. de ver. ſig. pueri. quandoque dicitur puer. 18. annorum. ff. de ali. & ci. le. l. Mela.

Puer quid ſignificat.

i ¶ Leuitæ.] Oẽs qui in templo ſeruiebant, dicebant Leuitæ quia de tribu Leui aſſumebantur. Sed nunquid conferebãt eis tunc character? Sic argu. de conſecratio diſtinct. i. c. 1. ſed non idem qui hodie. argu extra de ſacra. vnct. cum veniſſet. in fin. 21. diſtinct. c. 1. quod eſt contra opi Hug. quam dixi ſu. 75. diſt. c. 1. ꝙ ſcilicet ſine Miſſa conferatur character. Sed hodie immutata eſt forma per Chriſtum. vnde nec Aaron ſine Miſſa conferret hodie character em.

Leuita à ... ui dicitur.

Character hodie ſine Miſſa non confertur.

SI quis.] CASVS. Dicitur hic ꝙ ſi quis monachus voluerit promoueri, vita eius præterita requiri dẽt, ſi fuerit criminoſus, vel irregularis, contrahendo cũ ſecunda vxore. vel repudiata.

K ¶ Munus.] id eſt ſi vult ad ordinem promoueri. Archidiaconus.

MOnachus] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima loquitur de monacho. In ſecũda de laico.

laico. In prima ergo dr̄ ꝙ monachus nouitius, ſi bonæ vitæ & bonæ conuerſationis fuerit, intra annū poteſt omnes ordines recipere ꝑ interſtitia breuia in ea aſſignata, vt deuotio ſancti propoſiti legitima ſuppleat interſtitia. In ſecunda parte dicitur, ꝙ laicus intra annum & dimidium poterit promoueri ad omnes ordines, ſi fuerit cōmendabilis vitæ, vt quod deeſt tempori, & quod prolixior conſuetudo non contulit, ſuppleat in eo morum probitas: & hæc omnia fiunt de diſpenſatione propter neceſſitatem: qua ceſſante vetus forma ſeruetur. ſecunda pars incipit ibi. [Si verò laicus.]

dius tñ ſcripſit literas non eſſe notas. ff. de bon. poſſeſ. ſed cum patrono. §. notis. Notæ autem quandoq; dicuntur cicatrices. vñ lex dicit, quod notæ & nomina fugitiuorū ad magiſtratus ſunt referenda. ff de ſer. fug. l. 2. iuxta illud. [Polijſque notas & nomina mandat.]

chus α [a] verò nouitius [b] morum honeſtate fulcitus, continuo lector vel notarius [c], aut certe defenſor [d] effectus, poſt tres menſes exiſtat acolythus: maximè ſi huic ætâs etiã ſuffragatur: ſexto menſe ſubdiaconi nomen accipiat; at ſi modeſtæ conuerſationis, honeſtæque voluntatis exiſtit, nono menſe diaconus, completoque anno ſit presbyter: cui tamen, quod annorum interſtitia fuerant collatura, ſancti propoſiti ſponte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe deuotio [e]. ¶Si verò laicus quiſpiam eccleſiaſticis eſt aggregandus officijs; tanto ſollicitius in ſingulis, quæ ſuperius comprehenſa ſunt, huiuſmodi decet examinari [f] perſonam; quantum inter mundanã, religioſamq; vitam conſtat eſſe diſcriminis: quia vtique conuenientia [g] eccleſiæ miniſteria reparanda † ſunt, non inconuenientibus meritis ingerenda: tantoque magis, quod ſacris aptum poſſit eſſe ſeruitijs, in eorum quærendum eſt inſtitutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc aſſequenda, decerpitur; vt morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior conſuetudo non contulit; ne† per occaſionem ſupplendę penuriæ clericalis, vitia [h] potius diuinis cultibus intuliſſe †, non legitimæ familiæ Domini computemur procuraſſe compendia [i]: Quorum [k] promotionibus, ſuper anni metas [l], ſex menſes nihilo minus ſubrogamus: quoniam, ſicut dictum eſt, diſtare [m] conuenit inter perſonam diuino cultui deditam, & de laicorum conuerſatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, vt β eccleſijs ab hac occaſione ceſſantibus [n] canonum paternorum vetus forma ſeruetur.

Ibidem. c. 9.

† al. deputanda.

† al. nec.

† al. intuliſſe indicemur.

α Monachus.] *Quo modo hic locus in originali habeatur proxima ſuperiore notatione indicatum eſt.*

β ¶Vt eccleſijs.] *Hæc multo plenius à Gelaſio exponuntur:* Vt illis, inquit, eccleſijs, quibus infeſtatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanſerunt miniſteria, remouentur: quatenus his, Deo propitio, reſtitutus, in eccleſiaſticis gradibus ſubrogandis canonum paternorum vetus forma ſeruetur; nec contra eos vlla ratione præualeat, quod pro accidentis defectus remedio prouidetur, non aduerſus ſcita maiorum noua lege proponitur; cæteris eccleſijs ab hac occaſione ceſſantibus, quas non ſimili clade vaſtatas, priſtinam faciendis ordinationib. conuenit tenere ſententiam.

d ¶Defenſor.] Exorciſta. nã prius ſit oſtiarius, poſt exorciſta. ſu. ea. c. 1. dr̄ exorciſta defenſor: qa defendit corpus a dæmonibus.

e ¶Deuotio.] Sicut enim ingenium ſupplet tempus in bene ſtudēte, ſic & bonitas ætatem: & ita compenſatur probitas cum tempore. ſic ergo bonitas ſupplet ætatem ſicut tempus, vt C. de prępoſi. ſacro ſcrin l. 1. li. 12. ſic & malitia dicitur ętatem ſupplere. C. ſi mi. ma ſe. dixe. l. 3. extra de deſpōſa. impuberum. de illis, ita probitas & honeſtas ſupplet tēpus. C. de his qui ve. ætа. impe. l. omnes. & ff. de decre. ab or. fa. l. 1. ſic aliquid quod eſt minus, æquiparatꝰ alii, qd eſt maius, facta compenſatione hinc inde. 7. q. 1. quæro & 19. diſtin. canonicis Iſtud idē conſiderat in teſtib. quia fit cōpēſatio auctoritatis ad numerũ. extra de teſti. in noſtra.

Ingeniũ & alia tempus ſupplere poſſunt.

f ¶Examinari.] Argu. ꝙ ſi laicus inducitur in teſtē diligentius eſt examinãdus quã clericus, ꝓpter maiorem duritiem. 12. q. 1. duo.

g ¶Conuenientia.] ideſt. conuenientib. miniſtris.

h ¶Vitia.] Ideſt, vitioſos clericos.

i ¶Compendia.] id eſt vtilitates. vel vtiles miniſtros.

K ¶Quorum.] Argumentum poteſt colligi ex hoc, ꝙ tantum valeat teſtimonium quatuor clericorum, quantum ſex laicorum. nam in ſeſquialtera proportione videtur, quòd ſe habeant, ſicut ſe habent ſex & quatuor: quia tantum poteſt clericus facere per annum. quantum laicus per annum & dimidium. 46. diſtinct. cap. penul.

Clericus laico præfertꝰ.

l ¶Metas.] ſup. diſt. ead. quicunque. contra. Sed ibi de neophyto: hic de renato ab infantia loqtur. Vel illud regulariter & de iure communi: hoc ſpecialiter ex diſpenſatione. vnde ſubijcit, quæ tamen, &c.

m ¶Diſtare.] inf. 8 q. 1. nec ſufficere 2.

n ¶Ceſſantib.] Ceſſante cauſa ſucceſſionis ceſſare debet pariter & conceſſum, vt 1. quæſt. 7. quod pro remedio

2 Ad idem 61. diſt. in ſacerdotibus. ſup. 4 diſtin. ſtatuimus, &c. deniq. 1. q. 1. vilißimus.

a ¶Monachus.] Hoc cap. loquitur ſecundum caſum illum ſup. diſt. 55. priſcis. ſ. de diſpenſatione, procedente de iure communi.

Secundum hæc expone. notarius vel ſtr ideſt, ſic exponunt Gra. & Arg.

b ¶Nouitius.] Quia de nouitio maior dubietas videbatur eſſe.

c ¶Vel notarius.] A notis ideſt, literis legendis 1. Pe-

dio.& c.exigunt.ſu.diſt.55.priſcis.56. diſt.Iſmael.argu. contra.C.fami.erciſ.l.2.Lau.

ADDITIO. Dic vt not.61.diſtin.neophytus.. & 19.q.2. duæ.Archid.

DISTINCTIO LXXVIII.

QVa verò [a] ætate ſacerdotes ordinari debeant, Bonifacius Papa diffiniuit dicens.

a ¶Bonifacius.] Cæteri collectores citant ex decretis Fabiani. Extat apud Martinum Bracarenſem epiſcopum in cap.græc. ſynod.cap.20.ex Neocæſarien.c.11.

¶Ante annos triginta presbyter non ordinetur. Cap. I.

SI quis [b] triginta ætatis ſuæ annos non impleuerit, nullo modo presbyter ordinetur, etiam ſi valde ſit dignus [c]. Poly.l.2.tit.20. Burc.l.2.c.10. Iuo p.16.c.30. Pann.l.3.c.26.

[Item in nouellis in Authentica de ſanctiſs. epiſcopis §.clericos.apud Iulian. Ante c.conſt.123.c.ap.19.]

¶De eodem. PALEA. Cap. II.

NEmo presbyter conſecretur, qui minor triginta annis ſit: nemo diaconus, vel ſubdiaconus fiat, qui minor vigintiquinque annis ſit: nemo lectoribus cõnumeretur, qui minor 18. annis fuerit: nemo inter diaconiſſas conſecretur ſacroſanctæ eccleſiæ, quæ minor 40. annis, vel ad ſecundum matrimonium peruenerit. Poly.l.2.tit.27.

Item Leo Papa ad epiſcopos Africanos, epiſt.85.c.1.

¶Non eſt ordinandus ſacerdos, niſi longo probatus examine. Cap. III.

QVid eſt manus [d] cito imponere, niſi ante ætatẽ maturitatis, ante tempus examinis, ante meritũ obedientiæ †, ante experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare [e] peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem, qualis ille eſt, qui non meruit ordinari? ſup 61.c.miramur. verſ. quid eſt cito.] Anſ.l.6.c.34. Iuo p.5.c.105. † al. labo...

Item ex concilio Neocæſarienſi, c.11.

¶Ante triginta annorum ætatem presbyter non ordinetur. Cap. IIII.

PResbyter ante xxx. [f] annorum ætatem non ordinetur; quamuis ſit probabilis vitæ: ſed obſeruet vſq; ad præfinitum tempus. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt; & tunc prædicauit [g]. Poly l.2.tit.27. Anſ.l.7.c.95. Pann.l.3.c.29.

QVa verò ætate.] CASVS. Supra in proxima diſt. in cap.epiſcopus benedictionem. dictum eſt quòd qui ordinatur in presbyterum debet eſſe 30. annorũ. Nunc verò in hac 78. diſt. idem repetit, vt addat cauſam quare tunc, & nõ ante: ſcilicet quia Chriſtus ĩ 30.anno baptizatus fuit, & poſtea cœpit prædicare. vt inf.ea.presbyter. Et omnia plana ſunt vſque ad c.quid eſt.

a ¶Qua verò.] Hic intitulatur 78. di.in qua oſtendit magiſter nõ debere ordinari ſacerdotes de iure cõi ante triginta annos completos: qa in tali ætate Dñs baptizatus eſt, & p̃dicare cœpit & quidã alii prophetæ. ſed quia & ante hoc tẽpus prophetæ ad prędicãdum miſſi ſunt, poſſent neceſſitate imminente a 25.anno ordinari inf.ead.d.c.vl.ar.ff.ad Treb. filium.§.1. Chriſt⁹ qua ætate baptizatus eſt.

b SI quis.] ¶Non impleuerit.] Extra de elec. cum in cunctis. 1 Ac idem 15.q. vlti.c. vl. & de hoc etiam not. inf.ea. c.vlt.

c ¶Sit dignus.] Arg. eſt non debere derogari iuri cõmuni propter perſonam.ſu.d. 50.ex pęnitẽtibus.d. 61.miramur. Sed pp neceſſitatẽ, vel vtilitatẽ derogatͬ iuri. licet nõ propter dignitatem tãtum, vt.1.q. 7.cap.tali.1.

QVid eſt manus.] CASVS. Super epiſtolam ad Timotheum habetur. Manus cito nemini impoſueris, nec communicaoeris peccatis alienis. Nunc verò Leo Papa exponit literam Apoſtoli, & dicit, ꝙ ille cito manum imponit, qui ordinat aliquem ante congruã ætatem, & ante examinationem, & anteq̃ ſit diſciplinatus. Et ille communicat peccatis alienis, q efficitur malus: ſicut eſt ille quem ordinat, & in malo eſt ei ſimilis. 2 Cap. 1.

d ¶Quid eſt.] Hoc eſt in epiſtola ad Timotheũ 2: Manus cito nemini impoſueris: neque communices peccatis alienis.

e ¶Communicare.] Communicat peccatis alienis, qui illis conſentit.arg.diſt.86.c.1.& culpam.& c.facientis. 83.diſt.cap.quid enim & c.error.

PResbyter ante.] CASVS. Dicitur hic, quòd presbyter ante xxx. annos ordinari non debet, licet ſit vitæ probabilis: quia Chriſtus tantum in trigeſimo anno cœpit prædicare, & baptizatus eſt.

f ¶Ante triginta.] Põt tamen ei concedi in vigeſimo quinto anno regimen parochialis 3, eccleſiæ, extra de electio.cum in cunctis. Sed cui incumbet probatio de ætate, ſi dubitatͬ de ætate? Dico, ꝙ ei, qui agit, ſcilicet qui petit ordinem. vnde maior eſt actor, ipſe probabit ſe maiorem, ſiue minorem 4, vt C.de proba.cũ te.C.de in integ.reſtitu.mi.ſi minorẽ. ff. de non. minor ex aſpectu. Sed ſi minor eſt reus, tunc aduerſarius probabit, vt C. qui & aduerſus quos.l.1 ff.de mino. de ætate.

g ¶Prædicauit.] Sed ſacerdotis officium eſt prædicare vt 16.q.1.adijcimus. Vñ eſt hic arg.contra id quod diximus, ꝙ debeat implere trigeſimũ annũ. Dicit Io.Chryſoſt. ꝙ de trigeſimo anno nondũ attigerat Ieſus niſi 30. dies ſicut in Euangelio continetur: Erat Ieſus quaſi annorũ 30. Sed eſt arg.ſuperficiale 5: ſed probatur per hoc quod ante 30.annum non poſſit promoueri.

3 Hoc ſer... intelligi... de conuen... tuali ſecu... dum La... ſed intell... gas indiſti... ctè, vt pba... tur extra l... 6 de elec. l... cet canon... qđ eſt con... liũ. Greg....

Aetatis p... batio, ... incumbit... 4 Adde ... de ętate ... credatͬ lib... patris, ve... cius aſſert... ni; no.gl. ... l.etiã. ff. ... proba. Bal... in l. neq... natales. ... eo.tit. 5 Nã factu... domini ... eſt trahend... ad cõſeque... tiam ...

HOC

HOC REGVLARE EST. CASVS. Dicit nunc Grat. ꝙ hæc quæ dicta ſunt ſup. de 30. ann. uera ſunt, & ſeruanda de iure cōmuni. Et hoc probat exemplo Chriſti, & Ioannis Bap. & Ezechielis. qui tantum in 30. anno prędicare cœperant, ſed diſpenſatione ante tale tempus.

Et hoc probat per ſex auctoritates. Secunda ibi,] Nullus Pontifice.] Tertia ibi, [ſed quæritur.] Quarta ibi, [Hoc autem.] Quinta ibi, [Electio.] Sexta ibi, [Sicut ſupra.] Ioan. de Fan.

CASVS. Supra in 23. diſt. c. 1. tractatum eſt de electione & confirmatione Papę: nunc vero in hac 79 diſtin. idem repetit, vt aliquid addat. Continet enim hæc diſt. quatuor articulos. In primo dicit, ꝙ Papa non debet eligi niſi à Cardinalibus. In ſecundo dicitur quid iuris ſit ſi duo apoſtolici eligū tur. In tertio dicitur, ꝙ electio ſucceſſoris debet fieri cū deliberatione ꝑdeceſſoris. In quarto dicitur, ꝙ electio Apoſtolicorū ſoli Deo reſeruatur. quæ omnia per ſuos §§. patebunt.

S. Greg. in Ezechiele homi. 2.

Hoc regulare eſt; vnde & Chriſtus, & Ioannes Baptiſta, & Ezechiel, & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus propheta ſſe, vel prædicaſſe [a]. Verū, quia Hieremias, & Daniel ante iuuenilem ætatē ſpiritū prophetiæ accepiſſe leguntur: Dauid, & Salomon in adoleſcentia vncti inueniuntur, Ioannes etiam Euangeliſta; cum adhuc eſſet adoleſcens, à Domino in Apoſtolum electus; & cum alijs ad prædicandum miſſus inuenitur; Paulus quoque apoſtolus in adoleſcentia à Domino electus, & ad prædicandum miſſus aſſeritur; eccleſia ſimiliter, neceſſitate exigente, nonnullos ante triginta annos ordinare conſueuit.

Hier. 1. Daniel. 13. Matth. 4. Act. 9.

Vnde Zacharias Papa Bonifacio epiſcopo, epiſt. 6. cuius initium [Benedictus Deus.]

¶ Neceſſitate exigente 25. annorum presbyteri ordinentur. Cap. V.

† Ex iſto tex. infertur ꝙ plura fiūt neceſſitatis cauſa: quæ aliàs nō fierent. conc. l. non ſolum. §. ſi. ff. de excu tut.

SI triginta annorū non reperiuntur, & neceſſitas [b] † exposcit; à vigintiquinque annis & ſupra leuitæ, & ſacerdotes ordinentur.

DISTINCTIO LXXIX.

Apoſtolicus autē [c] nō niſi à Cardinalibus, & religioſis clericis eſt inthronizandus. Vnde Nicolaus Papa II. ait in epiſtola, qua ſynodum à ſe Romæ habitam refert, cap. 1.

¶ De eo, qui ſine concordi Cardinalium electione inthronizatur. Cap. I.

Poly c. l. 1. tit. 4. Anſel. l. 6. c. 15. inf. c. ſi quis pecunia.

SI quis a Apoſtolicæ ſedi ſine concordi, & canonica [d] electione Cardinaliū eiuſdem eccleſiæ, ac deinde ſequētium [e] religioſorum [f] clericorum inthronizatur, nō

c ¶ Apoſtolicus autē.] Hic depingitur 79. diſt. in qua ſpecialiter magiſter agit de electione ſūmi Pontificis, oſtendens à quibus dēat eligi: & dicit, ꝙ à Cardinalibus, & qñ. quia die tertia poſt depoſitionem defuncti, ut inf. eo. nullus. ſubdit etiam quid [1] iuris ſit, cū duo malo zelo eliguntur, ut ĩ. ea. ſi duo. vel cū ſimoniace aliquis eligitur, vt inf ea. ſi qs pecunia 1. & dicit, quòd à ſolo Deo poteſt deijci. de ordinatione eius non tractatur hic, quia de ea dictum eſt ſu. 23. diſt. in nomine.

Papa à quibus & quando eſt eligē dus.

1 Et inf. ea. cap. 1.

ADDITIO. Iſtud c. non fuit ibi introductum, niſi propter ordinationem: & ideo repetit hoc de electione & inthronizatione, & nō de ordinatione, ſecundum Hug.

pus poteſt aliquis ad dignitatem presbyterij promoueri, & hoc probat ſex exemplis: ſcilicet Hieremiæ & Danielis, Dauid & Salomonis, Ioannis euangeliſtæ & Pauli, qui omnes ab adoleſcentia acceperunt officium prædicandi, & gubernationem ſuper alios. Et ad hoc probandum: inducit ſequens cap. cuius caſus per ſe patet.

a ¶ Prædicaſſe.] Ante hoc tempus.

b SI 30. annorum.] ¶ Neceſſitas.] Vel vtilitas, cum illa etiam inducat diſpenſationem, vt 1. q. 7. tali. immo de iure cōi (vt vř.) cum enim in 25. anno ad regimē eccleſiæ poſſit aſſumi, vt extra de elect. cum in cunctis. & quilibet prælatus debeat eſſe presbyter. 11. q. 2. ſicut cum etiam talis debeat eligi, qui per breue tempus poſſit promoueri, ut extra de æta. & quali. præterea. Et breue tempus eſt, ut non vacet eccleſia, niſi per tres mēſes ad plus, vt 50 diſt. poſtquam ergo prędicta ea videntur correcta. Ioan. quod non credo, vt extra de elect. dudum & extra de præben cum iam dudum. in fi.

Prælatus quilibet presbyter eſſe dēt.

APoſtolicus.] Hæc diſt. diuiditur in ſex partes in quarum prima dicitur, ꝙ nullus debet eligi in eccleſia Romana niſi à Cardinalibus: nec ante mortem Papæ aliquo verbo. uel facto de Papatu dēt promitti.

SI quis.] CASVS. Statuit Nicolaus in hoc c. ꝙ ſi quis ſine concordi & canonica electione Cardinalium & aliorum religioſorum clericorum fuerit electus, vel inthronizatus, nō habeatur apoſtolicus, ſed apoſtaticus.

d ¶ Et canonica.] Quam electionem uocas canonicā? nunquid dicens idem eſſe, quod in aliorum electionibus, ſaltem quo ad hoc, vt debeat eſſe de eadem eccleſia 2, vel, ut melior eligi debeat 3, uel etiam prior 4, uel, vt non ſit aliquo modo irregularis? Sed breuiter dico, ꝙ ſi eſt electus à duabus partibus, amodo nullā admittitur contra ipſum exceptio, nec de vitio eligentiū uel electi: qa nō eſſet corā quo iudice exceptiones illæ præponerētur. vñ ſi tertia pars vellet probare electionē eſſe ſimoniacam 5, non audiretur, ut extra de elect. licet. q tñ ſic eligūt, peccant: & electio talis vitioſa eſt.

e ¶ Sequentium.] Hi conſentire debent. non tamē uocandi ſunt de neceſſitate.

f ¶ Religioſorum.] Sup. diſt 23. c. 1. contra. ſed ibi dicit religioſos uiros præduces, non reſpectu Cardinalium, ſed reſpectu laicorum.

Electio Papæ habet aliqua ſpecialia.

2 Vt 61. diſt nullus.

3 Vt 63. diſt metropolitanus.

4 Vt 75 diſt c. vlt. in fi.

5 De hoc īf. c. ſi quis pecunia. Arch.

¶ Papa, vel apoſtolicus,ſed apoſtaticus habeatur.

α ¶ Si quis.] *Verba Nicolai in epiſtola, qua in uoluminibus conciliorum impreſſis poſt decreta Nicolai primi habetur, hac ſunt.* Primo namque inſpectore Deo eſt ſtatutum, vt electio Romani Pontificis in poteſtate Cardinalium epiſcoporum ſit ita; ut ſi quis Apoſtolicæ ſedis ſine præmiſſa concordi & canonica electione eorum, ac deinde ſequētium ordinum religioſorum, clericorum, & laicorum conſenſu inthronizatur, &c. *Idem ferè habetur ad finem illius ſynodi, & refertur infra c. ſi quis pecunia.*

Item Symmachus Papa in ſynodo Romana prima, c. 3. & 5.

¶ Papa ſuperſtite, eo inconſulto, de electione futuri Pontificis nemo audeat loqui. Cap. II.

SI quis Papa α ſuperſtite, pro Romano [a] Pōtificatu, cuiquam quolibet modo fauorem præſtare cōuincitur; loci ſui honore, vel cōmunione priuetur β. Si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo incōſulto, aut ſubſcriptionē [b] pro Romano pontificatu cōmodare, aut pyctacia [b] promittere, aut ſacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certè ſuffragiū polliceri, vel de hac cauſa priuatis cōuenticulis factis deliberare, atq; decernere, loci ſui dignitate, atque† communione priuetur. *& infra.* ¶ Propter occultas fraudes, & coniurationum ſecretas inſidias, quas huius ſentētia diſtrictionis [d] conſequitur†, ſi quis ad eccleſiaſticam pertulerit [e] notitiā conſilia eorū, qui contra hanc ſynodum de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit; particeps actionis huiuſmodi non ſolum purgatus ab omni culpa ſit, ſed etiam remuneratione [f], quæ non indigna ſit ſubleuetur. Vniuerſa ſynodus, &c.

Burc. l. 1. c. 225.
Iuo p. 5. ca. 336.
Poly. l. 1. titu. 4.
Anſ. l. 6. c. 1.

† *al. vel*
C. 5.
Poly. ibidem.

† *al. perſequitur.*

α ¶ Si quis Papa.] *Initium hoc vſque ad verſiculum.* Si quis presbyter. *eſt caput ſecundū ſuggeſtionis Fulgentij archidiaconi Romanæ eccleſiæ: quod vna cum tribus alijs capitulis in tomis cōciliorum, præcedit primam, vel ſecundam ſynodum ſub Symmacho, cum hac inſcriptione:* Capitula primæ ſynodi Romanæ

SI quis Papa.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dr̄, ꝙ ille debet deponi qui Papa uiuo & incolumi præſtiterit fauorem carnalem pro Romano Pontificatu: vel qui eo inconſulto ſubſcriptionē fecerit: vel ſacramentum dederit alicui, uel ſuum ſuffragium polliceatur propter hoc: vel qui hac de cauſa priuata cōuenticula facit. In ſecunda parte dicitur quòd quicunq, huiuſmodi coniurationes & inſidias patefecerit & probauerit, indulgētiam promerebitur, & prꝫmium. Secunda pars incipit ibi, [Propter occultas fraudes.]

a ¶ Pro Romano.] maximè: argum. infra ead. nullus Pontifex.

b ¶ Aut ſubſcriptionem.] Alias ſubſcriptiones.

c ¶ Pyctacia.] Pyctacia hic dicuntur ſcripta obligatoria. 30. q. 3. pyctacium. & ſecundum hoc dicitur pyctacium à pingendo, vel dicuntur munera quædam: & ſecundum hoc dicitur à petendo.

ADDITIO. Quidam dicunt ꝙ eſt generis fꝫminini: vnde in quibuſdam libris inuenitur hæc pyctacia; ſed dico eſſe literā corruptam: uel eſſe accuſatiuum pluralem: & quod dicitur pyctaciolas. inf. q. 7. non obſeruetis dico non eſſe verum: ſed debet eſſe pyctaciola. Hug.

d ¶ Diſtrictionis.] ideſt, diſtrictæ cōſtitutionis ſententia.

e ¶ Pertulerit.] Arg. in ſimonia aliquem de ſe cōfeſſum audiri contra ſocios eiuſdem criminis 1. Sed eſt argu. contra 15. q. 3. nemini, ſed ſubintelligendum eſt ibi cum ſimonia: & ita per hoc ea determinatur & ſuppletur illud. vnde colligitur ꝙ crimen ſimoniæ, & crimen læſæ maieſtatis æquiualent, & æquis paſſibus ambulant, ut 15. q. 3. ſanè. & quidem quæcunque perſonæ recipiuntur in accuſatione in crimine læſæ maieſtatis, recipiuntur in crimine ſimoniæ: & cum ibi recipiantur ſocij initꝫ factionis cōtra ſe, ſimiliter & hic. Itē hic habetur ꝙ aliquis illū cū quo ſimoniā commiſit, de ſimonia pōt accuſare: & ille punietur, & iſte non: quòd Hug. intelligit vbi res non proceſſit ad actū: ſcilicet ad donationē, vel receptionē pecuniæ. Tunc. n. vterq; debet deponi. Io. quod ego non credo: cū crimen iſtud ꝓcedat ad inſtar criminis læſæ maieſtatis, vt 15. q. 3. ſane. in quo ſi ſocius criminis probat crimen, remuneratur, ut 6. q. 1. ſi quis 2. B. arg. extra de reſti. veniens. Dicunt tñ quidam, ꝙ nunquam in ſimonia ſocius ſociū accuſat. 15. q. 3. nemini. niſi qñ ſimul committitur crimē læſæ maieſtatis, vt hic. Et ad c. ſanè, reſpondeo ꝙ quo ad quꝫdam, non quo ad omnia ſimonia ꝫquis paſſibus ambulat cum crimine læſæ maieſtatis. Sed vr̄ ꝙ ille qui accuſat illum, quem dicit fuiſſe ſocium in crimine, non eſſet audiendus: tum ideo, quia ſtatim puniendus eſſet, ex quo ſponte confeſſus eſt crimen ſuum, vt 2. q. 1. nos in quenquam, tum quia turpitudinē ſuā allegans non auditur, vt extra de don. inter dilectos. Sed dic eſſe ſpeciale in hoc crimine, ut allegans ſuam turpitudinem audiatur, & ut confeſſio eius non puniatur, 3. tum quia nō eſt directa confeſſio, qñ quis ideo confitetur ut accuſet. Sed licèt cōfeſſio accuſatoris non puniatur in ſimonia, tñ confeſſio teſtis punitur, ut extra de elect. ꝑ inquiſitionem. Sed quid ſi confeſſus non poteſt probare crimē quod intendit? Vr̄ ꝙ tunc puniendus ſit: qa tacere debuit crimen quòd probare non potuit, vt 2. q. 7. plerique 6. q. 2. ſi tantum. quòd concedo. Io.

f ¶ Remuneratione.] Non ipſo facto, ſed à iudice eam impetret, vt C. quib. ex cau. ſer. pro præmio li. acci. l. 1: & ita inuitatur aliquis per præmium ad accuſandum, vt 6. q. 1. §. verum. & l. ſi quis cum.

1 Adde tex. cū ibi no. in l. qm̄. C. de teſt.

2 al. § verū. Simoniacus an ſociū accuſare poſſit.

3 Itē [illegible] agit [illegible] vt crimen ſuū publi[illegible] tur: [illegible] fiet [illegible] cium, [illegible] de li. [illegible] 1. in fi. [illegible] Accuſ[illegible] bus [illegible] mini [illegible]

Opor-

ſub Symmacho Papa. *In codice verò canonum prænotantur his verbis:* Tituli decretorum Papæ Symmachi numero quatuor.

8 ¶Si quis presbyter.] *Hæc ſunt propria verba capitis tertij ipſius ſynodi; quod eſt ſecundum in codice canonum.*

Item ex Concilio Stephani Papę III. [*Deuſdedit addit, habito in baſilica Conſtantiniana, act.* 3.]

¶In apoſtolatus culmen nullus, niſi ex Cardinalibus promoueatur. Cap. III.

Deuſdedit p. 1. Anſ. l. 6. cap. 25. Poly. l. 1. tit. 4.

OPortebat, vt hæc ſacroſancta domina noſtra Romana eccleſia (iuxta quod à beato Petro, & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt) rite ordinaretur; & in Apoſtolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris, aut diaconis conſecraretur.

Item ex eodem.

¶De eodem. Cap. IV.

8. Ant. l. 6. cap. 4. Deuſdedit ibi. Polyc. ibidem. Anſ. l. 9. cap 24.

NVllus vnquam laicorum, neque ex alio ordine præſumat, niſi per diſtinctos gradus aſcendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacri Pontificatus honorem promoueri.

¶*In Pontificalibus manuſcriptis vno vaticano, & altero Cardinalis Sirleti in vita Stephani Papæ III. referendo ſynodum ipſius tempore habitam, hæc leguntur ad caput hoc pertonentia.* Tunc allatis ſacratiſſimis canonibus, eiſque liquido perſcrutatis, prolata eſt ſententia ab eodem ſacerdotali concilio, ſub anathemate interdicẽtes, ne vllus vnquam præſumat laicorum, neque ex alio ordine, niſi per diſtinctos gradus aſcendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacri Pōtificatus honorẽ promoueri: & alia plura, quæ canonica indigebāt correctione, in eodem cōcilio ſtatuerūt emẽdanda.

Item ex eodem.

¶Anathematizetur epiſcopus, monachus, vel laicus Romanam eccleſiam inuadens & in gradum filiorum eius prorumpens. Cap. V.

Deuſdedit ibi. Anſ. l. 6. c. 26. & 27. In Pontificali Roma. manuſc.

3 SI quis ex epiſcopis, vel presbyteris, vel monachis, vel laicis contra canonū, & ſanctorum patrū ſtatuta prorumpēs, in gradum filiorum ſanctæ Romanæ eccleſię, ideſt presbyterorum [a] Cardinalium, & diaconorum ire præſumpſerit, & hanc Apoſtolicam ſedem inuadere quilibet ex ſupradictis tentauerit, & ad ſummum Pontificalem honorem aſcendere voluerit; ipſi, & ſibi fauentibus fiat perpetuum [b] anathema: *& infra.* ¶ Si quis reſiſtere præſumpſerit ſacerdotibus, atque primatib. eccleſiæ, vel cuncto clero ad eligendum ſibi Romanum Pontificem ſecundum canonicam † traditionem, anathema ſit.

† *al. hanc canonicā.*

¶*Deuſdedit presbyter Cardinalis tituli Apoſtolorum in Eudoxia, par. 2. c. 131. refert multa ex ſynodo habita à Stephano tertio; in quibus caput integrum continetur.*

Item ex Concilio Leonis Papæ IIII.

¶Anathema ſit, qui canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere præſumpſerit. Cap. VI.

Deuſdedit ibi. Anſ. l. 6. c. 28.

4 SI quis ex ſacerdotibus, ſeu primatibus [c] nobilibus, ſeu cuncto clero ſanctæ Romanæ eccleſię, electioni Romani Pontificis contradicere præſumpſerit; ſicut in concilio Bonifacij, & Stephani Papæ legitur ſtatutum, anathema ſit.

Item ex concilio Bonifacij Papæ III.

OPortebat.] CASVS. Hoc ca. & ſequens idem dicūt: ſcilicet quòd nullus debet eligi in Papā niſi de Cardinalibus presbyteris vel diaconis, dummodo inter eos idoneus inueniatur.

SI quis ex epiſcopis] CASVS. Hoc c. & ſequens ferè eūdem habent caſum. Dicitur enim hic, ꝙ ſi qs clericus, vel laicus electioni Cardinalium contradixerit, vel ſedē apoſtolicam voluerit vſurpare, anathema ſit: & nō ſolum ipſe, ſed etiam oēs ei fauentes. In ſequēti c. dicitur, ꝙ ſi quis contra dixerit eligentibus Romanum Pontificem, anathema ſit.

a ¶Presbyterorum.] Argu. Cardinales pſbyteros maiores eſſe diaconis [1]. & ex illis primo debere eligi, & poſtea ex diaconis, ſi in illis nō īueniatur idoneus arg. ſup. d. 13. in nomine. Arg. contra ſup cap. proxi. quia ibi prius dicit diaconus, &c. Sed ordini literæ nō eſt ſtandum. ff. de ſo lu. nec enim.

1 Adde no. per Albe. de Roſ. in rub. C. de ſum. trin. Spe infra. de lì. cō-te. §. iā nunc videndum. ver. ſi. verò, omnia.

ADDITIO. Et videas, qđ de hac materia not. 63. d. c. metropolitano. Arch.

b ¶Perpetuū.] Donec pęniteat. 10. q. 1. qa ſacerdotes. ſimile. extra de conſt. ex literis. & inſt. locati. §. adeo. Aliter ſumitur. ff. ꝓ ſo. l. 1. & 10. q. 2. perpetua. ex. de iureiu. veritatis.

ADDITIO. De hoc no. 70. diſtin. ſanctorum. in 1. gl. & 1 q. 1. reperiuntur. in fi. Archid.

c SI qs.] ¶Seu primatibus.] Primates appellat quoſdam fortè nobiles, qui interſunt, vt populum arceāt [2], qui ſi iuſtę mouerentur, exaudirentur.

2 Ad hoc arg. 63. diſt quia ſancta 64 d. quia p. ambitiones. Archid.

Nullus.

NVllus.] CASVS. Mortuo Apoſtolico, vel epõ aliquo. Cardinales, vel Canonici intantũ feſtinabãt, ꝙ nihil curabant de ſepultura defuncti: quare ſtatutũ fuit, quòd nec Papa, nec epiſcopo viuente, nec etiam eo defuncto electio fiat ſucceſſoris, niſi tertia die poſt ſepulturam.

¶Nullius epiſcopi fiat electio, niſi poſt diem tertium depoſitionis alterius. Cap. VII.

2 NVllus, Pontifice Romano viuente [a], aut epiſcopo ciuitatis ſuæ, præſumat loqui, aut patres ſibi facere; niſi tertio die depoſitionis eius, adunato clero, & filijs eccleſiæ: & tunc electio fiat.

In Põtificali Rom. manuſc. Anſ.l.7 c.11. Deuſdedit p.2.

3 *Sed quæritur, ſi duo, concertantium temeritate, electi fuerint; quis eorum alteri præferendus ſit?*

De his ita ſcribit Honorius [b] Auguſtus ad Bonifacium Papam.

In tomis conciliorum inter epiſtolas Bonif.

¶Si temeritate concertantium, duo fuerint ordinati. Cap. VIII.

SI duo forte contra fas [c] temeritate concertantium † fuerint ordinati, nullum [d] ex his futurum penitus ſacerdotem, ſed illum ſolum in ſede apoſtolica permanſurum, quem ex numero clericorum, noua ordinatione diuinum iudicium, & vniuerſitatis conſenſus elegerit.

inf.diſt.97.c.victor Honorius. Anſ.l.6.c.17.

† certantium] orig.

4 *Hoc autem capitulum, nõ de eo intelligendum eſt, qui vno per apoſtaſiam ordinato, à Cardinalibus, & religioſis clericis Apoſtolicæ ſedi inthronizatur; etiam ſi ille apoſtaticus ita cathedram beati Petri violenter tenuerit, vt canonica electio intra Vrbem fieri non valeat.*

Vnde Nicolaus Papa II. in concilio Romano ſtatuit dicens.

In fine.

¶De eo, qui per pecuniam, vel populari tumultu, non canonica electione ordinatur. Cap. IX.

5 SI quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, ſeu militari tumultu, ſine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium epiſcoporum, ac deinde ſequentium ordinum religioſorum clericorũ, fuerit Apoſtolicæ ſedi inthronizatus, non Apoſtolicus [e], ſed apoſtaticus habeatur, liceatque Cardinalibus epiſcopis,

ſu.fere idẽ diſt. ea. c. ſi quis Apoſtolicæ. Anſ.l.6.c.16. Poly.l.1.tit.4. Iuo p.4. c.8.

a ¶Viuente.] Idem dicit extra de elec. bonæ. Sed nunquid mortuo Papa. eccleſia erit mõſtrũ ſine capite, uel nunquid vniuerſitas Cardinaliũ erit caput? Si hoc dicas Cardinales tũc tẽporis poſſunt deponere epiſcopũ: eadem ratione canonici mortuo epiſcopo poſsũt deponere clericũ aliquẽ: Dic ergo & eccleſiam tũc viuere, & tamen carere capite. Arg. tamẽ eſt, qđ Cardinales ſuppleãt defectũ mortui Papæ inf. eo. ſi quis lo. melius extra de maior. & obedient. his, quæ. & c. cum olim, B.

Cardinales an ſuppleãt defectũ mortui Papæ.

SED QVAERITVR. CASVS. Hic eſt ſecundus articulus, vbi quæritur qđ iuris ſit, ſi duo Apoſtolici eligantur temeritate certãtiũ: & quis alteri ſit præferẽdus: & qđ de hoc ſit, legitur ſequẽti c.

b ¶Honorius] Sed quid ſpectat ad Imperatorẽ ſtatuere aliquid de electionib. contra id 96. diſt. bene? Sed iſtud fecit rogatu eccleſiæ. Et eſt arg. ad quæſtionẽ illam ꝙ laicus de rebus eccleſiaſticis vel ſpiritualib. poſſit iudicare. Arg. contra ſu. diſt. 96. denique ſed ibi intelligitur præter auctoritatem eccleſiaſtici prẹlati. De hoc dixi extra de arbi. contingit.

Laicus an poſſit de rebus eccleſiæ iudicare.

SI duo.] CASVS. Bonifacius Papa rogauit Imperatorẽ Honoriũ, vt concederet legem, qua doceretur qđ eſſet faciendum, ſi duo Apoſtolici temeritate certantiũ eligantur. Conſtituit ergo Honorius, quòd neuter illorum duorum ſit Papa. ſed noua electione communi cõſenſu tertius eligatur.

c ¶Contra fas.] Et ideo neuter obtinet, vt extra de ele. conſiderauimus. nec priuantur Cardinales hoc caſu poteſtate eligendi, contra id, extra de elec. cum in cunctis. Sed quis erit Iudex de hoc, an electio ſit contra fas? Non ipſi Cardinales: quia ſi ſic, eſſent iudices in proprio. nam nullus ſuperior poteſt inueniri, vt extra de elect. licèt. in fin. Dic iſtud c. locum habere quando neuter eſt electus à duabus partibus. Vel dic quod concilium conuocabitur.

Electio facta per Cardinales ſi dicatũ cõtra fas eſſe, quis erit iudex.

d ¶nullum.] Supra diſt. 63. ſi fortè contra. Sed quod hic dicitur, fit cum vtraque pars ducitur malo zelo. ibi cum vtraque pars bono zelo ducitur & hoc patet per hæc verba, contra fas.

HOC AVTEM. CASVS, Dicit nunc Gratianus, quòd c. ſi duo. intelligitur quando vterque male eſt electus: & non intelligitur quando vnus per apoſtaſiam ordinatur, & alter canonice: cuius electio facta fuit extra Vrbem propter intruſionem alterius.

SI quis pecunia.] CASVS. Conſtituit Nicolaus Papa. quod ꝙ ſi quis pecunia, vel alio modo illicito vſurpet ſedem apoſtolicam: nõ apoſtolicus, ſed apoſtaticus habeatur: & liceat Cardinalibus eũ anathematizare, & laicorum auxilio eum repellere: & ſi electio ſucceſſoris intra vrbem fieri non poteſt, fiat extra & electus habeat plenã poteſtatem diſponendi res in vtilitatem eccleſiæ, & faciendi omnia quaſi eſſet inthronizatus.

Papa vtrum poſſit accuſari de ſimonia.

a ¶Non apoſtolicus.] Videtur per principium iſtius c. ꝙ Papa de ſimonia poſſit accuſari: quia non eſt apoſtolicus, ſed apoſtaticus, & quia ſimonia hæreſis eſt 1. q. 1. eos qui. & ca. fertur. & ea. liqueat. & per primum cap. huius. diſt. quod nõ credo & loquitur hic de eo qui per ſimoniã electus eſt ab illis, qui non habebãt poteſtatẽ eligendi, nõ à Cardinalibus. Simonia autem largè dicitur hæreſis, non ſm ꝙ Papa vel alius de hæreſi poteſt accuſari. cum ſcilicet errat aliquis in articulis fidei, ſed antequam eligatur Papa, exceptione cuiuslibet criminis repelli poterit. Sed pone ꝙ aliquis accuſat Cardinales, quod ſimoniace elegerint Papam (hoc enim licite poteſt fieri, vt inf. cap proxi.) nunquid ſi probata fuerit ſimonia, Papa deponetur? Non argum. 2. quæſt. 2. interrogatum ff. de adulte. denũciaſſe. Sed quid ſi dum uxor tua creditur mortua, eligeris in Papã & conſecraris, &

Simonia dicitur hæreſis.

Vxor tua te repetit, an ei reddendus es; vel ſi tu neges eam tuam vxorem eſſe, apud quem cognoſcetur, cum Papa iudicari non poſſit, niſi de hæreſi? Reſp. ſi reuocetur in dubiũ, nõ eſt cogẽdus ſtare iudicio alicuius, immo excipere poteſt, Dominus eſt qui me iudicat. 9. q. 3. alio-

in quo non ſufficit altera pœna 23. q. 5. cap. quid ergo.

a ¶ Inthronizatus.] Si 23. diſt. in nomine.

ELECTIO. CASVS. Hic eſt tertius articulus, ubi dicitur ꝙ electio ſucceſſoris debet fieri cum deliberatione anteceſſoris.

cum religioſis, & Deum timentibus clericis, & laicis [a] inuaſorem etiam cũ anathemate, & humano auxilio, & ſtudio à ſede Apoſtolica repellere, & quem dignum iudicauerit, præponere. Quòd ſi hoc intra vrbem perficere nequiuerint, noſtra auctoritate Apoſtolica congregati in loco, qui eis placuerit, eligant, quem digniorem, & utiliorem Apoſtolicæ ſedi perſpexerint, cõceſſa ei auctoritate regendi, & diſponendi res, & † vtilitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ſecundum ꝙ ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quaſi iam omnino inthronizatus [b] ſit.

† al. ad

5 *Electio vero Romani Pontificis etiam cum deliberatione prædeceſſoris fieri debet.*

Vnde Symmachus Papa ait in ſynodo Romana prima, cap. 4.

Deuſdedit ibi. Polyc. ibid. Anſ. l. 6. cap. 1. Pan. n. l. 3. ca. 2. † al. conuenerit.

¶ Si Papa de electione ſui ſucceſſoris ante decernere nõ potuerit. Cap. X.

SI tranſitus Papæ (quòd abſit) inopinatus euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris (vt ſupra placuit) nõ poſſit [c] ante decernere; ſi quidem in vnum totius inclinauerit † eccleſiaſtici ordinis electio, conſecretur electus epiſcopus. Si autem vt fieri ſolet, ſtudia cœperint eſſe diuerſa eorũ, de quibus certamen emerſerit; vincat ſententia plurimorum [d]; ſic tamen, vt ſacerdotio careat [e], qui captus promiſſione, & non recto iudicio de electione decreuerit Synodus dixit, Placet, &c.

6 *Sicut ſupra monſtratum eſt, electio ſummorum ſacerdotum à Cardinalibus, & religioſis clericis fieri debet; electio vero eorum, iudicio diuino reſeruata eſt.*

Vnde Anacletus Papa ait ad epos Italiæ, epiſt. 2. c. 2.

Iuo p. 5. c. 238.

¶ Summorum Pontificum electionem ſibi Dominus reſeruauit. Cap. XI.

ELectionem [f] verò ſummorum [a] ſacerdotum ſibi Dominus reſeruauit, licet electionem eorum bonis ſacerdotibus, & ſpiritualibus populis conceſſiſſet.

a ¶ Summorum.] *ſequebatur,* Pontificum uel ſacerdotum, *Sublatæ ſunt duæ priores voces, quia neque in originali, neque apud Iuonem, neq; in vetuſtis Gratiani exemplaribus leguntur.*

DISTINCTIO LXXX.

1 ps LO-

SI tranſitus.] CASVS. Symmachus Papa ſtatuit, ut ſi mors inopinata cõtingat, ita vt anteceſſor, non poſſit ante decernere de electione ſui ſucceſſoris, ſi quidẽ ab omnibus fuerit canonice electus, conſecretur. Si autem (ut fieri conſueuit) duo eligãtur, electus à plurib præferatur, niſi fuerit ſimoniace electus.

c ¶ Non poſſit.] Inf. 8. q. 1. epiſcopo non. cõtra. Solutio. aliud eſt de ſui ſucceſſoris electione cũ fratrib. deliberare, qđ poſſet fieri, vt hic ꝑmittitur, & aliud eſt ex teſtamento quaſi dignitatis ſuæ hæredẽ ſubſtituere, qđ ibi penitus prohibetur, quia nec Papæ licèt 3. q̃a hoc nec Moyſes potuit. 8. quæſt. 1. Moyſes. nec eſt trahendũ ad conſequẽtiam factũ Petri Clementẽ ſubſtituentis ſibi. 8. q. 1. c. 1. quia & ad eius vmbrã curabantur infirmi. de hoc dici conuenit. 1. q. 1. Petrus.

d ¶ Sententia plurimorum.] ſ. duarum partium. extra de elect. licet.

e ¶ Careat.] Accuſabitur ergo iſte de ſimonia, nec præiudicabitur Papæ. arg. 2. q. 5. interrogatũ eſt.

SICVT.] CASVS. Hic eſt quartus articulus, ĩ quo dicitur, ꝙ electio ſummorũ Pontificum ſoli Deo reſeruatur, licèt electio à Cardinalibus fiat, Quod probatur ſequenti c. cuius caſus planus eſt.

Papa an de ſuo ſucceſſore poſſit cũ Cardinalib. deliberare.

3 Sed nunquid Papa poteſt dare licentiam alij vt eligat ſibi ſucceſſorem; certe ſic. 7. q. 1. petiſti. quare ergo nõ poteſt ſibi eligere? Rñdet H. ꝙ multa ſunt q̃ alijs indulgemus licite, nobis tñ talia ĩdulgere non licet. Eps eñi ſæpe cum alijs diſpenſat priuilegiũ uel honorem dat alijs Sed nũquid talia poſſit ſibi ĩpendere? nõ: quia nemo aſſumit ſibi honorem 8. q. 1. in ſcripturis ſecundum H.

Coniugatus in Papã electus, an debitũ reddere debea.

1 Aliàs prohibetur in malis, hoc ſpecialiter, &c.

2 De hoc 16. q. 1. ſtatuimus.

aliorum. Si autem certum eſt, tenetur ei reddere debitum, niſi mulier induci poſſit ad continentiam obſeruandam, vel abrenunciabit papatui, & ſatisfaciet uxori, &c.

a ¶ Laicis.] Infra d. 96. c. 1. contra. Sed illud generaliter prohibetur 1 in alijs qđ ſpecialiter cõtra inuaſorẽ Apo. ſedis permittitur, vel ſingulis referẽda ſunt ſingula: licèt clericis anathematizare, & laicis humano auxilio à ſede Apoſto. pellere. Et ſic aliquis punitur ſimul pœna canonica & ciuili 2. contra id extra vt lit. non conteſt. quoniam. in fi. Sed hoc ſpeciale eſt in intruſo,

f ELectionem. Et ita fallit regula, ad quem ſpectat inſtitutio, & deſtitutio. 16. q. 2. viſis. qui benedicere poteſt, & maledicere, qui ligare, & abſoluere poteſt, vt 21. diſt. inferior, &c. denique.

LOca vero.] Hæc diſtin. diuiditur in duas partes, in quarum prima quæritur, ubi debeat fieri ſedes patriarchalis, uel primatuum uel metropolitanorum, vel epiſcoporum, uel aliorum minorum. Secunda ibi, [Sedes autem. Io de F.

CASVS. Supra oſtendit quando & à quibus clerici debeant ordinari. nunc vero in hac 80. diſtin. oſtendit in

quibus locis debeant ꝓponi Patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, & presbyteri. Patriarchæ debent poni in capitibus prouinciarum, vt inf. 99. d. prouinciæ. archiepi in ſingulis prouincijs, vt inf. 6. q. 3. ſcitote. epi vero in ciuitatibus, Presbyteri per caſtella & villas, vt iſ. eo. epi.

f ¶ In fide.] Inf. 24. q. 1. quoties contra. inf. 16. q. 1. ſtatẽ noſter. contra vbi dr, ꝙ tantum ad Petrum eſt referenda quæſtio fidei, ſed expone hoc in fide, id eſt, fideliter. Vel poſſunt agitare cauſas fidei, ſed non procedere ad ſententiam. vel diſtingue qui ſint qui dubitant; nam ſi

Fidei quæſtio eſt referenda ad ſedem Petri.

a ¶ Loca.] Hic intitulatur 80. d. ſupra magiſter oſtendit à quib. & quando ſint ordinãdi clerici, nũc ſubdit in quibus locis ordinãdi debeant ordinari, & quidem primates ibi conſtituũtur, vbi olim ponebãtur protoflamines gẽtiliũ. archiepiſcopi vbi archiflamines. epiſcopi vbi eorũ flamines. & hoc ex maxima parte factum eſt inſtitutione beati Petri; vt inf. eo. cap. 1. & 2

Protoflamines. Archiflamines. Flamines.

Ca [a] *vero in quibus primates, Patriarchæ, Archiepiſcopi, epiſcopi, presbyteri ſunt ordinandi; hæc ſunt ſecundum Lucium Papam, & Clementem, atque Anacletum.*

Ait enim Lucius Papa.

Extat apud Stephanũ 1. epiſt. 2. c. 5.

¶ In quibus locis primates, vel patriarchæ debeant ordinari. Cap. I.

VRbes & loca, quibus primates prҿſidere debent, nõ à modernis, ſed etiam multis ante aduentum Chriſti ſunt ſtatutæ [b] temporibus; quarum primates etiam gẽtiles, pro maioribus etiam negotijs appellabant [c]. In ipſis vero vrbibus poſt Chriſti aduẽtum, Apoſtoli & ſucceſſores eorum, patriarchas [d], vel primates poſuerũt, ad quos epiſcoporum negotia (ſalua in omnibus Apoſtolica auctoritate) & maiores cauſæ, poſt Apoſtolicam ſedem ſunt referendæ.

Anſ. l. 6. c. 118.

VRbes.] CASVS. Hoc c. loquitur de primatibus gentilium & Chriſtianorum. Eſt ergo caſus. Lucius cõſultus fuit in quibus locis primates Chriſtianorũ ſunt collocandi: qui reſpondet dicens, ꝙ multo tempore ante aduentum Chriſti vrbes ſunt ſtatutæ, in quibus erant primates gentilium, ad quos ipſi gentiles ꝓ maioribus negotijs appellabãt, & in eiſdem locis poſt aduẽtum Chriſti Apoſtoli & eorum ſucceſſores poſuerũt primates Chriſtianorum, ad quos (Salua apoſtolica auctoritate) epiſcoporum maiora negotia ſunt referenda.

Item Clemens Papa ad Iacobum, epiſt. 1.

¶ De eodem. Cap. II.

IN illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi†flamines eorũ, atque primi leges Doctores erant, epiſcoporum primates poni vel Patriarchas B. Petrus [e] prҿcepit, qui reliquorum epiſcoporum cauſas †, & maiora, quoties neceſſe foret, negotia in fide [f] agitarent. *& paulo poſt.* ¶ In illis autem ciuitatibus, in quibus dudũ apud prҿdictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant [g], quàm memoratos primates, archiepiſcopos inſtitui præcepit: *& infra.* ¶ In ſingulis verò reliquis ciuitatibus† ſingulos [h], & non binos, vel ternos, aut plures epiſcopos conſtitui præcepit, qui non primatuũ, aut archiepiſcoporum; aut metropolitanorũ nomine, quia matres ciuitatum non tenent, ſed epiſcoporum tantum uocabulo potirentur: quoniam nec [i] inter ipſos Apoſtolos par [k] inſtitutio fuit: ſed vnus omnibus præfuit.

Leo 9. epiſt. 3. Poly. l. 2. tit. 22. Burch. l. 1. c. 155. Anſ. l. 6. cap. 13. † *indicia*] ori.

† *al. archiflamines,*

† Adde qd ſit ciuitas, quid uilla, & quid caſtrum. not. Bart. in l. 1. §. ſi aũt. ff. d no. ope. nũc. & in l. ſi barres. ff. de le g. 1.

Idẽ eſt Clementis in epiſt. proxime citata. Burc. l. 1. cap 4. Iuo p. 5. c. 52. & 98.

b ¶ Statutҿ.] A gentibus: & ita eſt arg. ꝙ conſtitutiones gẽtilium ſunt authenticæ. arg. 99. d. cap. 1. Nec eſt contra 13. q. 1. cap. 1. nam illud de parochijs, hoc de ciuitatibus.

Item Anacletus epiſt. 3. c. 2.

¶ De eodem. Cap. III.

EPiſcopi.

c ¶ Appellabãt.] Ergo bene dicitur. appello Papam, appello ſedem Apoſtolicam & Apoſtolus dixit, Cæſarem appello.

d ¶ Patriarchas.] Repetitio eſt eiuſdem, quia idem eſt primas, ꝙ patriarcha. 99. diſt. c. 1. ſitut. & dicit lex differentia tantum nominis eſt inter pignus & hypothecam ff. de pig. n. res hypothecæ. §. inter pignus.

Primas, & patriarcha idem.

IN illis.] CASVS. Gentiles habebant tres ordines ſacerdotum, ſcilicet primiflamines, archiflamines. & flamines. Loco primiflam nũ Petrus iuſſit poni patriarchas, qui de maioribus aliorũ eporum cauſis cognoſcunt. Loco archifl. minum, archiepos Loco flaminum epos, qui in ſingulis ciuitatibus ſinguli eſſe debent.

e ¶ Petrus.] Argu à tempore Petri eſſҿ limitatas prouincias.

ſi laici, videtur, ꝙ epiſcopi poſſunt determinare extra de hære. ad abolendam ſi clerici, Papa extra eodem tit. cum Chriſtus.

g ¶ Tenebant.] ideſt, reputabant.

h ¶ Singulos.] Arg in vna ciuitate non plures eſſe debere epiſcopos 1, de Auguſtino & valerio fuit ſpeciale, vt inf. 7. q. 1. non autem. Sed quid de Venetis, qui patriarcham, & epiſcopum habent? Sed dic ꝙ non eſt Patriarcha Venetorum, ſed Gradenſis, qui locus differt multum à Venetijs.

1 Ad hoc contra de co. ord. quoniã. 22 q. 2. ſicut.

i ¶ Vocabulo.] Nam olim, &c. 95. diſt. olim.

K ¶ Par.] Sup. d. 21. in nouo. contra. 24 q. 1. loquitur. contra. Sed par fuit quo ad conſecrationem, non quo ad adminiſtrationem.

Veneti patriarcham & epiſcopũ habent.

EPiſcopi] CASVS. In hoc cap. notatur duplex differentia inter e pos & presbyteros, Prima eſt, quia epiſcopi

Epiſcopi nō debent poni in ciuitatibus, quin etiam ſint magnæ, & non paruæ. presbyteri uero per caſtella. Secunda differentia eſt, quia epiſcopus non poteſt conſecrari ab uno epiſcopo, ſed presbyter ſic.

a ¶Non in caſtellis.] Quandoque tamen epiſcopus eſt in

d ¶Vileſcat.] Quantum ad vulgi opinionem. nam propter hoc non eſt villior epiſcopus, vt 93. di. legimus. Similiter ſponſa non eſt ſtatim tradenda, ne vileſcat deſideranti. vt 27. q. 2. inſtitutum eſt. ſimile in fide ſuſcepta per vim, vt 45. diſt. de Iudæis. Sic ep̄s non erit ſolus ne vileſcat per hoc. 93. diſt. diaconi, qui. Idē eſt in pœnitētia non iterenda. de pœni. diſt. 3. quamuis. 50. d. quamuis.

Epiſcopus nō debet eſſe ſolus.

non in caſtellis [a], aut modicis [b] ciuitatibus debent conſtitui: ſed presbyteri per caſtella, & modicas ciuitates, atq; villas debent ab epiſcopis ordinari, & poni: ſinguli [c] tamen per ſingulos titulos ſuos: Et epiſcopus non ab vno, ſed à pluribus debet epiſcopis ordinari, & ut dictum eſt, non ad modicam ciuitatem, ne vileſcat [d] nomen epiſcopi: ſed ad honorabilem urbem titulandus, & denominandus eſt. Presbyter verò ad qualemcunque † locum, vel eccleſiam in eo conſtitutam eſt præficiendus.

† quamcūque] orig.

Item Leo Papa ad epiſcopos Africæ, epiſt. 85. cap. 1.

De eodem. Cap. IIII.

Poly. lib. 2 tit. 23. Burc. li. 1. c. 32. Iuo p. 5. c. 107. 143.

ILlud ſanè, quòd ad ſacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia uolumus canonum ſtatuta ſeruari, vt nō in quibuslibet locis, neque quibuslibet caſtellis, & vbi [e] ante non fuerunt, epiſcopi conſecrentur [f]: cum ubi minores ſunt plebes, minoresque conuentus, presbyterorum cura ſufficiat: epiſcopalia autem gubernacula, non niſi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat præſidere; ne, quod ſanctorum Patrum diuinitus inſpirata decreta vetuerunt, viculis, & poſſeſſionibus, vel obſcuris, & ſolitarijs municipijs tribuatur ſacerdotale faſtigium.

ext. de priuil. cap. 1.

Item ex concilio Laodicenſi, cap. 57.

¶De eodem. Cap. V.

NOn debere in vicis, & villis † epiſcopos ordinari; ſed viſitatores [g] α, id eſt, qui circumeant, conſtitui: hos autem, qui ante hac ordinati ſunt, nihil agere cenſemus ſine conſcientia epiſcopi ciuitatis. Similiter etiam presbyteri [h] nihil ſine præcepto [i], & conſilio epiſcopi agant.

† al. caſtellis.

α ¶Sed viſitatores.] *In codice Græco impreſſo legitur, ἢ περιοδευτάς, in tribus autem manuſcriptis, ἀλλὰ περιοδευτάς.*

† ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου.

2 *Sedes autem epiſcoporum non longo interuallo debēt diſiungi, vt ad conſecrationem ſui comprouincialis ſine difficultate poſſint occurrere.*

Vnde Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, reſponſo octauo.

¶Epiſcopales ſedes non longo interuallo à ſe debent diſiungi. Cap. VI.

FRaternitatem tuam ita volumus in Anglia epiſcopos ordinare, vt ipſi ſibi epiſcopi lōgo [k] interuallo mini-

Pann. lib. 3. c. 16.

ILlud.] CASVS. Statuitur in hoc ca. ut in minoribus locis, & ubi eſt paucitas hominum ponantur presbyteri. & eorum cura ſufficiat: epiſcopi verò in frequentibus ciuitatibus, & maiorib. populis.

e ¶Et vbi.] Vt & ĩ. 16 q. 1. felix epiſcopus & c. multis cōcilijs. & 16. q. 1. plures.

f ¶Conſecrentur.] niſi multitudo exercuerit, vel gens de nouo ſit cōuerſa ad fidem, ut inf. 16. q. 1. præcipimus. argu. d. 99. nulli archiepiſcopi. extra de eccl. ædific. ad audientiā 3.

3 Idē & in alio caſu 7. q. 1. temporis. 12. q 2. abbatibus.

NOn dēre.] CASVS. Laodicēſe concilium ſtatuit, vt epiſcopi nō ponantur per vicos & villas, ſed viſitatores id eſt archipresbyteri, qui debent viſitare parochias; qui ſine concilio & conſcientia epiſcopi ciuitatis nihil agere debent.

d ¶Sed viſitatores.] i. archidiaconos, vel archipresbyteros.

h ¶Similiter etiam presbyteri.] inf. 12. q 2. abbatibus.

i ¶Sine præcepto.] ſi uoluit res eccleſiæ alienare. 12. q. 2. abbatibus, vel intellige de præcepto generali 4. vt 16. q. 1, in cunctis.

SEDES AVTEM. Hæc eſt ſecūda pars diſt. in qua dicitur quòd epiſcopales ſedes debent eſſe vicinæ. Ioan. de Fan.

4 Sic etiam not. 75. diſt. cap. 1. & hoc ratione officij eccleſiaſtici ſecundum H.

FRaternitatem tuam.] CASVS. Præcepit Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, vt ordinaret epiſcopos non longo interuallo inter ſe diſtantes, vt leuiter poſſint conuenire ad epiſcoporum ordinationem faciendum: quæ ad minus cum tribus epiſcopis, vel quatuor fieri debet, & conuenit.

K ¶Longo.] Dīt quidam longo, vt xx. miliariū. arg ff.

Leges vbi debent legi.

in caſtro. 16. q. 1. & temporis. ubi dicitur, Comani caſtri ſacerdos.

1 Concor. l. 1. C. de ſtu. li. vrba. Ro. l. 11.

b ¶Aut modicis.] Similiter leges in maioribus ciuitatibus & regalibus tm̄ ſunt docēdæ, ut in proœmio. ff. 1.

2 70. diſtin. ſanctorum.

c ¶Singuli.] Argu, nullum debere in duabus eccleſijs intitulari 2.

Eõatus ſunt diſtinguẽdi interuallo cõuenienti.

de verbor.ſign.l.3 melius hoc relinquitur arbitrio boni viri,ideſt,iudicis.ar.ff.de iure deliber.l.1.extra de offic. iudi.deleg.de cauſis. Vnde ſi multum diſtant ciuitates illæ inter ſe, in locis intermedijs debet poni eps, conuenienti ergo interuallo debet diſtingui, habita conſideratiõe ſtatus & qualitatis regionis ipſius, & difficultatis viarum.ſic 16.q.1.& temporis.

a ¶Tribus.] Ad minus. ĩ.d.51.c. ult.ĩ. diſt. 64. epiſcopum.

ſticum officium.& ita patet, ꝙ criminoſus etiam à minimo ordine prohibetur,vt hic,& 33.diſtin. cap.1.& 2. 34.diſt.cognoſcamus.24.diſt.c.vlt. hoc hodie terminatur.extra de temp.ordi.c.vlt.

f ¶Reprobaretur.] inf.de pœn.d.3,ſepties.§.Niniuitę.

g ¶Ordi-

Criminoſus etiam à minimo ordine prohibetur,

me diſiungantur:quatenus nulla ſit neceſſitas,vt in ordinatione alicuius epiſcopi cõuenire nõ poſſint. Nam epiſcoporũ ordinatio ſine aggregatis tribus [a], vel quatuor epiſcopi s fieri non debet.

DISTINCTIO LXXXI.

HAec de ordinandis [b] & ordinationibus, atque de ſingulorum graduum diſtinctionibus, & officijs dixiſſe nos ſufficiat. Verum quia aliquãtulum diffuſius in his immorati ſumus, quædam præcedentibus cohærentia ſub epilogo [c] ad memoriam ſubijciamus. Debet ordinandus in epiſcopum (vt Apoſtolus ſcribit) eſſe ſine crimine, ideſt ſine peccato mortali: quod non ſolùm de epiſcopo, ſed etiam de quolibet electo ad aliquam præpoſituram eccleſiæ oportet intelligi. *Ad Titum. 1.*

Vnde Auguſtinus ſcribit tractatu 41. ad c.8. Ioannis.

¶Sine crimine, & graui peccato debet eſſe, qui ordinatur epiſcopus. Cap. I.

APoſtolus Paulus quando elegit [d] ordinandos, vel presbyteros, vel diaconos, & quicunque ordinandus eſt ad præpoſituram [e] eccleſię; nõ ait, ſi quis ſine peccato eſt (hoc enim ſi diceret, omnis homo reprobaretur [f], nullus ordinaretur [g]:) ſed ait: [ſi quis ſine crimine eſt.] ſicut eſt homicidium, adulterium, aliqua immnnditia fornicationis, furtum, fraus [h], ſacrilegium, & cætera huiuſmodi. *Item.* ¶Crimen autem eſt peccatum graue accuſatione, & damnatione [i] digniſſimum.

Beda ad Tit. 1.

Ad Titum 1. & 1. Tim. 3.

Aug.ibid. ſup.d.25. ca. vnum orarium.

2 *Quolibet itaque horum implicatus ordinari non debet; vel ſi iam ordinatus, ante tempus, vel poſt tempus ſuæ ordinationis aliquod eorum admiſiſſe conuincitur, ſuſcepti gradus officio priuabitur.*

Vnde Symmachus Papa ait.

Ex libello Ennodij pro defenſione ſynodorum Romanarum.

HÆc de ordinandis.] In hac diſ. 1 gs incipit ſexta pars tractatus diſtinctionũ, & protenditur vſq; ad 93. diſ. Et diuiditur hæc diſt. in quatuor partes: in quarum prima probat qualiter intelligit illud uerbum, [Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine.] Secunda ibi. [Quolibet.] Tertia ibi, [Clericus] Quarta ibi, [Oportet.] Io.de Fa.

CASVS. Egit ſupra Gratianus de ordinationib. & officijs ſingulorum. Ab hoc vero loco vſque ad 91.diſt. breuiter epilogat quędam c.apoſtolicę regulę, vt addat quædã quæ prætermiſerat. Et continuans dicta dicẽdis. primò ponit de primo c.apoſtolicæ regulæ.ſ. oportet epm eſſe ſine crimine, id eſt, ſine peccato mortali: quod uerum eſt nõ ſolum de epiſcopo, ſed etiam de quolibet prælato: quod probat per ſeq. cap.

b ¶Hæc de ordinandis.] A 25.diſt.uſque ad 50.tractauit magiſter xiij cap.apoſtolicæ regulæ. Sed quia quædã omiſit, ideo ab hac 81. diſt. vſque ad 93.diſt. nouem ca. apoſtolicæ regulæ repetit: non ordine. illo quo illa executus eſt in hac exequitur illud: oportet epm eſſe ſine crimine addit: etiam de incontinentibus: in quò includitur ſecundùm c.apoſtolicæ regulæ, & ꝙ qui priuatur officio, debet priuari beneficio 1. & quod archidiaconus ſolus non debet accedere ſub prætextu humilitatis tabernacula matronarum 2.

c ¶Sub epilogo.] Ideſt, breuiter petitione ſuperiorum. ADDITIO. Et dicitur ab epi. quod eſt ſupra: & logos. quod eſt ſermo. Archid.

APoſtolus.] CASVS. Paulus apoſtolus docuit, quòd quando eligitur aliquis ad ordines, vel ad aliquam dignitatem, debet eſſe ſine crimine, quod ſit dignum accuſatione, & depoſitione, vt homicidium, & adulterium, & huiuſmodi. Sed non ait ſine peccato: quia ſi hoc dixiſſet, omnis homo repelleretur.

d ¶Qñ elegit.] Ideſt, eligi præcepit. 6. q.1. ſi ſacerdos.

e ¶Ad præpoſituram.] ideſt, ad quodcumque eccleſia-

1 Vt inf.c.ſi quis ſacerdotum. Archi.

2 Vt inf. ca. clericus. & c.ſequentib.

g ¶Ordinaretur.] Simile de pœn diſt.3.ca.pen. & diſt. 2. ſi enim.

h ¶Fraus.] Hoc uerum eſt, cum fraudi dolus ineſt. nam omnis dolus eſt fraus: ſed non conuertitur. ff.de pact. iuriſgentium.§. dolo. & ſic ſumitur extra de reſcript. cæterum, quando largè ſumitur fraus. ff.de regul.iuris, fraudis.

i ¶Et damnatione.] Solet quæri propter quæ crimina quis deponi 3. debet non enim pro quolibet deponitur 5.q 4.in loco. Et eſt ſuper hoc duplex opinio. Quidam dicunt, ꝙ pro quolibet crimine deponitur, niſi expreſſum ſit in contrarium, ꝙ pro eo deponi non debet. alij dicunt, ꝙ nunquam deponi debet pro aliquo, niſi expreſſum ſit, pro quo ego dico, quod pro quolibet crimine, in quo quis eſt incorrigibilis, deponi debet: ſed ſtatim tamen non deponitur aliquis pro prima contumacia, vt 45.diſt.licèt & 74.diſt.honoratus. illud autem non eſt crimen.5.quæſt.4.in loco. nec illa quorũ exempla poſui 68.diſt.cap.1.& multa exempla de hoc poſui. 15.q.8.in ſumma.

QVOLIBET. Hic incipit ſecunda pars huius diſtinct. in qua

Fraus eſt genus doli.

Crimina digna depoſitione q̃ ſũt.

3 Ad hoc extra de iud. cum non ab homine. Archid.

In qua probat per 16. auctor. ſanctorum patrum, ꝙ ſi clericus ceciderit in lapſum criminis poſt ordinationē debet deponi.

CASVS. Supra dictum eſt in c. Apoſtolus, ꝙ ordinandus dēt eſſe ſine crimine, vt homicidio, & adulterio, & ſimili-

accuſator per annū tacuerit, poſtea poteſt promoueri electus, vt ff. de mune. & hon. reus. ſed in epiſcopatu tātum tres menſes dantur, vt in auth. de ſanct. epiſc. §. 3. collat. 9. niſi iudex. breuius tempus fuerit moderatus, vt 5. q. 5. quiſquis. arg. ext. de fide inſtr. accepimus. extra de appell. perſonas, in fi.

Gof. ꝙ ſi aliquis pēdente accuſatione, vel denūciatione ꝓmoueri dēt, quāuis innoxius. de re mil. q ſtatu. & l. qui cū vno. §. reus.

¶Monitoris perſonam non recte ſuſcipit, qui verbis, non operibus docet. Cap. II.

NEmo recte monitoris [a] perſonam ſuſcipit, niſi qui actibus ſuis errata [b] condemnat, & amorem innocentiæ conuerſatione demonſtrat.

Item Cæleſtinus ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2. c. 3.

¶Careat ordine, quem præſtat, qui indignum ſublimare non metuit. Cap. III.

TAntis Daniel grauatus teſtimonijs, tāta facinorum accuſatione pulſatus, ſacrarum, vt dicitur, virginū pollutus inceſtu, epiſcopus aſſeritur ordinatus. Et, vt in noſtri libellis ſcrinij continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus, in pontificij dignitatem, hoc tēpore, quo ad cauſam dicendam, miſſis à nobis literis [c], vocabatur, obrepſit [d]. Sacro nomini abſit iniuria. Facilius eſt, vt hanc dignitatem tali dando, ipſe amiſerit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui conuicto [e] ſociabitur [f], qui ſibi eum credidit, largiendo pontificem, ſociandum. Qualis enim ipſe ſit, quiſquis tales ordinauerit, oſtendit.

Item ex concilio Nicæno, c. 9.

¶Non recipit ordo eccleſiaſticus eum, qui ſine examinatione, vel poſtea confeſſus ordinatur. Cap. IIII.

Rab. lib. pę. c. 1. Burc. li. 2. c. 13. Iuo par. 6. c. 33. Anſel. lib. 8. c. 13. ſup. diſt. 24. c. vlt.

SI qui ſine examinatione [g] promoti presbyteri ſunt, & poſtea examinati [h] confeſſi ſunt peccata ſua: & cum

e ¶Conuicto.] De crimine: vel quod poſt accuſationem fuerit ordinatus.

f ¶Sociabitur.] Sic ergo ſententia lata contra ordinatū prę iudicat ordinatori, vt hic. & 59. diſt. ordinatos. & hoc videtur propter cauſę cognitionem, vt dixi 3. q. 6. hæc quippe. Vel dic, quod tunc præiudicat ordinatori ſentētia lata contra ordinatum, quando præſens eſt, & ſcit causā agi ordinati, cum enim quaſi ſua cauſa agi videtur, & tacet; nec defendit cauſam, ſibi præiudicat, vt extra de ſent. & re iudi. quāuis. & ff. de reg. iur. ſæpè.

SI qui.] CASVS. Quidam presbyteri promoti ſunt ſine examinatione. & poſtea cū examinarent, ipſi in iudicio cōfeſſi ſunt oīa peccata ſua. Alij ante ordinationem cū examinarentur, cōfeſſi ſunt peccata ſua & tamen epī promouerunt eos, quæſitum eſt in Nicæno concilio, vtrum iſti debeant recipi & defendi in ſuis ordinibus? Et reſpondet quod non. Sic ponit caſum Beneuen. H. verò intelligit de eiſdem perſonis caſum ſic. Aliqui ſine examinatione in presbyteros ſunt promoti: poſtea examinati in iure, confeſſi ſunt peccata ſua, nihilo minus tamē promoti ſunt ad epiſcopatum, vel ad aliam dignitatē; quæſitum eſt in concil. utrum tales debeant recipi? Et reſpondet quod non.

Epi clericos ſine examinatione ordinantis, punitio.

& ſimilibus. Nunc autem dicit, ꝙ ſi his criminibus aliquis eſt obnoxius, promoueri non debet, nec ordinari, & ſi eſt ordinatus & talia cōuincitur cōmiſiſſe ante ordinationē, uel poſt, dēt deponi, ut probatur per ſeq ca.

NEmo.] CASVS. Dicit Symmachus in hoc cap. quòd nullus debet aſſumere prædicandi officium, niſi qui ſuis actibus errata condemnat: & amorem innocentiæ ſua conuerſatione demonſtrat.

a ¶Monitoris.] ideſt, prædicatoris.

b ¶Errata.] ideſt, maiora 1. 68. d. c. 1. aliàs contradiceret propoſito Gratia. ſic 25. d. c. vlt. & 3. q. 7. iudicet.

1 Hæc eſt uera litera ſm Laur. & Io. de Fan.

TAntis.] CASVS. Daniel cum eſſet electus in epiſcopum, accuſatus fuit apud Cęleſtinum de multis criminibus, & præcipuè de inceſtu cum monialibus: propter quæ crimina inueſtiganda citatus fuit, vt Romam veniret, qui contemptis literis Papæ, in epiſcopum eſt promotus. committit igitur cauſam quibuſdam Cęleſtinus: & præcipit eis, vt de his cognoſcant, quæ ſi uera eſſe inuenerint, ipſum, & ordinatorem ipſius deponāt: quia qui talem ordinat, oſtendit ſe eſſe ſimilem illi.

Accuſatus lite pendente ꝓmotus an ſit deponendus.

c ¶Literis. & ita res iam erat litigioſa. extra de iudic. delegati.

2 Cum iſta gl. cōcor. gl. no. in l. reus delatus. ff. dē mun. & ho.

d ¶Obrepſit.] Ex quo autem ſe promoueri fecit, lite pendente deponendus eſt, etiam ſi innocens inuenit 2. extra de accuſ. Deus omnipotēs, 3. ff de li. cauſa. qui de libertate. Io. quod falſum credo, prout notaui in quæſtionibus. B. de hoc notaui. 8. q 4. nonne. Ioan. ſi autem

3 Ibi not.

g ¶Sine examinatione] Sed quid de epiſcopo, q ſine examinatione tales ordinat? Dicit lex & canon, eum deponendum. in auth. quomodo opor. epiſc. § oportet. & 1. q. 1. ſi qui epiſcopi. & ſup. diſt. 24. §. ult. & diſt. 50 de his uerò. & c. ex pęnitentib. Item quid ſi dicat epiſcopus ſe diſpenſaſſe cum eis? non eſt, ei credendum, niſi probet ſe cum eis diſpenſaſſe: vel niſi ſibi bonas literas dederit. nam hæc res commiſſa eſt epiſcopo quærenda, non negligenda. ff de tranſact. cum hi. §. ſi prætor. 4. debet ergo probari diſpenſatio, vt eſt expreſſum extra de ſchiſma. c. 2. maximè cum epiſcopus diſpenſare non debeat ſine conſenſu capituli, vel maioris partis: aliàs poſt errores ſuos ſemper mentiretur epiſcopus ſe cum eis diſpenſaſſe: quod uerum credo etiam circa notum. hoc tamen 5. non nego, quin circa notam perſonam ſolo facto diſpenſat epiſcopus, vt dixi ſup. diſt. 51. cap. ult. punitur tamen epiſcopus ſi indiſcretè diſpenſat.

4 Et ſic intelligitur extr. de filijs pſbyt. veniens ſm Laur.

5 Licet ita habeatur in antiqs apparatibus: tamen ſm iſtā correctionē B. Brix. non eſt de gl. ſed ita debet eſſe, vt hic eſt poſita cum additione B. Brix. ſed Io. de Fant. hoc ponit in ſuo apparatu ſicut iacet.

h ¶Examinati.] cum ad maiora promouentur, ſcilicet ad epiſcopatum.

a ¶Contra

[illegible]

a ¶ Contra regulam.] Quæ interdicit tales ordinari.
Quicunque.] CASVS. Quidam criminoſi ordinati ſunt ignoranter ab epiſcopis. quidam verò ſciẽnter. Quæritur, an debeant deponi? Et reſpon. quòd ſic.
b ¶ Per ignorantiam.] Ordinantium: & dic ignorantiam iuris vel facti, ſecundum Hug.
c ¶ Vel contemptu.] idest eis ſcientibus.
d ¶ Nõ præiudicat.] Factũ enim prætoris iuri publico non derogat. ff. de fer. l. 1.
e ¶ Compertũ] Arg. ꝙ quandocunque de veritate conſtat, ſequenda eſt 8. diſt. q contempta. nam diuturnitas tẽporis, &c. extra de ſimo. nõ ſatis. inducit tamen diſpẽſationem. 35. qõ. 8. de gradibus 1. & extra qui ma. accu. poſ. per tuas.

K ¶ Remoueantur.] Ergo presbyter propter ſimplicẽ fornicationem deponitur, vt 27. q. 1. vt lex. contra. & iſ. 82. diſt. cap. presbyter. & 34. diſt. fraternitatis. Io. Communiter autem dicitur, quòd pro ſimplici fornicatione quis deponi non debet, cum pauci ſine illo uitio inueniantur.

presbyter an pro ſimplici ſit fornicatione deponendus

confeſſi fuiſſent, contra regulam [a] venientes homines eis manus impoſuerunt: hos eccleſiaſticus ordo nõ recipit. In omnibus enim, quod irreprehenſibile eſt, ſancta † defendit eccleſia.

† al. catholeca] ſic in epi. 1. Cali. 1.

Item eiſdem concilij, c. 10.

¶ Lapſi per ignorantiam, aut contemptu ordinantium, ordinati deijciuntur. Cap. V.

Quicunque ex his, qui lapſi ſunt, per ignorantiam, ſunt ordinati, vel contemptu α [c] eorum, qui eos ordinauerunt; *hoc non præiudicat* [d] *regulæ eccleſiaſticæ*. Cum enim compertum [e] fuerit, deponuntur.

α ¶ Contemptu.] *Græce eſt in concilio vulgato*, ἢ καὶ προειδότων τῶν προχειρισαμένων. *Ideſt*, vel etiam ijs antea ſcientibus, qui ordinauerunt.

Item Innocentius ad Maximum, & Seuerum, epiſt. 5.

¶ Alienus fiat miniſterio, qui illud, viuendo illicite, polluit. Cap. VI.

Maximianus † [f] filius noſter agens in rebus huiuſmodi, qualẽ [g] querelã detulerit, libelli [h] eius ſeries annexa declarat. Qui zelo fidei, & diſciplinæ ductus, nõ patitur eccleſiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios aſſerit procreaſſe. Quod non licere exponere, niſi noſſem veſtram prudentiã legis totius habere notitiã. Et ideo fratres chariſſimi, libelli, qui ſubiectus eſt, tenore perſpecto [i], eos, qui talia perpetraſſe dicũtur, iubebitis in medio collocari; diſcuſſiſque obiectionibus, quæ ipſis presbyteris impinguntur, ſi conuicti fuerint à ſacerdotali remoueantur [k] officio (quia, qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt, atque alieni efficiãtur à miniſterio, quòd viuendo illicite, polluerunt. [l]

Poly. l. 4. tit. 39. Anſ. l. 8. c. 15. Iuo par. 6. c. 96. † al. Maximilianus.

2 Aliqui habẽt hoc extra qui ma. accuſ. poſſ. per tuas, ut hic, habẽt: ſed non debet eſſe: quia illa decreta, eſt remota: fuit tamẽ in tertia cõpilatione, eo. tit.

Maximianus.] CASVS. quidã presbyteri ex concubinis filios habuetũt: quos Maximianus zelo Dei accenſus, coram Apoſtolico accuſauit. commiſit ergo cauſam Innocentius quibuſdam, & præcepit eis, ſi hæc vera inuenerit, remoueant eos ab officio ſacerdotali.
f ¶ Maximianus.] ꝫ. 3. q. 2. quia ea.
g ¶ Qualem querelam.] Subaudi criminalem. nam clericus erat iſte. nõ. n. laicus poſſet iſtos accuſare 2. q. 7. per totum: niſi forte patronus' prælatũ de dilapidatione: quia tũc ſua intereſt. ar. 16. q. 7. filijs. aliàs laicus non audit de hoc crimine, ut 28. diſt. conſulendum.
h ¶ Libelli.] Per hoc ꝙ dicit, libelli, & poſtea pſbyteris. argumentatur, ꝙ quis in eodẽ libello plures accuſare poſſit. Ioan. Quid iuris ſit d hoc no plene. 2. q. 1. prohibentur in glo. quæ incipit, queſtus.
h ¶ Libelli.] id eſt, chartæ, q̃ papa miſit 30. q. 3. Pyctaciũ. B.
i ¶ Perſpecto.] Videtur ergo, ꝙ non ſufficiat ſi authẽtice ipſum exhiberet; ſed ut etiam teneatur exhibere libellum quem porrexerat Papæ, vt 6. q. 1. præſentium. & 15. diſt. præcepta. & maxime vbi procurator impetrauerat literas, & dubitatur an ille de hoc habuerit ſpeciale mandatũ. ut extra de reſcrip. nonnulli, vel an fuerit excommunicatus, ut extra de proba. cap. poſt ceſſionem.

Patronus prælatum de dilapidatione accuſare poteſt.

Accuſari poſſunt plures ſimul.

Item Eugenius Papa.

¶ Cuilibet ab ordine depoſito; epiſcopi prouidentia, locus pœnitentiæ deputetur. Cap. VII.

Sacerdos, aut quiuis alius in ordine eccleſiaſtico prouectus, ſi in eo [m] ſcelere inuenitur, quo abijciendus comprobatur; depoſitus, prouidentia epiſcopi, bene prouiſo [n] loco conſtituatur; vbi peccata lugeat, & vlterius non committat.

Anſ. l. 5. in prin.

niantur, vt 50. diſt. quia ſanctitas tua.
l ¶ Polluerunt.] Quantum ad ſe. 49. diſt. cap. vlt.
Sacerdos. CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ ſi ſacerdos de aliquo crimine cõuincatur, deponi debet, & eps ei locu prouidere debet, in quo pẽnitentiam agere poſſit.
m ¶ Si in eo.] Ergo pro omni cauſa non deponitur. B.
n Prouiſo loco.] ideſt monaſterio, vt cap. ſeq.

Dictum

DIctum.] CASVS. Dicitur hic, q̄ ſi ſacerdos ꝑ ꝑ delictum vel negligentiam ſuā fuerit degradatus, detrudi debet in monaſterium, vel canoniam regularem ad pn̄iam agendam, nec debet amodo viuere ſæculariter, & ſi contra facere præſumpſerit, excōicari debet. a ¶Negli-

c ¶Sæculariter.] Hic patet, q̄ depoſitus ſm̄ regulam eccleſiaſticam tenetur viuere. arg ad hoc. 32.diſtinc. ſi qui vero.& 20.q.3.eos. vnde verberans eos incidit in canonem: & eccleſia eos tueri debet, niſi ſint incorrigibiles, vt extra de iud.cū non ab homine. Io quod talium credo, cū ſit exauctoratus, & nudatus oī priuilegio 2.B Sed nūquid q̄ hoc modo detrud.ē in monaſterium, ibi cogitur eſſe ꝑpetuo: q̄d videt d 50 c 1. inf.ea.ſi qs clericus. Sed dic, hoc eſſe in arbitrio iudicis, & ſm̄ qualitatē delicti; nā qn̄q; ad tempus detrudit, vt 2 q. 1. in primis. qn̄q; iubet peregrinari per orbē, ut de pę.d.6. ſacerdos qn̄que traditur curiæ ſæculari, vt 11.q.1. ſtatuimus: alias n ūquā cogitur quis inuitus ingredi monaſterium, niſi propter delictum, vt 20. q.1. ſicut & 55.d.ſi euangelica. Ioan.

¶Retrudantur in monaſterium presbyteri, qui pœnitentiam agere contemnunt. Cap. VIII.

In conc. Cabilonenſi, c.40.
Burc. lib 2.c 191.
Iuo p.6.c.236.

DIctum eſt nobis presbyteros propter ſuā negligentiam [a] canonice degradatos, & ſæculariter, gradu amiſſo, viuere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Vnde ſtatuimus, vt gradu [b] amiſſo, agendæ pœnitentiæ gratia, in monaſterium α, aut in canoniam regularem mittantur. ¶Si verò hoc fieri cauſa qualibet prohibuerit, vbicumque ſint, pœnitentiam agere non deſiſtant. Si autem amiſſo gradu ſæculariter [c] viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab eccleſię communione ſeparentur.

α ¶In monaſterium.] *In concilio Cabilonenſi, vbi hic canon habetur (licèt Burchardus etiam & Iuo ex Moguntino citent) & apud cæteros collectores legitur,* in monaſterio, aut canonico, aut regulari: *in vno autem peruetuſto Gratiani codice,* in monaſterio iuxta canonicam regulam.

Item Iſidorus, ſententiarū de ſummo bono, li.2.c.10.

¶Mutatio loci aliquando valet conuerſis ad pœnitentiam. Cap. IX.

VAlet [d] interdum [e] cōuerſis pro animę ſalute mutatio loci. Plerumq; enim dum mutatur locus [f], mutatur & mentis affectus. Congruum eſt enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quiſque illecebris deſeruiuit. Nā locus, vbi quiſque praue vixit, hoc in aſpectu [g] mentis apponit, quod ſæpè ibi vel cogitauit, vel geſſit.

Item ex tertia ſynodo Aurelianenſi, c.7.

¶Clericus adulteraſſe conuictus, vel confeſſus, in monaſterium detrudatur. Cap. X.

Iuo p.8.c.285.
Pann.li.3.c.143.

j SI quis clericus adulteraſſe aut cōfeſſus, aut cōuictus fuerit, depoſitus ab officio, communione [h] conceſſa, in monaſterium, toto vitæ ſuæ tempore detrudatur.

Item Pelagius Papa Conſtantino defenſori.

¶De eodem. Cap. XI.

Pann.li.3.c.144.

ROmanus eccleſiæ Thæanenſis clericus pro crimine adulterij, quod admiſiſſe perhibetur, à clericatus ordine depoſitus, in monaſterium hic in vrbe Romana [i] ad agendam pęnitentiam ex noſtra iuſſione detruſus eſt.

Item ex canone Apoſtolorum 25.

VAlet.] CASVS. Statuitur hîc, q̄ ſi aliquis de crimine fuerit conuictus, debet ſeparari à loco ī quo cōmiſit delictū ad pn̄iam peragendā Nā interdum valet loci mutatio cū affectus mentis ſępè cū loco muteī, cūnō videat, vbi malè geſſit. Sequentia duo c. plana ſunt, q̄ de hac materia loquuntur.

d ¶Valet.] Gratia cooperante.

e ¶Interdum.] Interdum nocet, ut ſup.d. 74. quorundā. & C. quomodo, & quādo iudi. l.5. ſed ualet ſi fiat ex charitate.

f ¶Mutatur locus.] ī.35 q.6. ab iſto die. inf.d.86. fratrem.

g ¶In aſpectu.] Memoria delictorū, q̄ eſt cōcupiſcētia, deteſtabilis eſt 3 15.q. 1. mulier, quę autē eſt ad cōpunctionē, illa bona eſt. Nullū enim tale delictorū remedium eſt ſicut eorum continua memoria. de pœn. diſt.3. Iudas. de pœ.diſt.1.§.his auctoritatibus. ver. non tibi dico, & verſi. nunc autem. & quandoque bona eſt memoria rei ad terrorem, vt 7.q.1. denique, in fi.

a ¶Negligentiam.] No. q̄ aliquis æquè deponitur ꝑ negligentiam, ſicut ꝑ dolum. 86. diſt cap.1. & 11.q.3. placuit. & 100. diſt. qn̄. & extra de ſtatu mona. cum ad monaſterium in fi. & C. de offic. præfe. ori. ſi quos. & ff. de cuſt. & exhib. re. l. carceri. & l. milites quod intelligo cum craſſa eſt negligentia, ut 1. q. 1. quidquid. & ff. de verb. ſigni. magna.

b ¶Gradu.] Arg. pro illis qui dicunt exauctoratū priuari ſacramento 1. vnde colligitur talem poſſe verberari ſine ſacrilegio, arg. eſt ad hoc 50. diſt. accedens.

h SI quis clericus.] Communione.] i. fidelium & ſacramentorum. H. Alij dicunt. ſ fidelium, non autem fratrum. arg. infra eod. ſi diaconus. Archid.

i ROmanus.] ¶Romana.] Sed qua ratione detruditur ibi, cum aliunde eſſet? quia ibi fortè commiſerat, vt in Auth. vt nulli iudi. §. ſi uerò,

Clericū depoſitū uerberans incidit in canonem.
2 Argu ad hoc 54. diſt. c.2. in fi. vbi de hoc.

Detruſus in monaſteriū an cogitur ibi perpetuo eſſe.

Delictorum memoria an ſit bona.
3 Ad hoc 32. q.7. non ſolū. in princ. vbi de hoc.

Ne[gli]gentia ... dolo ...
... Arg. cōtra ... quod ... verſ. ...

presby-

PResbyter.] CASVS. Quæſitum fuit ab Apoſtolis, quam pœnam pati debet presbyter vel diaconus, qui publice in adulterio, vel fornicatione, periurio, vel homicidio fuerit deprehenſus. Et reſpondet, q debet deponi, ſed excommunicari non debet, cum non debeat duplici cõtritione flagellari, more tamen laicorum debet pęnitẽtiam agere, cum eius crimen ſit manifeſtum.

g ¶Neceſſitatis.] Argu. alicui licere cauſa neceſſitatis baptiſmum conferre, cui non licèt aliud ſacramentum conferre, infra de conſec. diſtinct. 4. conſtat. 1. q. 1. ſicut Chriſtus. contra. ſupra diſt. 50. c. qui ſub gradu.

h ¶Liceat.] Cum ſolẽnitate, aliàs ẽt laicus hoc poſſit.

i ¶Bapti-

¶In crimine captus presbyter, uel diaconus deponatur, non tamen communione priuetur. Cap. XII.

In conc. Trib. c. 11. Raban. l. pœnitent. c. 1. Anſ. li. 11. c. 29. Burc. li. 2. c. 179. Iuo p. 6. c. 234. Poly. lib. 4. tit. 31.

PResbyter †, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto [a], aut homicidio α captus eſt, [b] deponatur: non tamen cõmunione priuetur β. Dicit enim ſcriptura [c]: [Non vindicabit Dominus bis [d] in idipſum.]

† Epiſcopus, presbyter, aut diaconus] orig.

† οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. *Naum 1. ſecundũ lxx.*

α ¶Aut homicidio.] *Hæc dictio non eſt in canone 25. Apoſtolorum. Sed in concilio Triburienſi, cum patres illi ita dixiſſent,* legimus in canonibus Apoſtolorum, q epiſcopus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur: *hinc argumẽtantur, idem multo magis ſtatuendum eſſe de homicida: quæ fortaſſe cauſſa fuit, quamobrem à Gratiano, & alijs collectoribus ea dictio huic canoni adiecta ſit. In canone autem 32. Baſilij idem ſtatuitur de clericis peccantibus peccatum ad mortem, quod etiam de fornicatoribus expoſitum erat in canone tertio.*

β ¶Priuetur.] *In codicibus impreſſis ſequebatur,* ſi paruerit ſententiæ, *quæ verba ſunt expuncta, quia neque in originali, neque in vetuſtis Gratiani exemplaribus leguntur.*

Item.

¶De eodem. Cap. XIII.

ij SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus poſt diaconij gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur: & ab eccleſia proiectus, inter γ laicos [e] agat pœnitentiam.

ſup. diſt. 28. c. presbyter. Anſ. lib. 11. c. 31.

¶*Proprius auctor huius capitis non eſt inuentus: ſed ſimile habetur in concilio Neocæſarienſi, cap. primo, & in capitulo Martini Bracarenſis, c. 27.*

γ ¶Inter laicos.] *Hæ duæ dictiones non leguntur in cap. 1. concilij Neocæſarienſis citato ſupra diſt. 28. cap. presbyter, (vt ibi notatum eſt) neque in capitulis Martini Bracarenſis.*

Item ex concilio Aurelianenſi primo, c. 11. & 14.

¶De eodem. Cap. XIIII.

SI diaconus, aut presbyter crimen capitale cõmiſerit, ſimul & ab officio, & à communione [f] pellatur. Si verò pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſſione ſubmouerit; is † quoque ſi alij defuerint, & cauſa certæ neceſſitatis [g] exoritur † poſcentem baptiſma liceat [h] baptizare [i].

Iuo p. 6. c. 361. & p. 15. c. 18. c. 14.

† al. ſic.

† Concordat tex. in l. ſi libertus. ff. de bo. lib. ... ſed. & ... prætor. ff. de procur.

Item Gregorius ſeptimus omnibus per regnum Italicum, & Theutonicorum debitam S. Petro obedientiam exhibentibus.

¶Non ingrediantur eccleſiã presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, qui in fornicatione crimine iacent. Cap. XV.

Anſ. li. 6. c. 177. Pann. l. 3. c. 134.

iij SI qui ſũt presbyteri, diaconi, vel ſubdiaconi, qui in crimine fornicationis, iaceant, interdicimus eis ex

Laicus contra clericũ teſtificari nequit.

a ¶Aut furto.] Sed qualiter laici probabunt iſtud eſſe, cum non poſſint teſtificari contra clericum. 2 q. 7. epiſcopi.

b ¶Captus eſt] Et cõuictus. ext. de iud. cum non ab homine. de hoc dixi 50. d. de his 1. & c. ſi quis diaconus. 1 unde cũ capitur, detineri dẽt p xx horas diurnas, & nocturnas, vt videatur, vt ff. de adul. capite. ſed nec teſtibus admiſſis credit, niſi à principio clericum in adulterio viderint, nec laicis credetur de hoc; qa laici oppido nobis infeſti ſunt. 2. q. 7. laici. Vel dic, captus p ſententiam, vel p cõfeſſionẽ 2. propriã, vel rei euidentiam, vt extra de cohab. cler. veſtra. & c. ult.

1 Adde qualiter probatũ adulterium vel fornicatio no. Bar. in l. 2. §. fin. ff. de adult. & in l. quærebatur. ff. de teſta. mil.

2 Non. n. ſufficit ſi capiatur, niſi aliàs cõuincatur, vel confiteatur arg. 12. q. 1 non dicatis. 15. q. ult. cap. vlt licèt cõtra videatur, hic dici, vt 50. diſ. de his verò, &c. ſi quis diaconus, ſm H.

c ¶Scriptura.] Extra de iudi. at ſi clerici. de pœn. d. 3. §. auctoritas. ff. nau. caup licèt. §. vlt.

d ¶Bis.] i. perfectè.

SI qs epiſcopus.] e ¶Inter laicos.] hoc intellige, quando crimen uenit in notitiam populi, vt ſupra 27. diſtinctio. presbyter 3.

3 Vel cũ ex hoc magnũ ſcandalũ ortum eſt, ut 50 diſt. ſacerdotes.

SI diaconus.] CASVS. Dicit hic. q ſi diaconus, vel pſbyter commiſit crimẽ aliquod dignum depoſitione, ab officio & cõione debet repelli: ſi vero nou eſt depoſitus, ſed ſe pp delictum ab altaris miniſterio remouit more pęnitẽtis, ſi alij presbyteri deſunt, poterit in neceſſitate baptizare.

f ¶A cõmunione] corporis Chriſti, vel ad tempus, & ſic ſoluitur contra illud c. presbyter. uel expone, ideſt beneficio, & ſic ſoluitur contra, ſup. ea. c presbyter. 4.

4 Nõ eſt extranea iſta expoſitio, quia beneficia clericorũ cõia ſunt 32 diſt. ca. pter hæc. 16. q. 1. cap. ſi.

i ¶Baptizare.] Dic, vt 50. diſt. qui ſub gradu.

SI qui.] CASVS. In Italia & Theutonia pſbyteri, diaconi &

coni & ſubdiaconi publicè tenebant concubinas, quibus omnibus Greg. officium interdixit, donec pœnitentiam agerent, & ſi vellent in crimine perſeuerare, præcepit omnibus, vt eorum officia non audirent: quia eorum benedictio in maledictionem conuertetur, & hoc probat

b ¶Emẽdent.] Ex hoc videtur, ꝙ ſicut tales ipſo facto ſuſpenduntur, ſic ipſo facto per contrarium reſtituetur eis officium. vt dixi. 32 diſt. nullus. argu. ad hoc 15 q. 6. nos ſanctorum & 16. q. 7. ſi quis deinceps 1.

c ¶Audire.] ſu. 12. diſt. nullus, &c. præter hoc. ſed ꝯ 15. q. 8 ſciſcitãtibus. cõtra ſed ibi ſoluam.

1 Dicit Lau. hoc ſpeciale eſſe in notorio.

parte Dei omnipotentis, & ſancti Petri auctoritate, eccleſiæ introitum, vſque dum pœniteant [a], & emendent [b]. Si qui vero in ſuo peccato perſeuerare maluerint, nullus veſtrum officium eorũ audire [c] præſumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, teſtante Domino per prophetam: [Maledicam [d], inquit, benedictionibus veſtris.] Qui verò huic ſaluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit, Samuele teſtante, & beato Gregorio adſtruente: Peccatum ariolandi eſt non obedire, & quaſi ſcelus idololatriæ, non acquieſcere.] Peccatum igitur paganitatis [e] incurrit, quiſquis dum Chriſtianum ſe aſſerit, ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit [f].

Malach. 2.
luo p. 5. c. 36.
lib. 35. moral. c. 12.
8. q. 1. ſciendum.
1. Reg. 15.

d ¶Maledicam.) id eſt, reprobabo, vel reputabo maledictionem, cum benedixerint 2, vobis.

e ¶Paganitatis.) Id eſt, infidelitatis.

f ¶Cõtemnit.) Qualiter ſit hoc intelligẽdum dixi 22. diſt. omnes. 19. di. in memoriam & ca. nulli. Io.

2 Vel dic vt not. 1. q. 1. in cap. maledicã & c. multi. Archid.

¶In regeſto epiſtolarũ Gregorij ſeptimi, non eſt inuenta hæc epiſtola, in qua ſunt omnia prorſus verba huius capitis. Sũt tamẽ in eo multa; quæ huius decreti faciunt mentionẽ. Libro primo epiſtola 30. Archiepõ Salzburgenſi, & lib. 1. epiſt. 61. Leodienſi epiſcopo, et ſequenti epiſtola Sicardo Aquilegienſi. De quo decreto, vt ipſum exequi omnino curarent, eodem lib. 2. epiſ. 66. Burchardo Halberſtatenſi epiſcopo, & epiſt. ſequenti, Annoni Colonienſi archiepiſcopo diligentiſſimè ſcribit, & lib. 3. epiſt. 4. Sigefredo archiepiſcopo Moguntino idem mandat, & lib. 4. epiſt. 10. comitiſſæ Flandrienſi & ſequenti comiti de eadem reſcribit. Inter decreta etiam Innocentij II. fit iſtius decreti mentio. Verum propria verba huius capitis: vſque ad verſ. Qui verò huic ſaluberrimo, Marianus Scotus refert in fine chronicorum. Sequentia autem verba valde ſunt ipſi Gregorio 7. familiaria.

S I quis.] CASVS. Hęc quatuor cõſequẽtia cap. eundẽ habẽt caſum: in quibus dicitur, quod ſi qui in ſacris ordinibus fuerint conſtituti, ad cõcubinas, vel vxores accedere nõ debent: quòd ſi contumaciter fecerint, officio & beneficio carere debent.

g ¶Diaconus.] Vel ſubdiaconus, vt in c. ſequenti.

Item Alexander ſecundus, epiſcopis, & regi Dalmatiarum.

¶Officio & beneficio priuetur epiſcopus, presbyter, vel diaconus fœminam accipiens, vel acceptam retinens, Cap. XVI.

Pann. l. 3. c. 138.

3 SI quis amodo epiſcopus, presbyter, aut diaconus [g] fœminam acceperit, vel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat [h] vſque dum ad ſatisfactionem veniat: nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus eccleſiaſticis habeat.

h ¶Decidat.] Quo ad excutionem: ꝓut patet in ſequenti litera. ſed nec ſtatĩ debet ſuſpendi, ſed expectari debet ꝑ quadraginta dies. extra de coha. cle. ſicut ad extirpandum, ſed illud diſpenſatio eſt: ius enim erit, quòd ſtatim deponatur ſup. ead. c. 1.

Cleric' qui vxorẽ accepit, an ſtatim ſit ſuſpẽdendus.

Item clero Mediolanenſi.

¶De eodem. Cap. XVII.

Pann. l. 3. c. 139.

4 SI quis ſacerdotum, vel diaconorum, vel ſubdiaconorum officium [i] contumaciter deſerens fœminam ſibi potius eligit: ſicut ſponte ob fornicationem dimittit officium; ita ob præuaricationem dimittere cogatur [k] etiã in vitus beneficium.

Idem Paulo Mediolanenſi.

i S I quis ſacerdotum. ¶Officiũ.] Ex his duobus capitulis habes, quod cui interdicitur officium, & beneficium quandoque tamen permittitur beneficium, & nõ officiũ, vt 50. diſt. ſtudeat, & 28 diſ. presbyterum. quãdoque econuerſo, vt 1. q. 5. c. 1. quãdoque etiam punit in perſona, & nõ in rebus. vt 16. qõ. 6. cognouimus. & c. illud.

Beneficium q̃nq; permittitur & non officiũ.

K ¶Cogatur.] Ergo per electionẽ vnius vel per renunciationem intelligitur alij abrenũciatum. ſu. 8. diſt. quo iure. C. de furt. l. 1. ff. de tribut. q̃d in hæredẽ, §. eligere. ff. de reg. iu. l. nemo. §. quoties Arg. cõtra ff quo leg. l. 1. §. 3. & arg. plura de hoc inuenies. 13. q. 2. in fi. Io. Sol. vbi ſunt aliqua repugnantia, eligendo vnum renunciat alteri. aliàs ſecus. B. de pœn. d. 1. §. itẽ ſi antequam.

Eligens vnũ renunciat alteri.

probat auctoritate prophetæ dicentis: Maledicam inquit, &c. Et quicunque præceptis noſtris non obedierit peccatum idolatriæ, & paganitatis incurret.

a ¶Dum pœniteant.] Ex hoc determinantur contraria ſup. diſt. 51. miramur, verſi. ſicut enim.

a Eos beneficio.] inf.16.q.6.illud arg.ff.de pecu.l.1. C.de vſur.l.vlti.

b Miniſtri.] Propriæ vxoris.] maximè: quia idem eſt in aliena. Et no. ꝙ dicit inuadere, quia iam nõ eſt vxor quo ad debitum reddendum. ſup.77.diſ. epiſcopus. cum qua votum emiſit 1: & ſi eam cognoſcat, inceſtum cõmittit, & filij. erunt illegitimi. & ſerui. 15 q. vltim. cum multæ. eſt tamen vxor quò ad adminiſtrationẽ. 31.d.lex. & plus peccat cum iſta, quam cum ſoluta. Hug.art. contra infra.di.ꝑxi. propoſuiſti.

Vxorem cognoſcens cũ qua votum emiſit, inceſtum committit.

1 Ad hoc 35 q.5.quod Deo, ſed videas, quod not.30. q.1. noſſe. in gl. ille tamen in fi.

c Sacrarij.] Ideſt, ſacrorum valorum.

d Ab offerentibus.] Ideſt ſacerdotibus, qui offerunt, id eſt, conficiunt. Vel expone: nec ad oblationẽ alijs porrigendum; quaſi dicat, nec ipſi ſumant corpus Chriſti, nec alijs porrigant. Vel melius hoc vult dicere: diaconi nec exerceãt officiũ diaconale. nec presbyteri ꝑſbyterale. Vel expone nec ab offerentibus, ideſt, ſubdiaconis, q offerre ſolent diacono patenam cum euchariſtia.

ADDITIO. 91.diſt. cleros.

e Holocauſti.] ideſt euchariſtiæ, & dic intranſitiue.

f Accedant] Preſbyteri, ideſt non cõficiant.

g Minora.] ideſt, minorum ordinum officia ſine licentia ſuperioris: & planũ eſt capitulum, vt 16. q 61. illud. Ar. contra C. de vſuſru.l. vlt. & ff. de ſupel.leg.l.1.

Clericus.] Hęc eſt tertia pars d. in qua dicitur, ꝙ archidiaconus non debet frequentare domos matronarũ, vel aliarum mulierum, nec mittere xenia ꝑ clericos, & hoc probatur in ſeq. cap. Ioan. de Fan.

CASVS. Hoc cap. de tribus perſonis loquitur, ſcilicet de clerico, presbytero, & archidiacono. Dicitur ergo, hic ꝙ clericus ſolus non debet intrare tabernaculum mulierum: nec etiam cum ſocio ſine iuſſu pręlati. nec presbyter cum ſola fœmina confabuletur. Archidiaconus verò ſub prætextu officij ſui non frequentet domicilia matronarum: nec illis per clericos ſuos, vel domeſticos aliquid ſecrete mittat: de quo ſi conuincitur, & ille deponatur, & illa excommunicetur.

h Fęmina.] Argu. ex ſolitudine, vel ſocietate præſumi pro aliquo, vel contra. infra. ea. in omnibus, & c. clerici. arg. 18. q. 2. in decima, & c. diffinimus.

Præſumptio ſumitur ex ſolitudine, & ſocietas.

i Humilitatis.] Prætextu enim pietatis non eſt committenda impietas. ff. depoſi. ſi hominem, & 30. q. 1. noſſe. & 14. d. quod ait.

K. Frequentet.] Ratione frequentiæ pro aliquo, vel contra aliquem præſumitur 2, ſimiliter ex longa mora. arg. 34. d. quorundam. 19. d. Anaſtaſius.

l Secrete.] Magis enim peccat occultè peccans, quàm manifeſte

De eodem. Cap. XVIII.

Eos etiam, qui vt fornicari eis liceat, diuinum officium derelinquunt, & a Deo recedentes, diabolo & operibus eius ſeruiunt; ſicut ſe iuſtiſſimè ab officio alienos faciunt; ita beneficio [a] eccleſiarum priuatos eſſe adiudicamus.

Pann. l. 3. c. 140.

Item Lucius Papa.

De eodem. Cap. XIX.

Miniſtri altaris presbyteri, ſiue diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui continentiã ſeruent. Si verò poſt ordinationem ſuam miniſtros contigerit proprię vxoris [b] inuadere cubile, ſacrarij non intrent limina, neque ſacrarij [c] α portitores fiant, neq; altare contingant, neq; ab offerentibus [d] holocauſti [e] oblationem ſuſcipiant; neq; ad Dominici corporis portionem † accedant [f]; neq; propinent β, neq; ſine maioris natu auctoritate minora [g] gerant officia: vrceum ſanè ad altare, vel calicem ne ſuggerant.

Habent in epiſtola 2 Clementis ad Iacobum fratrem Dñi. Anſ. l. 8. c. 2. Poly. l. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 87.

† *al. portationem.*

α Sacrarij.] *In epiſtola ſecunda Clementis (vnde caput hoc ſumptum videri poteſt, & vnde citat Iuo) legitur:* ſacrificij. *in vno autem vetuſto Gratiani codice,* ſacri.

β Neque prouenient.] *In epiſtola Clementis eſt:* nec aqua ſacerdotibus porrigat ad manus; oſtia forinſecus claudat minora gerat officia, vrceum, ſiue calicem ad altare non ſufferat †: *Apud Iuonem verò* Sed aquam tantum ſacerdotũ manibus porrigat, oſtia forinſecus claudat, minora geſtet officia: vrceum ſanè ad altare ſuggerat.

† *al. ſuggerat.*

Idem.

Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur. Cap. XX.

3 Clericus ſolus ad fęminę tabernaculum non accedat, nec properet † ſine maioris natu ſacerdotis † iuſſione γ; nec ſolus presbyter, cum ſola fęmina [h], fabulas miſceat. Nec archidiaconus ſub prætextu humilitatis [i], aut officij frequentet [k] inter domicilia matronarum; aut forte per clericos, aut domeſticos † matronę mandet aliquid † ſecrete [l]. Si agnitum fuerit; & ille deponatur, & illa a liminibus arceatur eccleſiæ.

Clemens Papa ibidẽ paulo inferius. Iuo p. 6 c. 89. Anſ. l. 7. c. 147. Poly. l. 4. tit. 31.

† *al frequentet* † *al ac ſine maioris* [...] dotes]

† *al. domeſticos eius* † *al. principes*

† *al. ſecreti aliquid.*

2 Concordat tex. in l. cum alius, C. de curat. fu. & in l. fi. §. pe C. de bon. qualib.

Peccare videtur magis dr occulte, an manifeſte delinquens.

γ Iuſſione.] *In epiſtola clementis ſequitur.* Nec presbyter ſolus cum ſola adiungatur: ſed duobus adductis teſtib. viſitet infirmam: nec ſolus cũ ſola fęmina fabulas miſceat; nec

archidiaconus, aut diaconus ſub prætextu officij humilitatis frequentet, &c.

Idem.

Clemens ibidem continenter.
Polyc. ibidem.

¶De eodem. PALEA. Cap. XXI.

SEd ſi forte aliqua interceſſio fuerit, epiſcopo ſuggeratur. Et ſi talis eſt, ad quam debeat ire pio interuẽtu, ipſe pergat: ſin autem, de latere ſuo dirigat α, cum duobus, aut tribus teſtibus. Nemo tamen cum extranea habitet fęmina, niſi proxima, aut ſoror fuerit. Et hoc cum magna ſollicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias Satanæ.

2. Cor. 2.

¶*Hæc Palea in pleriſque vetuſtis exemplaribus habetur coniuncta capiti antecedenti.*

α ¶Dirigat.] *In epiſtola S. Clementis ſequitur:* cum duobus, ac tribus, qui hoc ſanare † debeant. Sanè ad viſitandum mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, niſi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

† al. ſcire.

[*Ex decreto β Eugenij Papæ.*]

Poly. l. 4. titu. 31. ex Lucio.
Anſ. l. 8. c. 9. ex pę. Romano.

¶De eodem. PALEA. Cap. XXII.

SI quiſpiam ſacerdotum, ideſt presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus de quacunque fœmina crimine fornicationis ſuſpectus, poſt primam, ſecundam, & tertiam admonitionem γ inueniatur fabulari cum ea, vel aliquo modo conuerſari, excommunicetur: fœmina verò canonice iudicetur [a].

β ¶Ex decreto.] *Hic canon in concilio Romano primum ab Eugenio ſecundo editus, & poſtea à Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus, & citatur in decretalib. tit. de cohab. cler. & mul. Et in pleriſque vetuſtis exemplaribus eſt ſine nomine.*

γ ¶Admonitionem.] *In eodem canone ſequitur,* metropolitani, vel alterius epiſcopi, aut eius, cui ſubiacere videatur.

Item Gregorius.

¶Simul cum mulieribus ſacerdotes habitare non licet. Cap. XXIII.

Iuo p. 6. c. 76.
Poly. l. 4. tit. 31.

4 OPortet ſacerdotes, quibus Domini populus commiſſus eſt, cum magna animi conſtantia vigilare ſuper dominicas oues, ne lupinis morſibus, ideſt diaboli ſtimulis lanientur. ¶Neque enim hoc ſilere debeo, quod cum graui animi triſtitia dico: ſacerdotes cum fęminis habitare conſpicio: quod nefarium [b] eſt dicere, vel audire. & contra ſanctorum canonum ſancita. Vbi enim talis fuerit cõmorantium cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimuli [c] non deſunt. Ideoq; admonendi ſunt, vt nõ antiqui hoſtis [d] decipiantur fraude; quatenus iuxta Apoſtoli vocem, non vituperetur miniſterium noſtrũ. Cauere enim nos oportet, fratres, ab illicitis, ut mundas ualeamus, ad dominũ leuare manus: ſcriptum eſt enim: [Sãcti eſtote, quoniã ſanctus ego ſum Dominus Deus veſter.] Si quis verò præſumpſerit aliter agere, ſacerdotij ſui honore priuetur. Vnde omnimodo cauẽdũ eſt, fartres, ne fallamus [d] populũ, & illud prophetæ dictũ impleatur in nobis: [Sacerdotes mei cõtaminãt ſancta, & reprobãt legẽ.] quos & alius propheta increpat dicẽs. [O vos ſacerdotes, q fallitis [e] nomẽ meũ,

2. Cor. 6.
1. Tim. 2.
Leuit. 20.
Soph. 3. ſecundum 70.
Malach. 1. ſecundum 70.

manifeſtè, vt 19. diſ. Anaſtaſius. Sed contra. ff. de rit nup. l. vl. ff. de aucto. tut. pupillus. §. vlti. qui enim male agit, odit lucẽ. 18. q. 2. pernicioſam. extra de offi. iudi. de leg. cõſuluit. & extra vt eccl. benefi. vt noſtrum. Ioã. Sol. * vbi quis magis contẽnit ibi magis peccat, ſiue ſecrete ſiue palã. De hoc 40. diſtin. homo Chriſtianus 1.

Textus hic nõ loquitur de peccato publico, vel ſecreto; ſed damnat ea, quæ ſecrete facta afferunt ſuſpicionem, non autem facta palam.

SI quiſpiam.] Hæc palea habetur extra coha. cle. & mul. c. 2. ibi exponitur.

a ¶Iudicet] Not q rõne delicti mulier efficit de foro eccleſiæ. Archid.

OPortet.] Hęc eſt quarta pars di. in qua ꝓbat per 10. cap. ſanctorum patrum, quòd cum clericis non debent cohabitare ſuſpectæ mulieres, nec ſolus cum ſola debet cõfabulari. Io. de Fan.

1 Et extra de cel. miſſar. de homine. & 32. diſtinc. nemo ibi videas.

CASVS. Gre. monet hic presbyteros eſſe vigilantes ſuper gregẽ ſibi commiſſum: ne lupi morſibus, id eſt, diaboli laniẽtur. & reprehẽdit eos de conſortio mulierum quia ubi fuerit cum mulieribus cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimulus nõ deerit, cum quibus ſi fornicentur, ſacrificare nõ debẽt. Quod probat tribus auctoritatib. prophetarũ, ſcilicet Moyſi, Sophonię & Malachiæ. Sequẽs cap. patet.

b ¶Nefariũ.] ideſt, horribile. nã ſi nefariũ eſſet dicere, male faceret Greg. dicendo.

c ¶Stimuli] Nam ex cohabitatione pſumitur acceſſus. 18. q. 2. diffinimus.

d ¶Ne fallamus.] Publicũ .n. teſtimoniũ & opinio nõ eſt fallẽda C. de la. li. tol. l. 1. §. ſed & q ſcim9. ar. 27. d. qđ iterrogaſti.

e ¶Qui fallitis.] Dicunt enim fallere, ex quo habẽt uolũtatẽ fallẽdi 2, nac minus peccãt de pę. d. c. 1. ſi cui. aliàs ſũt nõ falluntur,

2 Adde glo. in l. uendicatio. ff. de rei vendi. Bart. in l. quæ de tota. eo. tit.

lent 24.q.3. Deus.mentiri enim Deo,&c. de conſec.di-
vin.2.panem.

a ¶Pollutio.] Quantum ad ſacerdotes 49.diſt.c.vlt. ADDITIO. Ad hoc 49.diſt.c.vlt.de conſec.diſt.4. quæris.& 1.q.1.quod quidam.Archid.

tum,vt clericus cum talibus perſonis, & in tali loco, & tempore, cum mulieribus loquatur, vt omnis ſuſpicio remoueatur. Nam ſi clericus vult ire ad domum alicuius fœminæ, melius vadat cum alio,quam ſolus: ne ſi ceciderit, non ſit qui ſubleuet eum.

i ¶Ab exterminatore.] i. ab angelo malo, q exterminauit murmurantes in deſerto à terra promiſſionis.

SI quis monachus.] CASVS. Quæſitum fuit quantam pœnam debeat pati monachus, qui rixatur, vel fratribus

tribus conuitia infert? & reſpondet, iuxta modum peccati diuturna pœna purgentur ad arbitrium ſui prælati. Idē eſt, & ſi fuerit murmurator. Sequēs c. planum eſt.

Pnīa eſt arbitraria.

a ¶ Vel manifeſtum.] Ideſt manifeſte.

b ¶ Diurna.] Videtur, ꝙ tanto tempore debeat quis eſſe doque maior. de pœ. diſtinct. 3. productior.

c ¶ Prioris.] Ideſt, abbatis. abbas enim poteſt abſoluere monachum ſuum inijcientem manus in monachū ſuum, vel alterius, ſed non poteſt ſi percuſſerit clericum ſæcularem 1. vt extra de ſen. excom. cum illorum, &c.

Abbas monachum excōicatū abſoluere poteſt.

1 Iſto caſu dēt abſolui à diœceſano epō :! quod dicitur ext. de ſen. excō. religioſo. ibi videas.

vel manifeſtum [a] conuitium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris, modumque peccati, diurna [b] expietur pœnitentia. *Item.* ¶ Qui contentioſus aut murmurans extiterit, ſecundum arbitrium prioris [c] tamdiu β pœniteat, quam diu culpæ qualitas extat.

In 1. ſententiarum Patrum, c. 96. ex ſtatutis ſeniorum. Burc. l. 10. c. 53. Iuo p. 13. c. 54.

α ¶ Si quis monachus.] *Hanc priorem partem Burchardus, & Iuo citant ex concilio Agathenſi, in quo etiam habetur ex codice librorum ſexdecim, lib. 5. c. 22. abeſt autem ferè vbique, etiā in multis Gratiani exemplaribus vox*, monachus.

β ¶ Tamdiu.] *Apud Burchardum, & Iuonem (qui citant hanc partem poſteriorem ex Moguntino, habetur autem in libro ſententiarum Patrum, c. 96. ex ſtatutis ſeniorum.) legitur,* ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas extat.

Item ex concilio Carthaginienſi 4. c. 25.

¶ Diſſidentes epiſcopi ad concordiam redire cogantur. Cap. VI.

Bur. c. l. c. 62. Iuo p. 5. c. 173.

DIſſidentes epiſcopos, ſi non timor Dei, ſynodus reconciliet.

Item ex eodem, c. 16.

¶ De eodem. Cap. VII.

Burc. l. 1. c. 10 1. Iuo p. 5. c. 203. † *cohortentur.*] vera lectio.

STudendum eſt epiſcopis, vt diſſidentes fratres, ſiue clericos, ſiue laicos, ad pacem [d] magis, quam ad iudiciū coerceant † [e].

Item ex eodem, c. 94.

¶ Non recipiantur dona eorum, qui pauperes opprimunt. Cap. VIII.

ſu. ead. oblationes. Burc. l. 5. c. 39. Iuo p. 2. c. 48.

EOrum, qui pauperes opprimunt, dona à ſacerdotibus ſunt refutanda.

Item ex concilio Agathenſi, c. 31.

¶ A cœtu alienentur fidelium, qui ad concordiam redire contemnunt. Cap. IX.

Burc. l. 10. c. 61. Iuo p. 13. c. 62. † *al. diutina intentione.*

† Diuturna ro. Doc. ꝙ iudex poteſt cogere ad compromittendum eos, qui diu litigauerunt in l. quidam æſtimauerūt, ſi cer. peta.

PLacuit etiam, vt (ſicut plerumq; fit) quicumque odio aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacē reuocari diuturna† obſtinatione nequierint, à ſacerdotib. ciuitatis primitus arguantur [f]; Qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de eccleſiæ cœtu iuſtiſſima excommunicatione [g] pellantur.

Item Fabianus Papa.

STudendum.] CASVS. Dicitur hic. ꝙ epiſcopus diſcordātes cleric. vel laicos dēt ad cōcordiā reuocare, potius q̃ ad iudicium vocare. & cōſueuit hoc capitulū intelligi in crimine iniuriarū. Seq. cap. patet.

d ¶ Ad pacem.] Hæc & ſimilia intelligo cū ciuiliter agitur đ crimine: vel in cauſa ciuili: ſecus vbi criminaliter ageret. expedit enim peccata nocentiū nota eſſe. ff. de iniur. cum qui. & extra de col. deteg. c. 1. Ioan. vel cū agitur actione iniuriarum, vt dictum eſt ſupra ead. cap 1. B.

Accuſator pēdente accuſatione pōt deſiſtere.

e ¶ Coerceant.] Ar. quòd epiſcopus ſi quis coram eo accuſauerit aliquem, & velit deſiſtere, & ille velit ei remittere, non debeat eos cogere proſequi cauſam illam 2. etiam lite cōteſtata: & ꝙ illi poſſint deſiſtere cum epiſcopus dēat magis hortari ad pacē quam ad contentionem. arg. 5. q. 2. ſi primates. Io. qđ verum credo in crimine iniuriarum, vel cū agitur ciuiliter: aliàs nō 3. vt extra đ col. c. 2. B.

2 Adde an & qn̄ poteſt accuſator deſiſtere notat Cy. in l. ſi. C. de accuſa. & in l. 2. C. de exibēte. B. in l. athletas. ff. de fal.

3 Et eſt ratio qui expedit peccata nocentiū &c. vt dr̄ in gloſſ. præ ſecundum R.

PLacuit etiā] CASVS. Dicitur hic ꝙ ſi qs habet diſcordiam cum aliquo, debet moneri, vt ad pacem redeat: & ſi contempſerit. debet excommunicari.

f ¶ Arguantur.] Ar. ꝙ admonitio ſemꝑ debet præcedere vindictā. arg. 12. q. 2. indignè.

ADDITIO. Ad idē 32. q. 5. præceptū. ff. de fideicom. lib. cum vero §. ſubiectum & §. ſeq. Ad idem 45. diſtinct. licet. plerumque, Archidiac.

esse in pœnitentia, quanto fuit in peccato c. 5. q. 2. c. 1. Sed dicimus hoc ponendum in arbitrio prælati. nam quandoque inuenitur, ꝙ debet eſſe tanta. de pœ. diſt. 1. quamobrem, quandoque minor, de pœ. diſt. vlt. cap. vlt. quandoque

g ¶ Excōmunicatione.] Videtur tamen, quòd primo iudex ſæcularis coget 4 eos ad concordiam, & ſi hoc non ſufficiat, quòd tunc excommunicabuntur. 17. quæſt. 4. de presbyterorum, &c.

4 Coget. Vide legiſtas l. qdā æſtimauerunt ſi cer. peta.

SI quis contriſtatus.] CASVS. Quidam ſatisfacere nolebat alicui cui iniuriā fecerat: ſed iniuriā paſſus reconciliari volebat. Quęſitum fuit, quid de illo fieri debeat? reſpondet & ꝙ debet fame macerari, donec, de nolente fiat volens.

a ¶ Satisfaciēte.] Immo etiam non ſatiſfaciente eo, rancorē tenetur dimittere, vt de pę. diſt. 5. c. ult. qa non eſt licitū nobis aliquē odio habere ut 23. q. 4. cum in lege. 11. q. 3. īter verba. ſed actionem iniuriarū, ideſt, ſatisfactionem, nō tenemur dimittere, nā ad remittēdam iniuriam nullus cogendus 1. 23. q. 4. ſic illic. immo bene facit q dimiſſo rancore agit iniuriarum 45. diſt. & qui emendat. 23. q. 5. de occidendis.

Rancorem ſed non iniuriam tenemur dimittere.

Et vide qđ not. 1. qō 4. quia prælatus in gl. ar. ꝙ, &c. verſi. ſed nūquid &c. Archid.

b ¶ Inedijs.] Ideſt pęnis excommunicationis.

Præcipimus.] hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua probat ꝙ epiſcopi debent ſibi præſtare conſilium, & auxilium ad pacē tenendam. Io. đ Fan. CASVS. Dicitur hic, ꝙ ad pacem firmiter tenendam & obſeruandam, debent epiſcopi ſibi mutuum auxiliū exhibere: & qui hoc non fecerit, deponatur.

c ¶ Præcipimus.] Per iſta ca. patet, ꝙ ad iudicium eccleſiæ ſpectat facere pacem, ut hic, & extra de tregua & pace. treguas. Itē patet hic ꝙ epiſcopi puniūtur, q ſibi non præſtant mutuū auxiliū, vt 3. q. 1. nulli. & etiam mortuo epiſcopo uel infirmo uicini epiſcopi tenētur ſupplere defectū epiſcopi, ut 7. q. 1. pōtifices. Ioan.

Epi ſibi mutuū dēnt ꝑſtare auxilium.

ADDITIO. Hinc eliciunt aliqui quare per diuerſa anni tēpora treguæ conſtituantur, extra de treg. c. 1. vt ſcilicet eo tempore paci reformandæ detur opera. arg. C. de fer l. dies. arg. 33 q. 2, placu t. Io. de Fan. & hic adde. & videas, quod dicam 24. q. 3. illi qui Arch.

PErlatum.] CASVS. Quidam conabantur, vt alij ab officio caderent, & ordinibus; in ſacramentis, ab alijs diſcordantes, vt in baptiſmo & alijs ſacramentis vnde diſcordiæ ortæ ſunt inter eos. Quod cum Victor Papa audiuiſſet, præcipit vt ad pacē velociter redirent, & auxilium ſibi viciſſim conferrent. Si vero contempſerint, a communione eccleſiæ repellantur.

d ¶ Diſcrepare.] Hoc dicit canon, vt ſimplam teneamus baptiſmi ſex nam propter ſchiſma vitandum, de conſecra diſt. 4 propter vitandum. ubi tamen conſuetudo eſt diuerſa, nihil efficit, vt de conſecra. diſtinct. 4. de trina.

Baptiſmi formā dēt eſſe ſimpla.

c ¶ Concordare.] Cum metropolitana eccleſia. 12. di. c. pen. de conſe. diſt. 1. altaria. & d. 3. c. litteris. 10.

¶ Inedijs maceretur acerrimis, qui fratri ſuo reconciliari noluerit. Cap. X.

SI quis contriſtatus voluerit reconciliari fratri ſuo, ſatisfaciente [a] eo qui, contriſtauit, acerrimis maceretur inedijs, [b] vſque dum gratanti animo ſatisfactionem recipiat.

Diuc. l. 10. c. 59. Iuo p. 13. c. 60. ex Fabiano.

Item Innocentius ſecundus.

¶ Epiſcopi ad pacem firmiter tenendam viciſſim ſibi cōſilium & auxilium præſtent. Cap. XI.

2 PRæcipimus [c], vt epiſcopi ad ſolum Deum, & ſalutē populi habentes reſpectum, omni tepiditate ſemota, ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi cōſiliū, & auxilium præbeant: neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittāt. Quòd ſi quis in hoc Dei opere tepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

In conc. Lateranen. c. 9. extra de tregua, & pace. c. 1. §. præcipimus ex Alex. 3.

Item Victor Papa ad Afros, epiſt. 2.

¶ Expellendi ſunt à communione fidelium, qui ſibi inuicem reconciliari noluerint. Cap. XII.

PErlatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, aliquos veſtrum nocere fratribus† velle, & vt cadant, decertare: ſimiliter in ſacramentis, diſcrepare [d], & ob id contentiones, & æmulationes fieri inter vos: à quibus diſſenſionibus vos auertere, & in his omnibus concordare [e], & opem ferrè viciſſim mandamus. Nam ſi hoc agere cito neglexeritis, & viciſſim reconciliari non ſtudueritis; ab Apoſtolicæ ſedis, & totius eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis.

Poly. l. 5. tit. 13. † *al. fratres.*

DISTINCTIO XCI.

QVi autem [f] turpi lucro, inhoneſto negocio victum ſibi quærere prohibentur; de oblationibus eccleſiæ ſtipendia conſequantur. Quod ſi eccleſia ei ſufficere non poterit; proprio artificiolo†, vel agricultura (exemplo Apoſtoli, qui de labore manuum viuebat) ſibi neceſſaria inueniat: ita tamē, vt occaſione ſui opis vigilijs eccleſiæ non deſit. Quod abſq;

† *al. artificio Act. 2. & 1. cor. 4 1. Theſ. 2. & 2. Theſſ 3.*

QVi autem turpi.] CASVS. Supra in diſt. 88. dictum eſt, quòd clerici negociari non debent. Sed quia dubitari poſſet, vnde viuere debeant: ideo ſubiungit hanc diſtinct. Gratianus, vbi docet ꝙ viuere debent de oblationib. & de decimis: quæ ſi deficiant, ad inſtar Pauli quærant ſibi victum de aliquo artificiolo: dummodo propter hoc officia ſua non negligant, niſi eſſent infirmi.

Clericus ꝓprijs manibus ſibi victum quærere poteſt.

f ¶ Qui autem.] Dictum eſt ſu. 88. diſt. clericis non licere negociari: vnde oſtenditur in hac 91. diſt. ex quo debeant ſuſtentari, de eccleſiaſticis ſtipendijs, vbi autē clerico non ſufficit eccleſia; proprijs manibus ſibi quærere victum debet iuxta Apoſtolum: non tamen ꝙ ex hac occaſione ſubtrahatur ab eccleſiaſticis officijs. H.

a ¶ Quod

a ¶ Quod abſque inæqualitate.] Id eſt, niſi cum inæquale eſt corpus exuberantia, vel defectu humorum: hoc eſt ex cauſa infirmitatis.

b ¶ Promiſit.] q̃ promitt [illegible] eſt, notaui 23. d. quãquam.

c ¶ Vigiliæ.] idest, mortuorũ exequiæ: vel generali ex eccleſiaſtica officia 161. diſtin. quoniam feſtus. & propter cauſam hæc cautio fuit exacta ab epõ ſuo: q[illegible] clerici ſui negligentes erant circa diuina officia: aliàs de iure cõi huiuſmodi cautio non eſt in ordinatione epi exigẽda. Sed videtur, ꝙ Eleutherius hoc modo ꝓ ſuis clericis obligari nõ potuit, promittendo eorum factũ. 2. inſti. de inutil. ſtip. §. ſi qs aliũ: Sed dic, ꝙ bene potuit, cũ ad eius officiũ ſpectaret eos ad hoc cogere: & ita ſua interfuit 3. preterea ꝑ illa uerba vr̃ promiſiſſe ſe curaturum, vt illi interſint: ſicut cũ qs promittit aliũ iudicio ſiſti: argu. ff de verb. obliga. quoties qs aliũ & eſt ſi. ſup. 63. diſ. tibi domino. Itẽ eſt arg. hic, ꝙ eps põt inducere conſuetudinem nouam in ſua eccleſia, quo ad officia celebrãda. 12. di nouit. & de conſ. diſt. 3. c. 1.

Eleutherius.] CASVS. Pelagius quando conſecrauit Eleutherium, compulit eum ad præſtandam cautionem, vt uigilias quotidianas in eccleſia ſua faceret ritè celebrari: in quo cũ clerici ſibi non obedirent, ſed potius negotiationi intenderent, conqueſtus eſt. Papæ: præcipit ergo Papa cuidam, vt illos clericos contumaces compellat uigilijs inſiſtere omnibus modis.

inæqualitate [a] ſui corporis nulli impune conceditur.

† *al. Gelaſius.*

Vnde Pelagius † Papa.

¶ Corripiantur clerici, qui officijs matutinis, vel veſpertinis ſe ſubtrahunt. Cap. I.

Anſ. lib. 7. c. 165.

ELeutherius frater, & coepiſcopus noſter queritur clericos ſuos ſibi contra canones ſuperbire; & id, quod nobis iubentibus facta in ſcrinio cautione promiſit [b], vt quotidianis diebus vigiliæ [c] in eius celebrarentur eccleſia, illis contemnentibus implere non poſſe: ſed magis vnumquemque ſuis (poſtpoſito eccleſiæ ſeruitio) vacare negotijs. Et ideo experientia tua eos, quos tibi eſſe oſtenderit contumaces, debita obiurgatione compeſce, & modis omnibus, vigilijs vacare compelle.

[Item ex concilio Nannetenſi.]

De eodem. PALEA. Cap. II.

extra de celeb. miſ. c. 1. ex Agathenſi. Bur. l. 2. c. 104. Iuo p. 6. c. 181. ex Nannetenſi.

PResbyter mane, matutinali officio expleto, penſum ſeruitutis ſuæ canendo primam, tertiam, ſextam, nonamque perſoluat: ita tamen ut poſtea horis competentibus, & ſignis deſignantibus iuxta poſſibilitatem aut à ſe, aut à ſcholaribus publicè compleantur. Deinde peractis horis, infirmis viſitatis, ſi voluerit, ad opus rurale exeat ieiunus; vt iterum neceſſitatibus peregrinorum, & hoſpitum, ſiue diuerſorum commeantium, infirmorum quoque, atq; defunctorum ſuccurrere poſſit vſq; ad ſtatutam horam pro qualitate temporis, & opportunitate †, *Item ex dictis S. Benedicti.* ¶ Propheta dicente: [Septies in die laudẽ dixi tibi:] qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic implebitur, ſi matutinæ, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, veſperę, cõpletorijq; tempore noſtrę ſeruitutis officia perſoluamus quia de his dixit propheta: [Septies in die laudem dixi tibi.] Nam de nocturnis vigilijs idem ipſe propheta ait: [Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.] Ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

Pſal. 118. † *al. opportunitatis.* In reg. S. Benedicti cap. 16. Burc. li. 2. c. 105. Iuo p 6. c. 182. *Pſal. 118.*

Item in concilio quarto Carthaginenſi, c. 52. & 49.

¶ Sine officij detrimento, artificiolo ſibi clericus neceſſaria quærat. Cap. III.

CLericus victum, & veſtimentum ſibi artificiolo, vel agricultura [d], abſq; officij [e] ſui duntaxat detrimento, paret †. *Item.* ¶ Clericus qui abſq; corpuſculi ſui inæqualitate vigilijs [f] deeſt, ſtipendio priuatus à excõicetur.

Burc. li. 2. c. 103. Iuo p. 6. c. 180. † *al. preparet. c. 49.*

CLeric⁹.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ clericus q̃rere dẽt ſibi victũ de artificiolo, vel agricultura: dũmodo officiũ ſuũ non negligat: & ſi clericus (niſi ꝑꝑ infirmitatẽ ſuã) officium ſuum dimiſerit, excõicari debet. Idẽ dicit in ſeq ca. Addit tñ, ꝙ ſi clericus uadat vagãdo ꝑ nũdinas, deponi debet: & ꝙ ſi ꝑꝑ emptiones ab officio declinet, remouebitur ab officio. Aliud ca. quod poſtea ſequit̃, planum eſt.

d ¶ Agricultura.] argu. C. de epi. & cler. l. nam mercari non poteſt. 88. diſt. fornicari. H.

ADDITIO Subaudi, vt ibi dicit̃, ſed ipſa mercatio debet eſſe honeſtatis cõſcia, ut ibi etiam dicitur, quod erit ſecundùm Azo. ſi faceret libros & poſtea uẽderet. ad hoc 14. q. 4. c. 1. & 10. q. 3. cauendum in ſi. quod dic, ut not. 14. q. 3. in ſumma. in ſi. & q. 4. c. 3. & 88. diſt. cap. 1. & 2. Archid

e ¶ Officij.] Ergo clericus nõ põt operas ſuas per totã diẽ locare, cũ nõ dẽt officio deeſſe, vt 54. diſt. ſi ſeruus.

Clericus locare per totam die operas ſuas non poteſt.

f ¶ Vigilijs.] Non tamen vident̃ puniendi ſi deſinit diuinis

u ... officijs, cum non poſſint percipere neceſſaria ab eccleſia, cum de altario debeant viuere: ſecus tamen eſt, quia fecerunt ſibi præiudicium, quando permiſerunt ſe promoueri ad tam tenuem eccleſiam, ſicut in matrimonio carnali. arg. 32. q. 5. horrendus. Vnde ſicut vir tenetur miniſtrare neceſſaria vxori, quæ tñ eſt talis, ꝙ ei debitum reddere non valet, vt 32. q. 7. qđ propoſuiſti. & c. 2. qui. ita iſte tenet officiare eccleſiā: licet pauper ſit, & dicere cū Apoſtolo: Scio & abūdare, & eſurire, & cę. d. ꝓdicit, & miniſtrent ei manus. 21. q. 1. clericus. in fine. imò vr̄, qđ debeat auferri ei eccleſia, eo ꝙ ad tenue beneficiū ſe promouendū cōſenſit, vt dr̄ extra de præb. cap. ult. Sed quid ſi à principio fuit diues eccleſia cū ad eā promotus eſt, ſed poſt uergit ad exiguitatē? Dices clericū ad hoc teneri? ſic. epiſcopus tamen in hoc caſu, & præmiſſo debet eā vnire eccleſijs alijs. 10. q. 3. unio. de conſec. diſt. 1. omnes.

¶ Stipendio priuatus.] Sed cui applicabitur hoc? Poteſt dici, quod canonicis īſimul cū ep̄o. Hoc verum eſt in eo, ꝙ de cōmuni percipiebatur: alias videtur, ꝙ tantum canonicis arg. C. de hære. decurio. & naui. l. 1. 2. & 3. niſi cū iniuſte priuatus eſt. tunc enim omnia ipſe recuperat q̄ amiſit. ff. de re milit. l. pen. C. eo. l. 1. lib. 2. Laurentius. Sed certè ego credo, ꝙ ſuum beneficium debet aſſignari alicui q celebret pro eod. nec ipſe eſt excōmunicatus, ut ex. de appel. peruenit. B.

CASVS. Proxima diſtinctione ſupra dictum eſt, ꝙ clerici debent vigilijs inſiſtere, & conuenire ad officia celebranda. Nunc vero in hac 92. diſt. oſtendit Gratianus qualiter debeant celebrare, cātando ſcilicet magis corde, quam ore. Et continet quinque articulos.

a ¶Priuatus.] *In poſtrema Colonienſi conciliorum editione legitur,* priuetur. *Sed in vetuſtioribus Colonienſibus, duabus* Pa*riſienſibus, exemplaribus duobus huius concilij manuſcriptis Vaticanis, & vno Sorienſi regio legitur quemadmodum apud Gratianum.*

De eodem. Cap. IIII.

CLericus, quātumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo[a] victū quærat. *Item.* ¶Omnes clerici, qui ad operandū validi ſunt, & artificiola, & literas diſcāt. Qui uerò nō pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulant, ab officio ſuo degradentur. Interemptores a[b] autem ab officio declinantes[c], vel negligentius agentes, ab officio ſuo remoueantur:

Burc. l. 2. c. 102. Iuo p. 6. cap. 179. & 180. Burc. li. 2. c. 210. Iuo p. 6. c. 285. Burc. li. 2. c. 51.

Cap. 51. Cap. 45. Cap. 50.

¶*Caput hoc confectum eſt ex multis capitibus Carthaginienſis quarti non ſuo ordine diſpoſitis.*

a ¶Interemptores.] *In exemplaribus concilij etiam manuſcriptis legitur,* clericum inter tentationes ab officio ſuo declinantem; vel negligentius agentem, ab officio ſuo remouendum. *Contra enim canone 42. iubent*, clericum inter tentationes officio ſuo incubantem, gradibus ſublimandum. *Sed ob gloſſam non eſt mutatū. De tentationibus uerò, ob quas) præter tyrannorum perſecutionem) aliqui clerici officium ſuum deſerebant, agit B. Ambroſius, epiſt. 17.*

Item ex concilio Aurelianenſi, 1. c. 30.

¶ De eodem. Cap. V.

CLerici verò, qui ad opus ſanctum adeſſe contempſerint, ſecūdum arbitrium epiſcopi eccleſiaſticam ſuſcipiant diſciplinam.

DISTINCTIO XCII.

CVm autem [d] *ad eccleſiam venerint, corde magis, quàm voce Deo cantandum meminerint.*

Vnde Hieronymus lib. 3. commen. ad c. 5. epiſtolæ ad Epheſios.

¶Corde, non voce tantum Deum laudare debemus. Cap. I.

CAntan-

Anſel. li. 7. c. 70. *Epheſ. 5.*

a CLericus.] ¶Artificiolo.] Ex quali artificio clericus poteſt ſuſtentare ſe, notaui 14. q. 3. in ſumma.

b ¶Inter emptores.] Ideſt, illud ſecundum quod ſolet eſſe inter emptores? & ſic idem repetit. & tunc ſunt duę partes, ſecundum quod eſt hic interremptores, eſt una pars, & uocat interemptores proxenetas, de quibus habes ff de proxenetis. l. 2.

c ¶Declinantes.] Scilicet clerici. Io.

CVm autem.] Hæc diſt. diuiditur in quatuor partes. in quarum prima dr̄, ꝙ corde Deo eſt cantandum: non tantum uoce: & hoc probat duabus auctoritatibus. Secunda ibi, [A quibus.] Tertia ibi, [Quod autē.] Ioan. de Fan.

d ¶Cum autem.] Oſtendit magiſter in præcedenti diſt. ꝙ clerici debent celebrare diuina officia in eccleſia. In hac 92 diſt. oſtendit magiſter qualiter, quia ſ. non debent uocis modulationi inſiſtere. 1. adijcitur ēt, ꝙ in eccleſia Romana diaconi cantare non debent, ſed uerbo prædicationis uacare. 2. Poſtea mouet incidentem q. vtrum ep̄i, qui non recipiuntur in ſua eccleſia, poſſint in alia parochia epiſcopale officium exercere 3.

1 Vt inf. ea. c. 1.
2 Vt inf. ea. c. 2.
3 Vt inf. ea. §. de ep̄is. cū cap. ſeq.

CAntantes] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Apoſtoli; vſque ibi [Audiant.] In ſecunda parte ponuntur uerba Hieronymi, quibus reprehendit eos, qui in eccleſia voce tantum cantant, & non corde, & vngunt fauces & guttur, ut dulcius reſonent in conſpectu populi.

a ¶Can-

a Cantantes.] Hæc ſunt verba Apoſtoli.
b ¶ Audiant.] Verba Hieronymi exponentis.
c ¶ Non voce.] Tantum. nam & voce decantandum eſt, vt de conſ. diſt. 5. nō mediocriter, & ibi pſallite, Deo in iubilatione, tamē magis cordis deuotione, quàm vocis

Cordis deuotione magis ꝙ vocis iubilatione cantandum.

tando tragœdias, & dicuntur a tragos, quod eſt hircus: & oda, quod eſt laus, quia hirco remunerabantur, propter fœtidam naturam hirci.

Tragœdi vnde dicuntur.

AB OFFICIO. CASVS. Dictum eſt ſupra, quòd corde cantandum eſt. Nunc verò oſtendit, quod diaconi ab officio cā tādi, ſūt exempti, ne dum ſtudēt cātilenis, ab altaris officio remoueantur. Et hic eſt ſecundus articulus.

tes [a], & pſallentes in cordibus veſtris Domino.] Audiant hæc adoleſcentuli: audiant [b] ij, quibus pſallendi in eccleſia officium eſt: Deo non voce [c], ſed corde cātandum: nec in tragœdorum modum guttur, & fauces dulci medicamine liniendæ † [d] ſunt, vt in eccleſia theatrales [e] moduli audiantur, & cantica; ſed in timore, in opere, in ſcientia ſcripturarum.

† al. colliniendum, vt.

Ab officio autem cantandi, & pſallendi diaconi inueniuntur exempti [f], ne dum vocis modulationi ſtudent, altaris miniſteria negligant.

Vnde Gregorius lib. 4. epiſt. 44. ſeu c. 88. & lib. 12. poſt finem epiſtolarum in concilio ab ipſo habito.

f ¶ Exēptis.] Hoc intelligere quādo induti ſunt in eccleſia ad cantandum Euangelium, & ſic intellige ſequens cap.

¶ Cantandi officium diaconi ſibi non vſurpent. Cap. II.

Anſ. l. 7. c. 69. Poly. l. 4. tit. 31. Iuo p. 2. c. 79.

IN ſancta Romana eccleſia dudum conſuetudo eſt valde reprehenſibilis exorta, vt quidam ad ſacri altaris miniſteriū a cantores eligantur, & in diaconatus ordine cōſtituti, modulationi vocis inſeruiant, quos ad prædicationis [g] officium, & eleemoſynarum ſtudium vacare cōgruebat. Vnde fit plerumque, vt ad ſacrum miniſterium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur, & cātor miniſter Deum moribus ſtimulet [h], cum populū vocibus delectat. Qua de re præſenti decreto cōſtituo, vt in hac ſede [i] ſacri altaris miniſtri cantare non debeant, ſolūque [k] Euangelicæ lectionis officium inter Miſſarum ſolēnia exoluant; pſalmos verò, ac reliquas lectiones cenſeo per ſubdiaconos, vel ſi neceſſitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema ſit.

IN ſācta] CASVS. In ciuitate Romana cantores aſſumebantur ad miniſtrādum altari: & diaconi dū deberēt inſiſtere officio prædicādi vel eleemoſynarum largitioni, cantib. operā dabant; & ſæpe ad iactantiam cātabant, vt a populo laudarentur, ex quo Deus ſtimulabat, ꝙ Gregorius valdè reprehendit: vnde ſtatuit, vt diaconi tantum Euangelium dicāt: alia verò officia .ſ. cantandi pſalmos & lectiones per ſubdiaconos expleanť, & per minores ordines in neceſſitate. Et dicunt quidā, ꝙ hoc c. loquitur de diaconis Romanæ curiæ poteſt tñ intelligi de aliis diaconis, qui dum miniſtrant altari, cantibus non debēt intēdere, cū duo officia ſimul exercere non poſſint.

a ¶ Miniſterium.] *In impreſſis ſequebatur.* conſtitui, *quæ vox ex puncta eſt, quoniam neque in vetuſtis Gratiani exemplarib. eſt, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, & videtur addi in gloſſa ad verſi.* miniſterium, *quæ etiam gloſſa nō eſt inter vetuſtiores.*

g ¶ Prædicationis.] infra 16. quæſtio. 1. adijcimus, contra, ſed illud ex cauſa dictū eſt propter quoſdam improbos, monachos hoc ſibi vſurpantes 16. q. 1. peruenit alias etiā diaconi poſſunt prędicare Vel hoc intellige ex delegatione, aliàs ſolius ſacerdotis officium eſt prædicare. Vel prædicationem appellat lectionem Euangelicam.

Sacerdotis ſolius eſt pdicare.

2 *A quibus ordinandos oporteat eſſe immunes, breuiter monſtratum eſt, De quorū verò manibus ordines ſuſcipere debeant, facile patet. Sacerdos enim, & cuncti infra ipſum conſtituti ab epiſcopis ſuis debent ordinari.*

cis iubilatione, vt 38. d. ſedulo. Vnde verſus.
[Non vox, ſed votum: non chordula muſica, ſed cor:
Non clamans, ſed amans cantat in aure Dei.
d ¶ Liniendæ.] Vt populum delectent: nam nec ipſa veritas pronuncianda ſic eſt, vt quis hominibus placeat 22. q. 2. primum. linire autem vt melius cantent, & pronuncient, vel vti electuario, peccatum non eſt, ſi ad laudem Dei, & non gratia laudis conſequendæ deliniantur. arg 32. q. 4 obijciuntur, procurare. n. debet, vt clara voce non rauca pronunciet, vt 21. diſtinctio. capit. 1. vt populus planè intelligens dicat, Amen. vt 38. diſtinct. ſedulo.
e ¶ Theatrales.] Tragœdi ſic faciebāt in theatro decan-

Vocem aptare ad clarius cantandum, non eſt peccatum.

h ¶ Stimulet.] ideſt, exaſperet contra ſe.
i ¶ In hac ſede.] Apoſtolica. Ex hoc dicunt quidā hanc prohibitionem in eccleſia Romana tantum locum habere: alij tantum de Cardinalibus intelligunt. H. vero gñaliter intelligit eſſe prohibitum, cum ſ. ad legendum Euangelium induti ſunt, quod patet ex illo verbo, quod infra dicit inter Miſſarum, & cauſa huius conſtitutionis fuit honeſtas.
K ¶ Solumque.] Arg. ꝙ diaconus nō niſi cauſa neceſſitatis debet legere epiſtolam 25. d c. 1. &c.
A QVIBVS, Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur

tur, ꝙ nullus debet cantare in pulpito, niſi ſit ordinatus & hoc probat per c.ſeq. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſu. a quibus clerici debeant eſſe immunes. Nunc vero oſtendit, ꝙ presbyteri, & cæteri inferiores a ſuis epiſcopis debent ordinari, quod probatur ſeq capit. cuius caſus planus eſt: & eſt tertius articulus.

d ¶Pro cōtētione populi.] Arg. cōtra 16.q. vlt. ſi plures.

e [Aut pro aliqua.] ſ. de iure: quia dicunt ſe non elegiſſe eum, vel dicunt, ꝙ renunciauit epiſcopatui.

f ¶Contingere.] i. non epiſcopalia, niſi inuitatus ſit ar. extra de eo qui renun. epiſ. c. 1. inf. 7. q. 1. c. epiſcopi.

g ¶Iu-

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

In capitulis Martini Bracarenſi, c. 45.

¶Qui non ſunt ordinati ab epiſcopo, in pulpito non pſallant, neque legant. Cap. III.

NOn liceat in pulpito pſallere [a] aut legere; niſi qui ab epiſcopo, [b] lectores ſunt ordinati.

De epiſcopis autem, a quibus vel in quib. locis ordinari debeant, ſupra definitum eſt. 3. ¶Nunc autem quæritur de his, qui ordinati, a parochijs ſuis non recipiuntur, vel pro aliqua cauſa eas adire noluerint, an in alterius parochia epiſcopale poſſint officium celebrare.

De his in concilio Martini Papæ ſic ſtatutum eſt.

Capit. Martini Bracarenſis c. 10.

¶Sacerdotis tantum officium gerat epiſcopus, quem ſua parochia non recepit. Cap. IV.

Vnde Pelag. II. in epi. ad Benignum. Poly. l. 2. tit. 13. Burc. l. 1. c. 41. Iuo p. 5. c. 151. † al. conuenit.

SI quis [c] ordinatus epiſcopus α, pro contentione β populi [d], aut pro aliqua [e] ratione, non pro ſua culpa in parochiam, quæ ei fuerit data, non ierit; hunc oportet honorem ſacerdotij tātummodo contingere [f]; ita vt de reb. eccleſiæ, in quam venit †, nihil ſibi præſumat. ſuſtineat autem, quod de eo ſanctum concilium iudicare [g] voluerit.

α ¶Epiſcopus.] *In vulgatis ſequebatur*, ad parochiam cuius eſt electus: *quæ inducta ſunt auctoritate manuſcriptorum, & originalis, ac cæterorum collectorum.*

β ¶Contentione.] *In duobus vetuſtis exemplaribus Gratiani, & vno conciliorum Regis catholici legitur*, contemptione.

Item ex concilio Antiocheno, c. 18.

In epiſt. Pela. I. Poly. ibidem. Burc. l. 1. c. 45. Iuo p. 5. c. 152. † al. cui.

¶De epiſcopo ordinato, quem ſua parochia non recipit. Cap. V.

SI quis epiſcopus ordinatus ad parochiam, cuius, [h] †eſt electus, minimè acceſſerit, non ſuo vitio, ſed ꝙ eum aut populus vetet α †, aut propter aliam [i] cauſam, non tamen eius vitio perpetratam, hic & honoris [k] ſit, & miniſterij participis: dummodo rebus eccleſiæ, vbi miniſtrare cognoſcitur, in nullo moleſtus exiſtat. Quem etiam obſeruare β conuenit; quidquid ſynodus perfecta γ prouinciæ [l] iudicando decreuerit.

† al. vitet.

Laici an poſſint in eccleſia cantare.

a NOn liceat.] ¶pſallere.] ar. pro laicis, qui nō cātāt in pulpito, ſed alibi in eccleſia.

b ¶Qui ab epō.] Vel abbate. 69. diſtin. ca. 1. vel etiā a ſacerdote, vt 23. diſtin. pſalmiſta. Sed aliter accipitur ibi pſalmiſta.

DE EPISCOPIS. CASVS. Oſtēſum eſt ſupra, a quibus, & in quib. locis epiſcopi ſunt ordinandi. Nūc verò incidenter quęrit̄ de epiſcopis ordinatis, qui a parochianis ſuis non recipiūtur, vel aliqua d̄ cauſa illuc ire nolūt, an in alterius epī parochia poſſint epāle officium exercere. Et rn̄det, ꝙ nō, niſi inuitarentur: ſed officiū ſacerdotale pn̄t exercere. Et eſt iſte quartus articulus.

NVNC AVTEM. Hęc eſt tertia pars d. in qua dicit̄, ꝙ ſi epſ ad parochiā ad quā ordinatus eſt, nō pt̄ venire ex cauſa, pōt exercere officiū ſuū in eccleſia pſbyterali, vbi prius fuerat, ita ꝙ nō ſit epiſcopo iniurioſus, in cuius parochia fuerit: & hoc probat per quinque auctoritates ſanctorum patrum. Ioann. de Fan.

SIquis ordinatus.] CASVS. Aliqs ordinatus in epm̄ non poterat ire ad eccleſiam, ad quā electus erat, nō ſua culpa interueniente, ſed pp̄ populi cōtentionē, vel aliam iuſtam cauſam Quæſitū eſt, an in parochia alterius poſſit officia celebrare? Et reſpondet, ꝙ ſic tanquam ſacerdos, ita tn̄, vt de rebus eccleſiæ, vbi diuina celebrat, nihil ſua auctoritate vſurpet, ſed expectet quid ſynodus de eo ſtatuat. Idem eſt caſus ſequentis c. & quod dicitur ibi, honoris, .i. honorabilis officii .i. presbyterii.

Epiſcope debet ſynodus prouidere q ad eccleſiā non audet accedere.

c ¶Si quis.] Hæc tria capitula loquuntur de eadem materia, ſcilicet cum quis eſt ordinatus epiſcopus ad aliquā eccleſiam, ſed non audet ire illuc propter ſcandalum, vel propter hoſtilitatem, vel quia ibi non recipitur aliqua de cauſa; ſine culpa tamen ſua iſte non debet aliquid præſumere de rebus eccleſiæ ad quam diuertit, & expectabit quouſque prouideat ei ſynodus alibi. 7. q. 2. paſtoralis.

g ¶Iudicare.] Nam aliam eccleſiam, ſi vacat, debent ei conferre. 7. q. 1. paſtoralis 1. ſed & populus eſt excommunicandus, qui eum non recipit, cum iſtam cauſam non prætendat; niſi ſcandalū timeatur, ſicut, & ipſe excōicatur cum ad eccleſiam illam ire non vult. inf. eo. c. 3. Io.

1 Et inf. eſt c. pe. ſed hoc c. paſtoralis. hoc non probat; quia loquitur in papali conceſſione. Archidiac.

h SI quis] ¶Cuius eſt.] i. ad quam.

i ¶Aliam.] Quam forte allegat.

K ¶Et honoris.] Videtur contra ſu prox. c. ſed dic, honoris. i. honorabilis miniſterii: quia in veſtibus epiſcopalibus exercebit ſacerdotale officium, non epiſcopale niſi inuitatus ſit, vt dixi ſu proxi. & maior reuerentia exhibebitur ei, quàm alii presbytero ſimplici.

Excommunicandus eſt populus ſuū non recipiēs epiſcopum,

ADDITIO. Et hoc in memoriam dignitatis, vt ff. de decur. l. vlt.

l ¶Prouinciæ,] Quæ ſcilicet habet decem, vel vndecim epiſco-

epiſcopos & metropolitanum.6.q.3.ſcitote. Lau.

SI qui.] CASVS. Quæſitum eſt, quid debeat fieri de illiſ epis, qui cum in ſuis epatibus, nõ recipiantur, per ſeditiones plebes alienas uolũt vſurpare? Et rñdet ꝙ ſi volunt pacifice miniſtrare in ordine pſbyterij, in quo nondum eius beneficium ſit collatũ. Si non habuit poſſeſſionẽ 1. teneť; licèt iã alijs conceſſa fuerint eius bñficiá, vt extra de ele cũ in cunctis.7.q.1.eos C.de repud. hære l.ult. Per aliũ dixi. quia idẽ eſt ac ſi per ſe extat de præben. accedens.arg.3.q.1.c.1.in §.1. Io. hæc glo. non adaptať ad textũ. B.

1 Scilicet pacificam, vel per eũ ſtetit quominus eã habuerit extra lib. 6. de præben. licet epiſcopus. Archid.

α ¶ Vetet.] διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, eo ꝙ populus recuſet.

β ¶ Obſeruare.] ἐκδέχεσθαι, *ideſt* expectare & ſuſcipere.

γ ¶ Perfecta.] *Antea legebatur*, perfectæ, *Reſtituta eſt uera lectio ex originali, & Burchardo, & Iuone. Quid autem ſit ſynodus quæ hic perfecta, & paulò poſt ſequentibus capitibus integra dicitur, exponitur infra ead. c. ſi quis epiſcopus, tertio.*

Item ex concilio Ancyrano, c. 18.

¶ A ſua parochia non recepti, alijs moleſtiam non inferant. Cap. VI.

Poly. ibidem. Burc li.1.c.36. Iuo p.5 c.147.

SI qui epiſcopi ordinati ſunt [a], nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim præſulibus earum inferre, ſeditiones aduerſus eos excitando; hos abijci † placuit. Quòd ſi uoluerint in presbyterij ordine, vbi prius [b] fuerant, vt presbyteri reſidere; non abijciantur [c] à propria dignitate [d]. Si autem ſeditiones commouent ibidem cõſtitutis epiſcopis, presbyterij quoq; honor talibus auferatur, fiantque damnatione † notabiles.

† ἀφορίζεσθαι. ſegregari.

† ἐκκηρύκτους, i. abdicatos.

Item ex concilio Antiocheno, c. 17.

¶ Communione priuetur epiſcopus, qui ſibi commiſſam eccleſiam adire neglexerit. Cap. VII.

Poly. lib.2.tit.12. Burc.li.1.c.37. Iuo p.5.c.148.

iij SI quis epiſcopus per manus impoſitionem [e] epiſcopatum acceperit, & ſibi α commiſſum miniſterium ſubire neglexerit, nec acquieuerit [f] ire ad eccleſiam ſibi commiſſam; hunc oportet communione priuari, donec ſuſceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreuerit eiuſdem prouinciæ ſynodus ſacerdotum.

α ¶ Et ſibi.] *Ita etiam Burchardus, & Iuo. Sed in verſione Dionyſij quam in cæteris partibus referunt, legitur*: & præeſſe populo conſtitutus miniſterium ſubire, &c *quod ad uerbum de Græco expreſſum eſt.*

Item ex eodem, c. 16.

¶ Sine concilio integri ordinis vacantem epiſcopus vacans eccleſiam non adeat. Cap. VIII.

Apud Martinum. Bracar.c.9. Burc.li.1.c.39. Iuo p.5.c.150.

iiij SI quis epiſcopus vacans [g] in eccleſiam non habentem epiſcopum ſurripiens populos ſine concilio

c ¶ Non abijciant.] Arg. ꝙ nõ debet electus in alia ꝓuincia priuari bñficio priori antequam transferatur ad aliam.

d ¶ Dignitate.] Sed nunquid eſt clericus hui⁹ epi? Diſtingue: quia ſi non vult renunciare epatui ad quem electus eſt, nõ erit clericus eius: remanebit tñ ei prius beneficiũ, quod conſeruauit ei. Si uero renunciauit, eius clericus erit, & ab eo iudicabitur, ext. de renũ. ad ſupplicationẽ. niſi in criminali cauſa. tñ non poteſt eũ deponere in memoriam priſtinæ dignitatis. ff. de decu. l. vlt. Quod ergo dicit, auferatur honor, dic ꝙ per Papam: arg C. vbi ſena. vel clariſ. l. vlt. circa mediũ. Ratione aũt delicti poterit eũ exeõicare ſi exceſſerit in ſua diœceſi, licèt nõ abrenũciet epatui: qa & poſſet quẽlibet archiepiſcopum non ſuũ. argum.6.quęſt.3.placuit. ff. de offi. præſi. pręſes. Hoc tamẽ tene, ꝙ ſine licẽtia Papæ non abrenunciabit. extra de tranſlat. epiſcopo. inter corporalia. Lau.

SI quis epiſcop⁹.] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi quis epiſcopus negligit ire ad eccleſiam ſuam, debet communione priuari, donec coactus vadat: vel donec ſynodus aliquid decreuerit de ipſo.

e ¶ Impoſitionem.] ideſt, ordinem epiſcopalem.

f ¶ Nec acquieuerit.] Intra tres menſes, infra 100. diſt. quoniam ſponſa. tamen intra duos menſes, &c. extra de conuer. coniug. ex publico. Io.

quo prius erant, antequam eſſent, epi, non ſunt repellendi. Si autem facere uoluerint ſeditiones, repelli debent. ſic intelligit caſum H. licet Beneuen. in medio c. vt aliter intelligat dicens: Si uelint pacificè ꝑmanere, vt pbyteri in eccleſijs, ut prius fuerãt, nõ abijciantur, &c.

a ¶ Si qui epi ordinati ſunt.] ideſt; ſi qui clerici ordinati ſunt epiſcopi.

b ¶ Vbi prius.] ideſt, in quo loco: vel in quo ordine. Sed nunquid prior eccleſia tenetur eos recipere? vř ꝙ non 72. di. placuit. arg. cõtra. 21. q 2. ſi quis iam tranſlatus. Ad hoc dic, ꝙ ſi habuit corporalem poſſeſſionem per ſe, vel alium eius eccleſiæ, ad quam modo non recipitur, non tenetur prior eccleſia eum recipere, licèt

Prælatus an ſit recipien... ad ec... ſimi... redit.

SI quis eps.] CASVS. Quæſitum eſt, quid debeat fieri de epo, qui cùm non habeat eccleſiam propriam ſurripit ſine conſilio metropolitani vacantem epatum? Et reſpõdet, quòd debet abijci: etiam ſi populus, quem ſeduxit, velit ipſum habere.

g ¶ Epiſcopus uacans.] ideſt, vacans epiſcopatu, vel epiſcopatum non habens: ſicut dicitur mulier uacans, quę virum non habet. ff. ad legem Iuliam de vi publica. qui cœtu, §. qui vacantem. Ioan.

Mulier uacans eſt quæ virum non habet.

a ¶ Irruerit.]

integri ordinis irruerit [a],etiam ſi populus,quem ſeduxit, deſideret [b] illum ; alienum eum ab eccleſia eſſe oportet. Integrum autem & perfectum [c] concilium dicimus illud, cui metropolitanus α epiſcopus interfuit.

α Hæc verſio,quam & Gratianus,& Burchardus,& Ivo ſequuntur,eadem ferè eſt atque illa Martini Bracarenſis. Dionyſiana verò longè magis accedit ad verba Græca.

α ¶Metropolitanus.] *Addendum eſt*, Metropolitanus etiã. *Sic enim Græcè :* ὁ τῆς μητροπόλεως. — ſup. diſt. 91. c. clericus victum.

4 *Quòd autem ſupra clerici,ſe vigilijs ſubtrahentes excommunicari iubentur, de his intelligendum eſt, qui ab epiſcopo frequenter admoniti negligentiam ſuam corrigere contemnunt.*

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

¶Excommunicetur clericus, qui ab epiſcopo commonitus,matutinis, vel veſpertinis horis adeſſe neglexerit. Cap. IX. — In ca. Martini Bracar. c.64 ex Tolet. 1.cap.5.

v SI quis presbyter,aut diaconus, vel quilibet clericus eccleſiæ deputatus [d],ſi intra ciuitatem fuerit,aut in quolibet loco,in quo eccleſia eſt, & ad quotidianũ pſallendi officium † matutinis [e], vel veſpertinis horis ad eccleſiam non conuenerit [f],deponatur à clero: ſi tamen caſtigatus veniam ab epiſcopo,per ſatisfactionem noluerit promereri.

† al.ſacrificium.

DISTINCTIO XCIII.

OBedientiam [h] autem inferiores ordines † ſuperioribus debent. Summo enim Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei communicare, cui pro actibus ſuis inimicus ipſe extiterit: nec in eccleſia eſſe poterit,qui eius cathedram deſerit.

† al.ex ordine.

intruſus, an recipit quæ eccleſiæ contulit. — a ¶Irruerit] Sed quid ſi iſte intruſus aliqua contulerit ipſi eccleſiæ ? tenetur ei eccleſia reſtituere: ſicut de ſimoniaco.extra de ſimo. veniens. & quia nihil perit eccleſiæ 54 diſt.generalis. Sed ſi bene promotus eſſet, eccleſia non tenetur ei reſtituere: & ideo bonus deterioris eſt conditionis q̃ malus Io.Sed contra ext.de ſimo. de hoc. Sol.in ſimoniaco dicunt quidã, ꝙ nihil debet ei reſtitui: & qd dicit iſta decre. veniens. diſpenſatio fuit.Alij dicũt,quod propter delictũ abbatis & monachorũ hoc contingit T. dicit,ꝙ clerico in ſęculo remanenti nil reſtituit.ſecus ſi ad religionem tranſit, ut 27.q.1.ſi quis rapuerit.De clerico autem ſęculari, qui remouet ab eccleſia,quid iuris ſit ſi aliqua cõtulit 1 not. extra de cleri.coniug quod à te.B.

1 In ipſo introitu.

b ¶Deſideret] Arg. ꝙ quę malo ſunt inchoata principio,nõ cõualeſcunt, quamuis ad eũ caſum deueniant,à quo rectè poſſent incipi, vt 7. q.1 epiſcopum. ext. de elec.auditis 2.Ar. cõtra ext. de iure patro. cura paſtoralis: extra de cõuer. coniug.placet.Ioã. Dic, quod ipſo iure nullum eſt, non conualeſcit. aliàs ſecus 3. ext. de elec. auditis. & c. quod ſicut. B. Item arg. quod non ualet electio cõcors, niſi canonica ſit 18. q. 2. ſi quis abbas. 63.d.c. 1.

2 Dic, ut dixi 61.diſt. Salonitanæ. Archid.

3 Concord. tex. in auth. vt. iu. ſine quo. ſuffra. §.cogitatio. coll.2.

d ¶Et perfectum.] Et nota ꝙ concilium dicitur perfectum,licet non adſit primas,vt 18.diſt.c. 1.

QVOD AVCEM Hæc eſt quarta pars diſt in qua dicitur,quòd omnis ſacerdos cõpellatur intereſſe officijs Ioan.de Fant.

CASVS. Supra in capitulo, clericus uictum. diſt. 91 dictũ eſt, ꝙ clerici debent excõicari, qui vigilijs ſe ſubtrahunt, & artificijs ſe applicant. Nunc autem dicit illud eſſe intelligendum de illis, qui frequenter ab ep̃is commoniti nolunt obedire:quod probat ſeq. cap.Et eſt iſte quintus articulus huius diſtinctionis.

SI quis presbyter.] CASVS. Dicitur in hoc cap ꝙ ſi quis clericus noluerit diuinis officijs admonitus intereſſe,deponi debet.

d ¶Deputatus.] Per hanc literam dicunt quidam,illum teneri ad hoc tantum qui alicui eccleſiæ intitulatus eſt: aliàs non, etiam ſi ordinatus ſit ad titulum ſuæ poſſeſſionis.extra de præb.ep̃s. Tu dic eũ & quemlibet clericum teneri ad hoc: licet nõ teneatur ſpecialiter ad hãc uel illam eccleſiam ſic ſubaudi extra de reg. ſuper eo.

Offic'a matutina & veſpertina.

e ¶Matutinis.] Matutina dicuntur officia, quæ celebrãtur à mane vſque 4.ad nonã,veſpertina à nona vſq; ad noctem. 11. quæſt.3. ſi quis epiſcopus in concilio,

4 Excluſiuè tenentur: ſm Hug.

ADDITIO. Sed aliter ibi exponitur ſecundùm Lan. vt ibi dicam. Archid.

f ¶Conuenerit.] Nam ex pręcepto tenentur clerici ad horas extra de celeb.miſſ. dolentes in ſi ibi videas. Arc.

g ¶Caſtigatus.] Nota, quod pro prima offenſa non eſt quis puniendus,ut 74.diſt honoratus. & extra de offic. cuſto.cap.1.

Offenſa prima dẽt eſſe impunita.

OBedientiam.] In hac diſtinctione incipit vij. pars tractatus diſtinctionum. Et hæc diſtinctio diuiditur in ſeptem partes; in quarum prima tractat de obedientia, quam debent omnes catholici eccleſiæ Romanæ capiti ſuo: & hoc probat quatuor auctoritatibus.Secunda ibi,[Reliqui.] Tertia ibi,[Vt igitur ex præmiſſis.] Quarta ibi,[Compagis.] Quinta ibi,[Diaconi.] Sexta ibi,[Hoc capitulo.] Septima ibi,[Hoc autem.] Io.de Fan.

CASVS. Supra oſtenſum eſt in quibus locis prælati debeant ordinari:ſed quia prælatura contemptibilis eſt ſine obedientia minorum: ideò in hac 93. diſt.oſtendit, quòd minores gradatim debent maioribus reuerentiam exhibere: & primo docet, quòd Papæ omnes ſubiecti ſunt generaliter, intantùm ut nulli liceat ei communicare, cui ipſe Papa pro ſuis malis actibus non communicat.

h ¶Obedientiam.] Hic intitulatur 93.diſtinctio.in qua oſtendit magiſter hactenus & qualiter & à quibus & in quibus locis clerici & prælati debeãt ordinari:ſed quia dignitas prælatorum ſine obedientia contẽptibilis eſt: ideò

ideo oſtendit hic de obedientia, quam debent inferiores ſuperioribus. Et primo de obedientia, quæ debẽt Papæ. Secundo de obedientia, quam debent minores maioribus ratione ordinis: poſtea de obedientia quam ſubditi clerici debent epis ſuis, oſtendit etiam differentiã inter presby.

pro ſuis actibus non cõicare: ſed recederent ab eo ſine aliqua cõione, quamuis eis a Clemente non dicatur: ad hoc, vt ille peccator erubeſcat, & citius ad obediẽtiã reuertatur, & petat recõciliari. Si qs verò contra fecerit, hoſtis eſt eccleſiæ, & nequior hoſtis, q̃ illi qui ſunt foris

Vnde Beatus Apoſtolorum Princeps Petrus in ordinatione Clementis [a] *populum alloquens inter cætera ait.*

Clemens epi. 1.
Anacletus epi. 3.
Alex. epi. 1.
Fabianus ep. 1.
Conc. Vaſen 1. c. 6.
2. q. 3. c. 5.
Iuo p. 14. c. 22.
Anſel. l. 1. c. 6.
Poly. l. 1. tit. 16

¶Cui pro actibus ſuis Apoſtolicus inimicatur, communicare non debemus. Cap. I.

SI inimicus eſt [b] iſte Clemens alicui pro actib. ſuis, vos nolite [c] expectare [d], vt ipſe vobis dicat [e], cũ illo nolite [f] amici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntatis eius abſque commonitione obſecũdare, & auertere vos ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum: ſed nec loqui his quib. ipſe non loquitur [g]: vt vnuſquiſque, qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrum amicitias ferre †, feſtinet citius recõciliari ei, qui omnib. præeſt, & per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipſe amicus nõ eſt, & locutus fuerit his, quibus ipſe nõ loquitur; vnus eſt, & ipſe ex illis, qui exterminare [h] Dei eccleſiam volunt, & cũ corpore vobiſcum eſſe uideatur, mente & animo contra uos eſt. Et multo nequior hoſtis [i] hic quàm illi qui foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ ſunt inimica, gerit, & eccleſiam diſpergit, ac obſtat. Ideoq; [a] chariſſimi his Apoſtolicis inſtitutis uos monentes inſtruimus, ut effecta certior charitas ueſtra ſolicitius deinceps agere ſtudeat, & cautius; ne per uerſi, & infideles homines lædendi fideles, ac beneuolos habeant facultatem.

† *al habere.*] *al gratiam reparare.*

a ¶Ideoque.] *Hinc vſque ad finem ſunt in Fabiani tantummodo epiſtola. Quamobrem ex ipſo potiſſimum videtur Gratianus cætera etiam ſampſiſſe.*

Item Gregorius lib. 5. epiſtola 26. ſeu c. 126.

¶A nullo debet ſuſcipi, quem Romana depellit eccleſia. Cap. II.

Anſ. l. 12. c. 11.

MIratus ualde ſum, quia in tãto Salonitanæ eccleſię

b ¶ Si inimicus eſt.] inimicus dicitur hic quo ad opinionem excõicati: ſicut iudex dicitẽ crudelis latroni. 23. q. 5. nõ eſt crudelis, aliàs Papa neminẽ debet habere odio imò pacẽ cũ omnibus habebit. 11. q. 3. inter verba. Vel inimicus eſt actibus vt 86 d. odio.

Papa neminẽ odio habeat.

c ¶Nolite.] Sic 7. q. 1. ſcire. 11. q. 3. quib. epiſc. Arg. contra 6. q. 2. ſi tãtum, ſed ibi ſolutum eſt.

d ¶Expectare.] Ergo denunciatio non eſt expectanda. extra de ſen. excomu. cum non ab homine, tamen ſola fama ſemper non ſufficit ad hoc, vt quis vitandus ſit, vt extra de exceſ. prælat. inter. licet ſit ar. contra extra de elec. venerabilem. Sed qd ſi Papa communicauit excõmunicato? Nõ incidit ideo in canonem quia Papa nõ ligatẽ a canone, vt extra de ele. innotuit. ff. de recep. l. pen. Nec eo ipſo eũ abſoluit: ar. extra de ſent excõ. cũ deſideres. Si tamen ei cõmunicaret intẽdendo eum abſoluere facto, etiam ſi nõ verbo, habendus eſt ꝓ abſoluto: cũ princeps ſola volũtate libertatem concedat. ff. de manumiſ. l. apud, & facit ad hoc extra de ſenten. excomm. ſi aliquando, extra de priuileg. cum olim, C. de fideicommiſſ. liberta l. ſi voluntate.

Fama ſola non ſufficit, vt ex[illegible]tus vitiari debeat.

Papa cõ cãs excommunicato, nõ incidit in excõicatione, nec eum abſoluit.

Obedientia in trib. conſiſtit.

presbyteros, & diaconos: qñque loquens contra iſtos: qñque contra illos ad vltimum oſtendit presbyteros maiores eſſe diaconis. Nota autem ꝙ obedientia conſiſtit in tribus, in reuerentia exhibenda, in mandato ſuſcipiendo, in iudicio ſubeundo. Reuerentiam debet minor vt aſſurgat maiori, & cedat ei primum locũ in ſedẽdo, & eundo: niſi minori maior adminiſtratio commiſſa ſit, vnde archipresbyter, vel presbyter archidiacono debet reuerentiam, licèt ordine maior ſit ratione maioris adminiſtrationis. 25. d. c. 1. hac conſideratione qñque presbyter tenetur obedire diacono prælato. In mandato autem, & iudicio nemo tenetur obedire, niſi ei qui habet adminiſtrationem, vel iuriſdictionem ſuper eum: & niſi ab eo abſoluatur per appellationem, vel recuſationem, vel ſi ei controuerſiam 1. moueat: vel ſi prælatus deponatur. 8. q. 4. in ſumma, & c nonne. Lau.

1 ideſt, ſi moueat qõ. inter prælatũ, & clericũ [illegible] 11. q. 1. de perſona extra de foro cõpetẽ. ſi quis contra. Archid.

a ¶Clementis.] In presbyterum. nam Petro viuente nõ fuit Clemens Papa. 8. q. 1. ſi Petrus.

ADDITIO. Ad hoc 14. q 6. c. alius, & cap. ſequen. Archidiac.

SI inimicus eſt.] CASVS. Petrus apoſtolus cum inſtituit ſibi Clementẽ ſucceſſorem, docuit populos, & oẽs ſubiectos, vt nulli cõicarent cui viderent Clementẽ

e ¶Dicat.] Non enim debet certiorari qui non ignorauit, ff. de actio. empt. l. 1.

f ¶Nolite.] Nam eo ipſo quis ſuſpectus eſt, ꝙ inimicorũ eſt amicus. arg. 3. q. 5. c. 3. & ob hoc filius matrem exhæredat, C. de inoffic. teſt. l. liberi. Et eſt ſimile ext. de accuſa. cum oporteat.

Inimicorum amicus eſt ſuſpectus.

g ¶Non loquitur.] Hoc verum eſt in hoc caſu, qui ſ. excommunicati ſunt: ſecus ſi propter priuatum odium alicui non loqueretur.

h ¶Qui exterminare.] inf. 24 q. 1. quoniam vetus.

i ¶Hoſtis.] Vnde Boetius. Nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum: quam familiaris inimicus. Arg. C. de dolo l. lata, vnde. Non eſt deterior hoſtis, quàm fictus amicus. Non odium grauius, quàm ſimulatus amor, vnde illud etiam Mus in pera, &c. argu. 13. q. 1. §. item præcepit. ſi mi. eſt 12. q. 1. certe lo.

Familiares inimici ſũt peſtiferi

MIratus valde ſum.] CASVS. Gregorius excommunicauit Maximũ archiepm Salonitan. q fuerat ſimoniace ordinatus, a cuius cõmunione nullus ſe remouit,

uit,niſi epiſcopus Paulinus, & Honoratus eius eccleſiæ archidiaconus. Vnde Gregorius omnes alios reprehendit,quia quem Apoſtolica ſedes repellit, omnes debent habere repulſum, donec ab illatis criminibus mundetur, Sequens capitulum patet.

clero [a],vel populo,vix [b] duo ex ſacris ordinibus [c] inuenti ſunt,frater ſcilicet, & coepiſcopus noſter Paulinus,& dilectiſſimus filius meus Honoratus archidiaconus eiuſdem eccleſiæ,qui communicare Maximo ſacerdotum rapienti,minimè conſentirent,& ſe Chriſtianos eſſe cognoſcerent. Debuiſtis enim filii [d] chariſſimi penſare ordines veſtros,& quē ſedes Apoſtolica repellebat,repulſum cognoſcere;vt prius,ſi poſſet,ab illatis criminibus mundaretur;& tunc ei veſtra dilectio communicaret,ne particeps obligationis eius exiſteret.

Item Cyprianus de vnitate eccleſiæ.

¶Non eſt in eccleſia,qui cathedram Petri non ſequitur. Cap. III.

QVi cathedram Petri ſuper quam † fundata eſt eccleſia,deſerit;in eccleſia ſe eſſe,non confidat.

Iuo e.5 c.361.
† *al.quem.*

¶*Apud Cyprianum Romæ impreſſum hæc leguntur.*Hanc eccleſiæ vnitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit?.Qui eccleſiæ remittitur, & reſiſtit,in eccleſia ſe eſſe confidit? *Verū in Vaticana bibliotheca præter octo integra Cypriani exemplaria eſt etiam aliud, in quo tantum opuſcula quædam continentur,& inter ea hic tractatus: Atque in eo codice,itemque in altero integro Monaſterij S. Saluatoris Bononiæ ſunt verba hæc,quæ a Gratiano,& Iuone afferuntur. Ac ſanè paulo ante Cyprianus hanc ipſam Petri cathedram eſſe oſtenderat vnde,vnitas eccleſiæ penderet.*

Epiſcopi verò, qui Apoſtolicæ ordinationi ſubiacent, etiam hanc reuerentiam debent, vt ſeſe ſingulis annis Apoſtolorum liminibus repræſentent.

Vnde Anacletus,& Zacharias Papa.

¶Singulis annis Apoſtolorum limina viſitent epiſcopi qui ordinationibus Apoſtolis ſubiacent. Cap. IV.

IVxta [e] ſanctorum Patrum, & canonum inſtituta omnes epiſcopi, qui huius Apoſtolicæ ſedis ordinationi ſubiacēt,qui propinqui [f] ſunt,annue,circa † Idus Maij ſanctorū principum Apoſtolorum Petri, & Pauli liminibus præſententur [g] omni occaſione ſepoſita:Qui vero de longinquo [h],iuxta [i] chyrographum [k] ſuum impleāt.Qui autem huius conſtitutiones contemptor extiterit, prætérquam ſi ægritudine fuerit detentus; ſciat ſe canonicis [l] ſubiacere ſententijs.

Leo epiſ.4.c.7.
Poly.l 4.tit.25.
Anſ.l.6.c.164.
† *al.Idibus Maij.*

¶*Hic eſt canon quartus ſynodi Romæ habitæ ſub Zacharia Papa,quæ extat in bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla ſunt in hoc capite emendata.*

a ¶Clero.]Et ita,quilibet eps̄ ſuffraganeus eſt de clero metropolitani.arg ext. de poſtul.p̄la. bonæ. arg.86.diſt.ſi q̄d vero. Fortè iſte fuerat canonicus,& adhoc retinebat ibi p̄bēdā.

Quod vix fit,fieri dr̄.

b ¶Vix.]Quod ergo vix fit,tamē fit.ff.de iud.vix.19.d. in memoriā.arg. cōtra ff. ad Velleia.tutor, q̄a ibi dicit̄ vix fieri vt quis pro ſe apud eūdem intercedat, & ita vix, ideſt, nunq̄, ſic 2.q.6.§.biduum, ver.ſi aduerſus.

Multitudo non excuſat a delicto.

c ¶Ordinibus.]Arg. pro eis, qui multitudinē nō ſequunt̄, vt 7.q.1.denique, & ꝙ multitudo non excuſat a delicto, vel pęna.ar.2 q.1.multi.ſu. d.23.in nomine.arg. cōtra ſupra d.19. in canonicis.

Extra eccleſiā eſt q̄ cū ep̄o non eſt.

d ¶Filii.] Qui ergo priuati ſunt a ſacramētis,filij sūt eccleſiæ,quia ſunt epiſcopi.ſ.filii, cū certum eſt,ꝙ qui non eſt cū epiſcopo.extra eccleſiā eſt.ar.7.q.1.ſcite. Vel dic,ꝙ iam erant abſoluti,vel q̄a cauſa humilitatis hoc dixit 2.c.7. non ſi incompetenter.

QVi cathedrā epiſcopi.]CASVS Dictum eſt ſu.ꝙ omnes debent obedire Papæ. nunc autē dicit,quòd epiſcopi q̄ ſubſunt Papæ immediate,hanc ei reuerētiam debent, vt ſingulis annis curiam viſitent, & hoc probatur ſeq.c.

IVxta.] CASVS.dicit hic,ꝙ epiſcopi qui ſubsūt Ro. eccl. nullo mediāte,ſi vicini ſunt, quolibet anno ſedē Apoſtol. viſitēt p̄ ſe,vel p̄ aliū. Si verò ſunt remoti, faciant ſicut in chyrographo ſuo cōtinet̄ Et q̄cūq; hoc cōtēpſerit,niſi ſit valetudine impeditus,canonicis regulis ſubiacebit.

e ¶Iuxta.] Hoc c.loquitur de eis, qui ſubſunt Domino Papæ nullo medio.

f ¶Propinqui ſunt.] Qui.ſ.in eadem prouincia ſunt illos vocat lex p̄ntes,C.de præſcr.decem ann.l.vlt.

ADDITIO.Ad hoc extra de maio.& obe. humilis, vbi de hoc.

g ¶Præſententur.] Per ſe,vel per alios. extra de iureiur. ego N.

h ¶De longinquo.] Argum.ratione loci permittit.quod aliàs non permittitur,argum.24.q.1.pudenda ſu.diſtin. 63.cum longe.ſu.diſt.29.c.1.& 2.ſu.di.4.erit.ſu. diſt.61. c.1.& 2.Et dic de longinquo, vt ſunt vltra Italiam conſtituti,vt extra de elec. nihil eſt quod eccleſiæ. Vel remotos vocat vltra duas dietas, vt extra de reſcri p.non nulli.

Remoti qui dicuntur.

i ¶Iuxta.] Argu.ꝙ expedire per alios ſufficit quod iuſtè impeditum per ſe facere non poteſt.18 d. epiſcopus.

Impeditus p̄ aliū expedire pōt officium ſuū.

K ¶Chyrographum]Extra de elec.ſignificaſti.in parte deciſa.ſupra 65.d.ſi quis 5.q 3.ſi ægrotans.

l ¶Canonicis.] Supra d.18.ſi quis epiſcoporum.

RELIQVI. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin in qua dr, ꝙ omnes minores, in ordine, vel dignitate debent ſuis maioribus reuerentiam præſtare, & hoc probat per 7. auct.

CASVS. Dictũ eſt ſupra qualiter omnes debent obedire Papæ. Nunc autem dicit Gratianus, quòd in eccleſia ab oſtiario vſque ad epiſcopum gradatim minor debet obedire ſuperiori, quod probat per ſequens capitulum.

A Subdiacono] CASVS. Dr hic, ꝙ a ſubdiacono vſq; ad lectores dẽt oẽs obedire Cardinali diacono, deinde Pontifici presbyter, presbytero diaconus, &c.

a ¶Ad lectores.] Hic nomine lectorum omnes inferiores ordines comprehendit.

b ¶Honorem.] Ratione ordinis. hæc eſt.n. iuſtitia. vt minor ſeruiat maiori. 33.q. vlt. cſt ordo, niſi minor in adminiſtratione maioris ſit 95. di. c. 1. vel niſi obtineat locũ ſuperioris. inf. eo. c. vlt.

2 *Reliqui verò in eccleſia minores ſemper debent maioribus ſubeſſe. ſicut in ſynodo Romana S. Silueſtri, c. 7. legitur.*

Burc. l. 2. c. 224.
Iuo p. 6. c. 299.
Anſ. l. 7. c. 66.

¶Minores maioribus obedientiam exhibeant.

Cap. V.

† Nota ex iſto text. ꝙ hæc dictio, a excludit, ſimilem tex. habes in l. ratione. § fi. ff. de actio. empt.

A Subdiacono † vſque ad lectores [a] omnes ſubditi ſint diacono Cardinali vrbis Romę, in eccleſia repræſentantes ei honorem [b]. Porro Pontifici presbyter, presbytero diaconus, diacono ſubdiaconus, ſubdiacono acolythus, acolytho exorciſta, exorciſtæ lector, lectori oſtiarius, oſtiario abbas α [c], abbati monachus in omni loco repræſentent obſequium ſiue in publico, ſiue in gremio [d] eccleſiæ.

¶*Caput hoc, & apud Gratianum, & in ipſius ſynodi editionibus videtur valde mendoſum Burchardus & Iuo ſic habent.* A ſubdiacono vſq; ad lectorem, omnes ſubditi ſint diacono Cardinali vrbis Romæ; in eccleſia honorem repræſentantes tantum. Pontifici verò presbyter, diaconus, ſubdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, abbas, monachus in omni loco repreſentent obſequium, ſiue in publico, ſiue in gremio eccleſiæ. *Verbum ob magnam codicum varietatem, & propter gloſſas, ac doctorum dicta nihil fere in textu mutatum eſt.*

Et l. 2. cõnſi. c. 48.

α ¶Abbas.] *De abbate, & monacho in ſynodi editionibus nulla mentio eſt.*

c ¶Abbas] Loquitur ſecundum ea tẽpora cũ monachi non erant clerici vt inf. 16. q. 1. generaliter. Vel forte quilibet clericus dignior eſt, quolibet monacho. arg. 16. q. 1. alia eſt cauſa &c. legi. hodie maior honor debetur abbatibus, quã aliis clericis. ar. ex. de ætate, & quali c. 1. 69. d. c. 1.

Monachi olim non erãt clerici. Clericus ſæcularis eſt dignior monacho.

d ¶Siue in gremio.] Arg. cõtra 95. di. epiſcopus 2. nam ibi dicit, ꝙ in domo collega, debet eſſe prælatus in eccleſia.

Item ex epiſt. 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini.

¶Quod ſit officium diaconorum. Cap. VI.

DIaconi eccleſiæ tamquam oculi [e] ſint epiſcopi, oberrantes [f], & circumluſtrantes cum verecundia actus totius eccleſiæ, & perſcrutantes diligentius, ſi quem videant vicinum fieri præcipitio [g], & proximum eſſe peccato, vt referant hæc ad epiſcopum. & *infra* β. ¶Sed & de peregrinis ſimiliter epiſcopo ſuggerant refouendis; & cætera his ſimilia, quæ ad cultum eccleſiæ, & diſciplinam eius pertinent, diaconis curæ ſint.

β ¶Et infra.] *Sic legitur in pleriſque manuſcriptis. In vulgatis legebatur.* & ita. *alia verò nonnulla verba reſtituta ſunt ex originali.*

Diaconi] CASVS. Dicit hic, ꝙ diaconi velut oculi epiſcopi debẽt omnia conſiderare, & ſi viderint aliqua corrigenda, ſignificẽt epiſcopo, & per hoc oſtẽditur, quod debẽt epiſcopo obedire.

e ¶Oculi.] Et no. ꝙ loco diaconorũ ſucceſſerunt archidiaconi, qui dicunt. oculi epiſcopi, q perluſtrant alia cauſa habet inf. ead. diaconi.

Archidiaconi ſunt oculi epiſcopi.

f ¶Oberrãtes] Sunt & alii oculi circũluſtrãtes ſynodales teſtes 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo. Vel ibi loquitur de exceſſibus laicorum, hic clericorum. Hug.

g ¶Præcipitio.] Ergo non tm tenet qs denũciare iã cõmiſſum crimẽ, ſed etiã cõmittẽdum, qđ verũ eſt. 22. q. 5. hoc vr. ar. extra de cog. ſpi. tua de conſe. diſt. 2. cum omne crimen.

Itm ex eodem, eadem epiſtola.

Anſ. l. 7. c. 67.

¶De eodem. Cap. VII.

SAcerdotes verò beatus Petrus ſal terræ [h], & mundi lumen docens, præcepit in ſplendore bonorum operum patrem glorificare Deum; de quibus Dominus ait: [Beati eſtis, cum maledixerint [i] vobis homines, & rel. & iterum. [Vos eſtis ſal terræ.]

Matth. 5.

SAcerdotes verò.] CASVS. Probat Clemẽs in hoc capitulo, ꝙ reuerẽtia eſt ſacerdotib. exhibenda, & hoc pbat auctoritate Petri dicẽtis. Vos eſtis ſal terræ, & auctoritate Domini dicentis, Beati eſtis, &c.

h ¶Sal terræ.] In omnibus enim operibus noſtris ſal offerre debemus de conſecr. diſt. 4. ſal. & per ſal ſapientia intelligitur 43. diſt. rector.

i ¶Maledixerint.] Non, ꝙ ex maledictione benedictionem quis conſequatur, ſed ex patientia quam ſuſtinet. 11. q. 3. qui iuſtus Lau.

NVlla CASVS.] Quæſitum fuit, quid debeat fieri de illis clericis, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina gubernantur? Et reſpondet, ꝙ debent a ſuo officio remoueri. tales enim acephali dicuntur: qui verò ſuis maioribus rectè obediunt, donum conſequuntur a Deo. Sequē. capitulum patet.

huius diſtinctionis, in qua dicitur, ꝙ diaconi dēnt ſubdere ſe presbyteris, & non præferre. & hoc probat per nouem auctoritates Io. de Fan.

CASVS. Supra in cap. à ſubdiacono. dictum eſt, ꝙ ſicut presbyteri obedire dēnt epiſcopis, ſic diaconi presbyteris,

Item ex concilio Pariſienſi.

¶Hi non ſunt habendi clerici, qui epiſcopali prouidentia non gubernantur. Cap. VIII.

Concordat conc. Mogunt. ſub Carolo, c. 22. Burc. l. 2. c. 226. Iuo p. 6. c. 301.

NVlla [a] ratione clerici, aut ſacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina, & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos [b], ideſt ſine capite priſca eccleſię conſuetudo nominauit.

Item ex epiſt. 3. Clementis.

¶De eodem. Cap. IX.

QVi ſuis epiſcopis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi exiſtunt. Porro ipſi a Deo donum ſummi muneris conſequuntur, qui per iuſtitiæ, & præceptorum eius ſemitas incedentes, doctoribus ſuis, qui recte epiſcopi intelliguntur, libenter obediunt.

Item Anacletus epiſt. 1.

¶Illi in Deum ſcandalizantur, qui ſuo non obediunt epiſcopo. Cap. X.

Iuo p. 6. c. 245.

ILle proculdubio ſcandalizatur [c] in Deum, qui recte non docet, & qui eius ſcandalizat epiſcopum, vel ſacerdotem.

Item Euariſtus ad epiſcopos Africanos, epiſt. 1.

¶Septem debent eſse diaconi in vnaquaque ciuitate. Cap. XI.

Poly. l. 2. tit. 38. Anſ. l. 7. c. 69.

DIaconi [d] (qui quaſi oculi videntur eſse epiſcopi) in vnaquaque ciuitate iuxta Apoſtolorum conſtituta, ſeptem debent eſse, qui cuſtodiant epiſcopum prædicantem; ne aut ipſe epiſcopus † [e] ab inſidiatorib. quoquo modo infeſtetur, aut lædatur a ſuis: aut verba [f] diuina, detrahendo [g] aut inſidiando polluantur, vel deſpiciantur; ſed veritas ſpirituali redoleat [h] feruore, & pax prædicata labijs, animi cum voluntate [i] concordet.

† abeſt ab ori.

Item ex concilio Neocęſarienſi, c. 19.

¶De eodem. Cap. XII.

Ex priſca verſione. Ordo Rom. c. 9. Conc, Aquiſg. c. 64. Act. 6. Burc. l. 2. ca. 219. Iuo p. 6. cap. 294. & 295.

DIaconi ſeptem eſſe debent ſecundum regulam, quāuis magna [α] ſit ciuitas. Regulæ autem auctoritas iſta eſt, quod & liber actuum [k] Apoſtolorum idem inſinuat.

α ¶Quamuis magna.] *Antea legebatur,* quamuis non magna. *Emendatum eſt ex canone Græco, (qui etiam recitatur in ſexta ſynodo, c. 16. & ex vulgatis etiam verſionibus. In canonib. primæ. Nicænæ ſynodi, qui ex Arabico in Latinum conuerſi nuper editi ſunt, canone 62. multa habentur ad hāc rem pertinentia: quem fortaſſe canonem ſignificauit Andreas Colloſſenſis ſeptima actio. ſynodi Florentinæ.*

3 *Vt igitur ex præmiſſis* [l] *apparet, diaconi debent obe-*

a ¶Nulla.] infra. 18. q. 2. abbatibus.

b ¶Acephalos.] Priuilegiati tamen, qui Papæ ſubſunt, non ſunt acephali 1. quia Papa epiſcopus corū eſt. ar. extra de priuileg. recipimus. tales ſicut excōicatos debet quilibet excludere ď eccleſia ſua. ext. de paroch. & alie. paro. c 2. Et eſt hic arg. pro prælatis: ꝙ etiā eremitę ſubſunt. epiſcopo; in cuius territorio ſunt, vt 16. q. 1. qui vere. Io.

1 Adde qđ acephali dicuntur illi q ſunt ſine capite, ut hic cōcor. gl. in Auth. de appe. generalē coll 4. Eremite ſub ſunt epiſcopo.

c ILle proculdubio ſcādalizatur.] Id eſt ſcādalizat Deum 8. q 1. qui vos Io. ADDITIO. Ad idē 3. q. 1. nulli. ſu. 21. diſ. in nouo. Archid.

DIaconi.] CASVS. præcipit Euariſtus, vt ī qualibet ciuitate ſint ſeptē diaconi, q cuſtodiant epiſcopum à malis hominibus, ne prædicatio eius impediatur, & ne ipſe deſpiciatur. Sequēs capitulū patet.

Diaconi ſeptē debent eſſe in eccleſia epiſcopali.

d ¶Diaconi.] Hoc capitulū loquit̄ de epiſcopali eccleſia, vbi debent eſſe ſeptē diaconi, vt de cōſecratio. d 1. epiſcopus Deo. Et vbi facultates ſuppetunt, 7. q. 1. illud.

e ¶Ne aut ipſe epiſcop9.] Quoquo modo infeſtetur, aut ledat̄ ab iſtis inſidiatorib. ideſt hæreticis: vel ita, ne quoquo modo offendat̄ ab illis, aut lędatur a ſuis clericis ꝑ oppſſionē. Et ideo dēt eiaſtare, & ab eo auertere huiuſmodi oppſſiones.

f ¶Aut verba.] Hæc eſt ſecunda cauſa huius conſtitutionis.

2 Quia fortè timore hæreticorum nō audet ſolus prędicare. & hæc expoſitio congruit illi literæ, q̄ habent polluantur, aut. deſpiciant,

g ¶Detrahendo.] Timore hæreticorum 2. ſcilicet ſubticēdo.

h ¶Redoleat.] .i. extra in publicū ex frequenti ardore.

i ¶Cum voluntate.] infra de conſec diſt. 2. reuera. Io.

K DIaconi.] ¶Actuum.] 6 vbi agitur de ſeptem diaconis ordinatis ab apoſtolis. Io.

VT IGITVR EX PRÆMISSIS, Hæc eſt tertia pars ris. Sed quia diaconi non ſolum volebāt adæquari preſbyteris, ſed etiam præferri: ideo, vt eorum ſuperbia opprimatur, ſtatutum fuit, vt ſacerdotibus dignam reuerētiam exhibeant, & ſibi nihil vſurpent.

l ¶Ex premiſſis.] Ab iſto loco incipit magiſter altercationem

tionem ſuam inter presbyteros & diaconos. Et primo allegat pro presbyteris, quòd diaconi debent eis ſubeſſe, vſque ad illud cap. diaconi. poſt in illo cap. diaconi. allegat pro diaconis. vltimo In cap. legimus. dabit ſententiam contra diaconos. H.

d ¶ Neceſſitas.] Not. ꝙ vbi neceſſitas exigit. & presbyter eſt abſens, poteſt diaconus etiã iure ſuo baptizare, & corpus Chriſti erogare infirmis, ſi conſecratũ eſt: ſed in eccleſia in pſentia presbyteri nõ poteſt, etiam ſi neceſſitas exigit. niſi iuſſus à presbytero: puta cum multi ſunt qui indigent baptiſmo & presbyter non poteſt omnibus ſufficere, ſimiliter ſi multi ſunt, qui volũt accipere corpus Chriſti, nec presbyter ſufficit omnibus.

e ¶ Chriſtianis.] Et etiam hęreticis, 1, vt inf. 1. q. 1. quod quidam, &c.

Diaconus pōt baptizare, & corpus Chriſti ægris erogare.

Diaco-

dientiam presbyteris, ſicut presbyteri epiſcopis. Sed diaconi ſuperbientes ſacerdotibus æquari, vel potius præferri quærebant: contra quorum inſolentiam multorum auctoritates manauerunt, eorum ſupercilium reprimenteſeatque vt ſacerdotibus condignam obedientiam exhibeant, decernentes.

Unde Gelaſius α Papa in epiſt. ad epiſcopos per Lucaniam c. 9. & 10. ait.

α ¶ Gelaſius. *Sic eſt in plerìſque manuſcriptis, & apud Burg. & Iuonem. Nam in impreſſis erat, Pelagius.*

¶ Nihil eorum quæ ſunt decreta primis ordinibus, vendicent diaconi. Cap. XIII.

Poly. l. 3. tit. 16. Anſ. l. 7. c. 63. Burc. l. 4. c. 57. Iuo. p. 1. c. 252. & par. 6. c. 99.

DIaconus propriam conſtituimus ſeruare mẽſuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatũ [a] quidpiam tentare permittimus. Nihil eorum ſuo miniſterio penitus applicare, quæ primis [b] ordinibus proprie decreuit antiquitas. Abſque epiſcopo [c], vel presbytero baptizare non audeant niſi predictis fortaſſis ordinibus † longius cõſtitutis, neceſſitas [d] extrema compellat. Quod & laicis Chriſtianis [e] facere plerumque conceditur. *& infra.* ¶ Sacri corporis prærogationem † ſub conſpectu pontificis, ſeu presbyteri (niſi his abſentibus) ius non habeant exercendi.

† *officijs.*] ori.

C. 10. in medio. † *al. errogationem.*

I Quod eſt ergo iſtorũ priuilegium? Dicit. vt no. 50. diſt. qui ſub gradu.

In Aquiſgr. c. 41.

Item in concilio Nicæno, c. 14. ſeu 18.

¶ Inferiores presbyteris ſe diaconi cognoſcant. C. XIV.

Iuo p. 2. c. 26. Burc. l. 5. c. 36.

PEruenit ad ſanctorum concilium, ꝙ in locis quibuſdã & ciuitatibus, presbyteris ſacramenta [f] diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam diaconi etiã ante epiſcopos [g] ſacramẽta α ſumunt. Hæc ergo omnia amputentur: & in ſua diaconi menſura permaneant; ſcientes, quòd epiſcoporum quidẽ miniſtri ſunt, inferiores autem presbyteris habẽtur. Per ordinem ergo poſt presbyteros gratiam ſacræ communionis accipiant, aut epiſcopo, aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio [h] presbyterorum diaconis li-

PEruenit.] CASVS. Diaconi in tribus delinquebant Primo, quia poſt conſecrationem porrigebant hoſtiam ſacerdotibus. Secundo qa ſumebant ſacramenta in Miſſa prius quam epiſcopi. Tertio quia ſedebant in medio presbyterorum. Statutum ergo fuit in Nicæno concilio, vt de cętero talia non faciant: ſed in ſua mẽſura permaneant: & ſi quis obedire noluerit, ceſſet ab officio. Capitula, quæ ſequũtur, plana ſunt vſque ad c. nonnulli.

f ¶ Sacramenta.] Id eſt Euchariſtiam cõfectam: & ſanguinẽ autẽ bene porrigunt infra ead. diaconi ſunt. & ver. ſacerdotibus, & hæc eſt ratio quare ſacerdos corpus Chriſti per ſe ſumat, calicem autem de altari presbyteris ſumere nõ licet, ſed diaconus eis porriget, quia ſũptio corporis futuram reſurrectionem corporũ ſignificat, quã Deus ſua virtute faciet ſine omni miniſterio. Sed ſumptio ſanguinis ſignificat reſumptionem peccatorum, quæ fit interceſſionibus aliorum 13 q. 3. animæ, ſupra diſt. 50. presbyteros qui contra. ibi in pœnam dicitur de diaconis, panem offerant: quare de iure licitum eſſe videtur. Ioan. Sed illud intelligitur quando in principio ſecretorum diaconus accipiens patenam cum pane offert ſacerdoti. Imponitur ergo diaconis ad pœnam, ne panem offerant altario miniſtrando: hic autem prohibetur ne poſt ſacramenta confecta corpus Chriſti porrigant ſacerdoti, vt ſumant. B.

g ¶ etiam ante epiſcopos.] Id eſt, antequam epiſcopi ſumant.

h ¶ In medio.] Secundum conſuetudinem diuerſorum locorum hæc variantur. 2. in quibuſdam enim locis hæc obſeruantur: in quibuſdam non.

Corporis Chriſti ſumptio, quid ſignat.

Sanguinis ſũptio, quid repręſentat.

DIaconos. CASVS] Diaconi vſurpant officia epõrum & presbyterorum. baptizabant enim eis præſentibus, & non præcipientibus: & corpus Domini propria auctoritate populis diſtribuebant. quare Pelagius ſtatuit ne de cætero talia faciant ſine præcepto eorum, niſi in neceſſitate presbyteris abſentibus.

Epatus eſt ordo.

a ¶ Deputatum.] Scilicet diaconis, ſic 18. q. 2. hoc tm̃.

b ¶ Primis.] idest maioribus epiſcopali ſcilicet, & presbyterali: & ita epiſcopatus eſt ordo, vt 83. diſt. cum in præterito 21. diſt. clericos ad idem 21. diſt. c. 1.

c ¶ Abſque epiſcopo.] Ideſt abſente epiſcopo, vel presbytero, quibus ſolum baptizandi miniſterium permiſſum eſt, vt de conſe. diſt. 4. conſtat & dic ꝙ abſque epiſcopo. ideſt præter auctoritatem eius.

α Arg ad hoc ff. de offi. procon. l. obſeruare. § antequam. & l. idemq; ff. manda.

a NOn oportet.] ¶ Sed iuſſione.] Hoc obſeruatur ſecundum conſuetudinem quarundam eccleſiarum cum redit à lectione Euangelij. Lau.

b NOn oportet.] ¶ Panem.] Id eſt corpus Domini. Dare, ideſt, porrigere, ſcilicet alijs poſt confectionem ſine licentia ſacerdotis. Vel dic, dare, ideſt conficere: quod ad ſolum presbyterum pertinet. 1. quæſt. 1. dictum. extra de ſumma trini. firmiter.

c DIaconi ita ſe.] In Miſſa: nam alibi magis ſunt miniſtri epiſcopi.

d PRæſente.] ¶ Eroget.] Iuſſus vel non iuſſus, longe tñ poſitis epiſcopo vel presbytero. ſupra ea. diaconus.

1 Sic 1.q.7. ſi quis omnē. 15.q. 1. mulier.

e DIaconus.] ¶ Loco.] ideſt, in aliquo de omni 1, tñ honeſto. ff. de arbitr. ſi cum dies. §. ſi arbiter. & ff. de mune. & hono. vt gradatim. §. 1.

f ¶ Diaconus in conuentu.] Vbi conueniunt ad ſynodum.

g ¶ Loquatur.] ideſt præ-

ceat: quia ſi hoc fiat præter regulam, & ordinē probatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

¶ *Prior pars huius capitis vſque ad ver.* ampu|entur. *eſt ex priſca verſione in canone quartodecimo. Reliqua vero pars eſt ex verſione Dionyſii in canone 18. quam quidem totam aſſerunt, & codex canonum, & Burchardus, & Iuo.*

γ ¶ Sacramēta ſumūt.] *Græce eſt,* τῆς [illegible], *quod Dionyſius vertit,* oblata contingant *quā quam Burchardus, & Iuo hoc vno fere loco diſcrepātes habent, illi quidē ſacra* oblata contingant: *hic vero,* ſacram oblationē contingāt,

Item ex concilio Laodicenſi, c. 20. ⁋ in Agat c. 65. & Aquiſg. c. 77.

¶ Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipſe ab inferioribus honoretur. Cap. XV.

NOn oportet diaconum coram presbytero ſedere: ſed iuſſione[a] presbyteri ſedeat: ſimiliter autem diaconus honorem habeat à ſequentibus, ideſt, à ſubdiaconis, & omnibus clericis. Anſ. l. 7. c. 66. Burc. l. 2. c. 221. Iuo p. 6. c. 296.

Item ex eodem, c. 23. Aquiſgran. c. 7.

¶ Calicem benedicere, & panem dare diaconis non licet. Cap. XVI.

ij NOn oportet diaconos α panem [b] dare, nec calicem benedicere.

α ¶ Diaconos.] *In vetuſtioribus priſcę verſionis editionibus eſt,* diaconem. *Grece eſt,* ὑπηρέτας, *quod Dionyſius vertit,* ſubdiaconos: *& ſic habetur in conſilio Aquiſgranenſi.*

Item ex concilio Carthaginienſi quarto β c. 37.

Sicut epiſcopis, ita & presbyteris diaconi miniſtrent. Cap. XVII.

DIaconi ita ſe [c] presbyteri, ſicut epiſcopi miniſtros eſſe cognoſcant. Poly. l. 2. tit. 39. Anſ. l. 7. c. 62.

β ¶ Quarto.] *Caput hoc cum duobus ſequentibus habetur in concilio quarto Carthaginienſi, & in codicibus Gratiani etiam manuſcriptis, itemque apud Anſelmum titulo huius capitis erat additum:* Carthaginienſi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios, *quod minime conuenire oſtendunt acta ſextæ ſynodi Charthaginienſis: ad quam Zozimus Fauſtinum potētiæ eccleſiæ epiſcopum, Philippum, & Aſellum legatos miſit. Nam quarta habita eſt Honorio iiij. & Eutychiano Coſſ. ſexta vero Honorio xij. & Theodoſio viij. Coſſ. ideſt anno vigeſimo poſt: Quo anno (prout ex Africano concilio can. 76. & ſequentibus apparet) contra Pelagij, & Celeſtij hæreſim quædam ſunt definita; cum Celeſtius ad Zozimum Papam appellaſſet: quod ex nonnullis manuſcriptis. Zozimi, & epiſcoporum Africæ ad ipſum epiſtolis, quæ in bibliotheca Vaticana ſeruantur, demonſtraeur. Quare, cum Zozimus in Pontificatu duos tantum annos, & menſes aliquot vixerit neceſſarium eſt multo ante ipſius Pontificatum quartam ſynodum Carthaginienſem habitam fuiſſe.*

Item ex eodem, c. 38.

¶ De eodem. Cap. XVIII.

PRæſente presbytero diaconus Euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, iuſſus eroget[d]. Poly. ibidem Anſ. l. 7. c. 66. Burc. l. 5. c. 13. Iuo. p. 2. c. 23.

Item ex eodem, c. 39. & 40. & 41.

¶ De eodem. Cap. XIX.

DIaconus ſedeat quolibet loco [e], iubente presbytero. Item Diaconus in conuento [f] presbyterorum interrogatus loquatur [g]. Anſ. ibidem.

prædicet, nam officium prędicandi presbyterorum eſt. 16.q.1.adiicimus.Hug.

a ¶Alba.] ideſt, dalmatica.arg.11.q.5. epiſcopus presbyter.

b ¶Vel lectionis.] Euangelii.

Non-

cis competunt: & hoc probat per duo capitula. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in cap. diaconi prohibitum eſt, ne diaconi vſurpent officia epõrum, vel presbyterorum. Nũc verò dicit, ꝙ non debent vti compagis, ideſt, calceamẽtis epiſcoporũ, quib. nulli diaconorũ vti licèt abſq; apoſtolica licentia: ſicut nec mappulis vti debẽt abſque eiuſdem auctoritate, quas cõceſſit Cõſtantinus Cardinalibus, vt inf. 96. d. in illa palea, Conſtantinus.

Alba [a] verò tempore oblationis tantum, vel lectionis [b] vtatur †.

† *al. induatur.*

Item ex concilio Toletano 4.c.38.

¶Diaconi presbyteris ſe ſuperiores non cognoſcant. Cap. XX.

Burc.2.c.222. Iuo p.6.c.297.

NOnnulli diaconi in tãtam erumpunt ſuperbiam, vt ſeſe presbyteris anteponant, atque in primo [c] choro ipſi priores ſtare præſumant, presbyteris in ſecundo choro conſtitutis. Ergo, vt ſublimiores [d] ſe † presbyteros agnoſcant, tam hi, quàm illi in vtroque α conſiſtant.

pal. ſibi.

α ¶In vtroque.] *Licet in vulgatis Gratiani codicibus legatur,* in vtroque ordine *& in tomis conciliorum impreſſis,* in vtroq; choro: *tamen in vetuſto codice conciliorum Regis Catholici, & pleriſq; vetuſtis Gratiani, etiam impreſſis neutra vox habetur.*

4 *Compagis [e] verò calciari abſque Apoſtolici licentia diaconis non permittitur, ſicut nec mappulis [f] vti abſque eiuſdem auctoritate quibuslibet clericis conceditur.*

Vnde Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano, lib. 6. epiſt. 28. indict. prima.

Io. diac. l.4. 8.

¶Abſque Apoſtolica licentia Diaconi compagis vti non præſumant. Cap. XXI.

PEruenit ad nos, diaconos eccleſiæ Cantinenſis calciatos compagis procedere præſumpſiſſe: quod, quia nulli hactenus per totã Siciliam licuit, niſi ſolis tantummodo diaconis eccleſiæ Meſſanenſis; quibus olim à prædeceſſoribus noſtris non dubitatur eſſe conceſſum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis auſus nõ eſt leuiter attendendus, cũ omni hoc fraternitas veſtra ſubtilitate perquirat: & ſi ita β, ſicut ad nos peruenit, inuenerit verũ eſſe; vtrum vel a ſe, vel alicuius [g] hoc auctoritate [h] præſumpſerint, nobis ſubtiliter innoteſcat: vt cognita veritate, quid fieri debeat, diſponamus. Nam ſi negligenter ea, quæ male vſurpantur, omittimus, exceſſus viã [i] alijs aperimus.

Anſ.l.7.c.74.

β ¶Et ſi ita.] *Hic & paulo inferius addita ſunt aliquot verba ex originali.*

Item Ioanni Rauennati epiſcopo, lib. 2. epiſt. 64. ſeu cap. 93.

Ioa. dia. l.4.c.2.

e ¶Cõpagis.] ideſt, ſandalibus, & dicuntur cõpagi ſandalia, vel caligæ epiſcopales: & eſt maſculini generis. Ioan.

Compagi.

ADDITIO. Scilicet compagus compagi. Hug.

f ¶Nec mappulis.] Ideſt, ornamentis equorũ, quæ Conſtãtinus cõceſſit Cardinal.b. inf. 96. d. Conſtantinus. nam mappa ornamentum eſt equi. ſimiliter in Authen. de conſuli. §. quãtacũq; 2 & ſunt q̃dã alba linteamina quibus cooperiũtur equi Cardinaliũ cũ proceſſionem faciunt. Alii dicunt, ꝙ mappulæ ſunt mitrę epiſcopales.

Mappulæ q̃d ſignent.

2 Idem arg. C. nulli licere in frenis, & c. l. vnica lib. 11.

PEruenit.] CASVS. Apoſtolicus conceſſerat ſolis diaconis eccleſiæ Meſſanen. vti cõpagis, quos tñ poſtea diaconus Catinenſis eccleſiæ portare pręſumpſit. Præcepit ergo Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano, vt ſubtiliter inueſtiget, an per ſe, an alterius auctoritate hoc fecerit: q̃a ſi malè vſurpat & nõ puniatur, via delinquentibus aliis aperitur.

NOnnulli.] CASVS. Quidam diaconi in choro volebant eſſe in loco digniori, volentes ſacerdotibus præferri, ſed conciliũ Toletanũ ſtatuit, vt tam diaconi quã presbyteri perſeuerẽt in locis ſibi deputatis: ita ut diaconi [1] cognoſcant presbyteros eſſe maiores ſe.

1 Ideſt maiores, quam ſtẽt in vtroque choro diuiſi, ita ꝙ presbyteri ĩ primo, diaconi in ſecũdo. Pet.

c ¶Atque in primo.] ideſt, in primo ordine, vt fit Pariſiis.

d ¶Vt ſublimiores 1.] Sic cõſtrue. ergo tam illi, quàm iſti cõſiſtant in vtroque or. ita ſcilicet, vt diaconi agnoſcãt presbyteros ſublimiores, ſe, ſcilicet diaconis, & ſtabunt ſm̃ tempus ſuæ ordinationis. 17. diſt. cap. eps.

COMPAGIS. Hæc eſt quarta pars huius d. in qua dicitur, ꝙ compagi, ideſt, ſandalia & mappulæ, ideſt, linteamina, quæ portant Cardinales, ſolis Romanis cleri-

g ¶Alicuius.] Argu. ex hoc & ſeq. c. habet, quod illud videtur prohibitum, quòd non oſtenditur eſſe conceſſum. argu. diſt. 100 contra morem. arg. 25. q. 2. amputato. arg. 10. quæſt. 1. hanc argu. 2. q. 1. conſuluiſti 2. Et eſt hoc verum in ijs, quæ ſunt de iure ſpeciali. aliàs, quòd non eſt prohibitum intelligitur eſſe conceſſum. 27. q. 2. lex diuina. & 30. quęſt. 3. illud. & de deſpon. impu. c. 1. in fi.

Prohibitum. vr̃, quod cõceſſum non oſtenditur.

2 Et extra ne ſe. vacan. illa. vbi d̃ hoc & extra. de tranſ. inter

h ¶Auctorita te.] Nam ſi maiori auctoritate hoc feciſſet hoc eſſet, vtcumque excuſabile. arg. diſt. 63. Salonitanæ. & diſt. 28 diaconi.

3 De hoc not. 86. diſt. an putatis.

i ¶Viam.] C. de indi. vidu. l. 2. in fi. C. vnde vi. meminerint. inf 21. q. 2. c. 2. inf 23. q. 4 eſt iniuſta. 1. q. 7. exigunt contra. inf. 35. q 9. loci noſtri,

ILlud.] CASVS. Ioannes archiepiſcopus Rauenas ſupplicauit Pap. vt liceret ſuis clericis vti mappulis: ſed Papa ei reſcribit dicens, ꝙ Cardinales ei fortiter obuiauerunt, aſſerentes hoc nulli eccleſiæ fuiſſe conceſſum, niſi Romanæ, & ſi eſſet ab aliquibus vſurpatum, nõ fieret per hoc præiudicium eccleſię Romanæ.

a ¶Præſumptum.] Arg. antiquitatẽ, vel longam conſuetudinem non dare priuilegium, vt diſt. 100. cõtra morẽ, & ar. cõtra. 63. d. quia. & 9. q. 3. conqueſtus. Et eſt ratio: quia hoc poſſideri non poterat de iure cõmuni. arg extra de præſcrip. cauſam. Nam & ſunt alia iura, quæ non præſcribũtur, vt ſubiectio, vel procuratio. ext. de præſcr. cũ ex officij. vel via publica ff. de via pub. viã arg. C. de aquæduc. diligenter. lib. 11. & eſt ſi. C. de fundis rei priua. & ſal. diuinæ domus. vſus aquæ. lib. 11.

ADDITIO. Dicas, ꝙ ſunt multa quæ non præſcribuntur: quod dic, vt leg. & not extra de præſcrip. cum liceat. in fi. & 16. q. clerici, in fine. Archidiac.

Antiquitas non dat priuilegium.

Præſcribi nõ poſſunt aliqua.

tias ei namque cor omne patet: & omnis loquitur voluntas, vt 24. q. 3. Deus. 1.

g ¶Colloquentes.] Quo ad contemplationem: vel hoc dum ſunt in oratione de conſecr. d. 1. quando.

h ¶Patri.] Hoc poteſt intelligi hiſtoricè quando Moyſes

1 Cõcor. gl. in l. 2. ff. de don. inter virum. & vxo.

¶Mappulis clerici ſine Apoſtolici licentia vti non debent. Cap. XXII.

ILlud autem, quod pro vtendis a clero veſtro mappulis ſcripſiſtis, à noſtris eſt clericis fortiter obuiatũ, dicentibus nulli hoc vnquam alii cuilibet eccleſiæ conceſſum fuiſſe; nec Rauẽnates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cũ ſua cõſcientia præſumpſiſſe, nec ſi tẽtatum eſſet, ex furtiua vſurpatione ſibi præiudicium generari. Sed etiam, ſi in qualibet eccleſia hoc præſumptum [a] fuerit, aſſerunt emendandum, quod non conceſſione Romani Pontificis, ſed ſola ſubreptione præſumitur †.

Anſ. l. 7. c. 168.

† al. præſumit.

Item Hieronymus de ſeptem ordinibus eccleſiæ. c. 5.

¶Sicut in miniſterio, ita in diſpenſatione ſine diacono epiſcopus non viuat. Cap. XXIII.

Inter opera B. Hiero. tom. 4. vel. 9.

Poly. l. 2. tit. 39. Anſ. l. 7. c. 72.

Apoc. 1.

DIaconi ſunt, quos in Apocalypſi legimus, ſeptem Angeli [b] eccleſiarum: hi ſunt ſeptem candelabra [c] aurea: hi voces [d] tonitruorum.. *& infra.* ¶Virtutum operatione præclari, humilitate prędіti, quieti, humiles, euãgelizantes pacem, annunciãtes bona, diſſenſiones, & rixas, & ſcandala reſecantes, [docentes † [e], ſoli Deo [f] colloquentes [g], in templo nihil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri [h], & matri [i], non noui † [k] vos, & filios [l] ſuos non agnoſcentes [m]. *& paulo poſt.* ¶Sine hoc ſacerdos nomen a † non habet, ortum non habet [n], officium non habet. Hic miniſter [o] Dei dicitur, quia ſcriptum eſt: [Quis maior eſt, qui miniſtrat, an cui miniſtratur?] Et ſicut in ſacerdotio miniſtratio † [p], ita in miniſtro eſt ſacramenti [q] diſpenſatio. *& paulo poſt.* ¶Sacerdotibus etiam propter præſumptionem non licet de menſa Domini tollere calicem; niſi eis traditus fuerit a diacono. *& paucis interiectis.* ¶Ita enim Deus noſter omnipotens vniuerſa diſpoſuit, vt qui maiorem [r] ſe eſſe crediderit, minor ſit, & qui videretur minor, maior

† abeſt ab ord.

Deuter. 33.

† *al. nouimus.*

† *al. nomen habet.*

Marc. 10.

† *conſecratio*] vera lectio.

DIaconi.] Hæc eſt quinta pars huius di. in qua laudat diaconos quatuor modis: ſcilicet a ſignificatione, quia ſignificant ſeptẽ cãdelabra aurea. A virtute, quia debẽt eſſe virtuoſi. Ab officio, quia ſine illis epiſcopi cantare nõ dẽnt. Ab inſtitutione, quia à Domino fuerunt inſtituti. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum eſt diaconos ſubeſſe ſacerdotib. ſed ne ſacerdotes nimium inſuperbirent, commendat Hieronymus in hoc c. diaconos. Diuiditur ergo hoc c. in tres partes. In prima parte commendat Hieron. diaconos quadruplici rõne. Rõne ſignificationis, quia ſignificantur per ſeptem cãdelabra aurea, & ſeptem angelos eccleſiarum. Rõne vitæ & conuerſationis. Rõne miniſterii: quia ſine his ſacerdos miniſtrare nõ poteſt, & maior eſt, qui miniſtrat, q̃ cui miniſtratur. Et rõne inſtitutionis: quia a Deo ſunt inſtituti. in ſcda parte reprehẽdit rapacitatẽ epõrum, qui volũt oĩa rapere, & oĩa ſibi vendicant. In tertia parte oſtendit, ꝙ ſicut in hoc mundo raptor punitur a iudice, ita eps qui bona clericorum rapit a Dño punietur, niſi vniuerſa reddat. Scda pars incipit ibi, [Nunc autem.] Tertia ibi. [Certã, vt ipſe.

b ¶Angeli.] id eſt prælati.

c ¶Candelabra.] Quæ erant in templo Domini.

d ¶Voces.] Auditæ a Ioanne in Apocalypſi.

e ¶Docentes.] Populum quo ad vitam actiuam.

f ¶Soli Deo.] Quod ſolus Deo nouit eorum conſcien-

Cor omne Deo patet.

ſes in vltionem idolatriæ 2. vituli conflati, præcepit leuitis, vt nemini parcerẽt: nec etiam patri: ſimiliter diaconi non deberent eos cognoſcere, id eſt, amori Dei amorem eorum pręponere. Vel poteſt intelligi myſticè de diabolo, & de concupiſcentia carnis, & eius moribus, vt in gl. hic depictis.

2 Hęc hiſtoria not. 45. d. diſciplina Diabolus pater dicitur.

i ¶Et matri.] id eſt, carnali concupiſcentię.

K ¶Non noui.] id eſt, nolo pręponere veſtrum amorem amori Dei.

l ¶Et filios.] id eſt, illicitos motus.

m ¶Non agnoſcentes.] id eſt, non nutrientes: ſed ad petram illidentes.

n ¶Habet.] Quia ſine diacono epiſcopus Miſſam celebrare non poterit, niſi neceſſitate inſtante. tũc enim etſi non poſſet habere diaconum, abſque eo Miſſam celebrare, poterit.

Eps ſine diacono nõ celebret.

o ¶Miniſter.] Hic commendat eos a miniſterio.

p ¶Miniſtratio.] id eſt, conſecratio Euchariſtiæ.

q ¶Sacramenti.] Scilicet pręſentibus, ſacerdotibus coram eis. vt ſupra diſt. ead. diaconi.

r ¶Maiorem.] id eſt, meliorem, vel hoc cum bene adminiſtrat.

a ¶Orant.]

a ¶ Orant.] Ideſt, prædicant, vt diſ. 25. vnum & 11. q. 1. ſicut enim. Vnde exponendo ſubdit tunc demum, quod autem dicitur in altari anteponi, reſpicit, quod de calice præmiſerat, calicem non tollere, niſi eis traditus fuerit à diaconis. Vel dic, orant, ideſt, ad orandum inuitant eum cum dicunt; flectamus genua.

b ¶ Tunc demum.] Scilicet circa finem Miſſæ. cum diaconus clamando dicit populo: Humilitate vos ad benedictionem.

c ¶ Prædicat] Infra 11. q. 1. ſicut enim. ſcilicet legendo Euangelium.

d ¶ Sacerdotibus.] Quædam hic referuntur, quæ ex toto bene non intelliguntur. quia non in omnibus eccleſijs hæc officia habet diaconus.

e ¶ Huic.] Commendat hic eos ab inſtitutione. inf. ead. dominus contra ſu. diſ. 51. §. 1. contra. Sed intelligas tantum per Deum principaliter. quia eius auctoritate hoc in vete. teſta. fuit inſtitutum. 77. diſt. in veteri arg. extra de ſenten. excom. mulieres.

f ¶ Perijt. lex de ſacerdote.] Verba Eſaiæ. ideſt, multi ſacerdotes non adimplent legem.

g ¶ Et viſio]. Ideſt, gratia prophetizandi propter auaritiam; quia omnes virtutes patiuntur detrimentum ab vno vitio, &c. de pęni. diſt. 5. c. 1.

Virtutes oēs ab vno vitio detrimentum patiuntur.

exiſteret. Denique quàm hoc verum ſit, ipſe perpende. Leuitæ inferunt oblationes in altari: Leuitæ componũt menſam Domini: Leuitæ cum ſacerdotibus, dum ſacramenta benedicunt†, aſſiſtunt: Leuitæ ante ſacerdotes orant[a], vt ſi diſtinctio locorum creditur, etiam in altari Dei videant ſibi epiſcopi, ſi ſuperbi ſunt, diaconos anteponi. Si humilitatem diligunt: maiores ſe eſſe in eo, quòd ſunt humiles, cognoſcant. Tunc demum†[b], vt aures habeamus ad Dominum, diaconus acclamat: ipſe prædicat[c], ipſe hortatur, ipſe commonet adſtantibus ſacerdotibus[d] ne leuiter hanc vocē, quæ loquitur hæc; & pacē annunciat, aut negligenter aſpicias, aut contemnendam putes. Sufficit huic[e] ordini, tantum per Dominum fuiſſe conceſſum, vt non ſolus ſacerdos in templo totum agere, & implere, videatur. *& infra.* ¶ Nunc autem ex quo in eccleſijs, ſicut in Romano Imperio, creuit auaritia; perijt lex de ſacerdote[f], & viſio[g] de propheta. Singuli quique per† potentiam[h] epiſcopalis nominis, quam ſibi ipſi illicite abſque eccleſia[i] vendicarunt*, totũ, quod leuitarum eſt; in vſus ſuos redigũt; nec hoc ſibi, qood ſcriptum † eſt, vendicant; ſed cunctis auferunt vniuerſa. Mendicat infelix clericus in plateis; & ciuili † operi mancipatus publicam à quolibet depoſcit alimoniam †. Et quidem[k] ex eo deſpicitur cunctis ſacerdotale officium, dum miſericordia deſolatus iuſte[l] putatur ad hanc ignominiam deueniſſe. *& infra.* ¶ Solus incubat bonis †, ſolus miniſterio vtitur[m], ſolus vniuerſa ſibi vendicat, ſolus partes inuadit alienas[n], ſolus occidit[o] vniuerſos. *& paulo poſt.* ¶ Hinc propter ſacerdotum auaritiam odia conſurgunt: hinc epiſcopi accuſantur[p] à clericis; hinc principũ † lites; hinc detractionis† cauſa; hinc origo criminis. Et enim ſi vnuſquiſque ita in hoc mundo uiſibili aliquid poſſidere[q] iubetur, ut ſua tantum poſſeſſione contentus ſit, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat, non uineam, non ſubuectorium † aliquod, non famulos, non fructus; quanto magis, q̨ eccleſiæ Dei præeſt, debet ita in omnibus ſeruare iuſtitiam, ut ſibi[r] hoc tantum uendicet, quod ſui iuris eſſe cognoſcat; aliena non rapiat; aliena non contingat; æqualem[s] ſe cæteris faciat; & ſicut ſine his in miniſterio non uiuit, ita in diſpenſatione[t] non uiuat.

† al. benedicuntur.

† deinde] ori.

Ezech. 7.

* Quod eſt contra iuris pręceptum, vt. ff. de iuſt. & iure. l. iuſtitia. §. iuris pręceptum. & inſt. eod. tit.

† propotentia] orig.

† al. adſcriptum.
† al. ſeruili
† al. eleemoſinam;
† diuitys] or.
† al. donis

† al. principium litis.
† deſolationum cauſa] orig.
† hunc mundnm viſibiliter poſsis.] orig.
† al. ſubiectorum.] al. ſubuinctorum.

h ¶ Per potentiam.] Inuehitur in epiſcopos.

i ¶ Abſque eccleſia.] Scilicet in tali modo vt aliena vſurpent. aliter videntur contra. infra ead. c. prox. 95 d. olim.

K ¶ Quidem.] Supra d. 86 non ſatis.

l ¶ Iuſtè.] Ideſt, ſuis meritis.

m ¶ Vtit.] Ideſt, non vult partiri onera ad miniſtrationis cum fratribus. extra de off. Archid. c. vlt. & de præſum. mãdata. Vel dic, ideſt, de rebus eccleſiaſticis.

n ¶ Alienas.] Cum, quod ſuum non eſt, ſcire, debet ad alios pertinere. C.. vnde vi. cum quærebatur.

o ¶ Occidit.] Hoc refertur ad laicos, quibus occaſionem mortis præſtant. 11. qō. 3. præcipuè. 86. diſt. paſce.

p ¶ Accuſantur] Nã epiſcopi omnia etiã ea, quæ de nouo eueniunt, inſimul, cum alijs debent diuidere. arg. 12. q. 2. cognouimus. Item nec ea diſtribuere debet ſine conſenſu canonicorum, extra. de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. cap. nouit. licet ſit pręordinator in cunctis. 25. diſt. perlectis. niſi hoc ſibi vendicaret epiſcopus ex conſuetudine, ext. de his q̃ fiũt à præla. ea noſcitur. Et eſt arg. quòd ſemper præſumit̃ ꝙ accuſatio epiſcoporum fiat ex odio, vt no. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus Arg. contra. 6. q. ſi omnia.

Euenientiæ de nouo per quem ſunt diuidenda.

Accuſatio ẽporum præſumitur ex odio fieri.

q ¶ Poſſidere.] Hoc ad laicos refertur. vnde caute dixit in hoc mundo. & in clericis ſecus, vt infra. 12. q. 1. cap. duo ſunt.

r ¶ Sibi.] Arg. pro diſtributione portionum inter clericos.

ſ ¶ Æqualem.] Si 95. diſt. epiſcopus 2. & iſte eſt vnus gradus humilitatis, vt ſupra diſt. 22. de Conſtantinopolitana.

t ¶ In diſpenſatione.] Id eſt, diſtributione præbendarum.

Vitæ præſentis ipſa breuis dr̄ eſſe,

a ¶Vltionis.] Ex toto: quod non dr̄ differri, quia eorum tempus huius vitæ breuiſſimum reputatur. de pœniten. diſt. 5. conſideret. Nam quòd quandoque pœna differatur, eſt expreſſum infra. 23. q 4. quod Chriſtus. 45. diſt. licet r. & eſt ratio quare qn̄q; differatur, vt de pœnit. diſt. 3. qui d ergo. de pœn. diſt. 1. prædixerat.

quos probat.

h ¶Philippis] Nomen ciuitatis in Macedonia.

i ¶Cum epiſcopis.] Cum in vna ciuitate plures ep̄i nō debeant eſſe arg. diſt. 50 in illis, & c. epi. & 13. q. 1. c. 1. & ideo hoc ipſo nomine presbyteri intelliguntur.

X ¶Epi-

¶Certe, vt ipſe noſti, qui uiſibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum; accuſatur à paupere, damnatur a iudice: Ita & in eccleſia Dei, cum vnuſquiſque ſtipendia ſua perdit, clamat ad Deum; exauditur à Chriſto: nec differtur in hac parte vltionis [a] ſententia, ſi nō reddūtur vniuerſa. Moderatio enim Dei †, ac pietas ſolum noſtrum reditum quærit; ac nos cupit ſua longa † bonitate ſaluari. Sed ſi non conuertimur, ſi duri corde ſumus, ſi in peccatis vſque ad mortem illicite perduramus; aſſidue [b] peccanti, ſicut ſcriptum eſt, Deus non miſeretur.

† *Dei preces, ac ſolum*] orig.
† abeſt ab orig.

a ¶Nomen non habet.] *Sic etiam in originali, ſed in multis Gratiani manuſcriptis, & apud Anſelmum eſt*, nomen habet, officium non habet.

6 *Hoc capitulo ſacerdotum auaritia reprehenditur, diaconorum dignitas, ſiue officium commendatur. Sed quia, vt ſupradictum eſt, diaconi inſoleſcentes [c] etiam presbyteris ſe præferendos arbitrati ſunt; contra eorum ſupercilium ſcribit Hieronymus ad Euagrium epiſcopum, epiſt. 85. tomo. 2.*

¶Diaconi presbyteris debent ſubeſſe.

Cap. XXIIII.

Pola. ibidem.
Anſ. l. 7. c. 87.

Eſaia. 32.

LEgimus in Eſaia [d] [Fatuus fatua [e] loquetur.] Audio quendam in tātam erupiſſe vecordiam, vt diaconos presbyteris, ideſt epiſcopis anteferret. Nam cum Apoſtolus perſcipue doceat eoſdem eſſe presbyteros, quos epiſcopos; quid † patitur menſuram [f], & viduarum miniſter, vt ſupra eos ſe tumidus efferat, ad quorū preces Chriſti corpus, ſanguiſque conficitur? Quæris auctoritatem? Audi [g] teſtimonium: [Paulus, & Timotheus ſerui Chriſti Ieſu omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſūt Philippis [h], cum epiſcopis [i], & diaconis.] Vis & aliud exemplum? in actibus Apoſtolorum ad vnius eccleſiæ ſacerdotes ita Paulus loquitur: [Attendite vobis, & cūcto gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos [k], vt regeretis eccleſiam Domini, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.] Ac ne quis cōtentioſe [l] in vna eccleſia plures epiſcopos fuiſſe cōtendat, audi & aliud teſtimonium; in quo manifeſtiſſime comprobatur, eundem eſſe epiſcopum atq; presbyterum: [Propter hoc reliqui [m] te in Creta, vt quæ deerant, corrigeres, & conſtitueres presbyteros per ciuitates, ſicut & ego tibi mādaui. Si quis eſt ſine crimine, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ [n], aut nō ſubditos. Oportet enim epiſcopū ſine crimine eſſe, quaſi

† *al. quis patiatur.*

Philip. 1.

Act. 20.

Ad Titum 1.

b ¶Aſſiduè.] Ideſt, iterato non miſeretur de facili. nā vulnus iteratū tardius ſanatur, vt inf. de pœn. d. 3. inanis.

HOC CAPITVLO. Hæc eſt ſexta pars huius d. in qua laudat presbyteros, & humiliat diaconos. Io. de Fant.

CASVS. Supra proximo. ca. diaconi ſunt cōmendati, ſed q̄a nimis cōtra presbyteros ſuperbiebant, iō Hieronymus contra eorum ſupercilium ſcribit.

Laudis præconium ſuperbire facit

c ¶Inſoleſcentes] Quia ſæpè ex laudis præconio innaſcitur ſuperbiæ inflatio, vt 6. q. 1. ſunt plurimi. ſuperbiebāt fortè ex eo, ꝙ ſupra c. proxi. commendati ſunt.

LEgimus.] CASVS. Euagrius epiſcopus quæſiuit a Hieronymo, vtrū ſacerdotes eſſent diaconis præferendi: Et reſpondet, ꝙ ſic, & probat tripliciter ſcilicet ratione nominis ſiue appellationis: quia olim idē dicebatur preſbyter & epiſcopus. Et hoc probatur ſeptem auctoritatibus. Ratione officii, ſiue inſtitutionis. quia ad maius officium ſunt inſtituti presbyteri q̄ diaconi: q̄a ſacerdotes orant & prædicāt: ſed diaconi miniſtrant. Et reſpondet obiectioni, quam fecit ſibi ipſi de diaconis ratione eccleſię, & ratione promotionis: quia diaconus promouetur in ſacerdotem, & non econuerſo. & hæc promotio non fit, niſi de minori ad maius. Ratio officii incipit ibi, [Quid enim facit.] Ratio prohibitionis eſt ibi, [Qui prohibetur a minori]

d ¶In Eſaia.] 32. cap.

Fatuus eſt q fatua loquitur.

e ¶Fatua loquetur.] Nota. argu. ꝙ qui fatua loquitur, fatuus eſt, vt 23. q. 8. conuenior. & ff. de cond. inſti. quidam, infra de pœn. diſt. 1. §. poteſt. & 1. q. 1. ità fit.

f ¶Menſarum.] Quam iniuria patitur.

g ¶Audi.] Ideo dicit teſtimonium, quia duo ſunt per

K ¶Epiſcopos.] Ideſt, presbyteros, cum in vna eccleſia epiſcopi plures eſſe non debent.

l ¶Contentioſe.] Quia ſingularum eccleſiarum ſinguli ſunt epiſcopi, vt 7. q. 1. in apibus.

m ¶Reliqui.] Verba Apoſtoli ad Titum cap. 1. poſt ſequitur ad Timotheum.

n ¶Luxuriæ.] Ideſt, de luxuria accuſabiles. ideo non ſubditos, quia propter peccata filiorum citius rapitur quis morte. 47. diſt. §. neceſſe cum ſcilicet ipſe eſt negligens.

a ¶Per

1.*Tim.*4.

1.*Pet.*5.

Dei diſpenſatorem.] Et ad Timotheum: [noli negligere gratiam: quæ in te eſt, quę tibi data eſt per prophetiā [a] per impoſitionem manum presbyterij [b].] Sed & Petrus in prima epiſtola: [Presbyteros, inqt, in vobis precor cōpresbyter [c], & teſtis paſſionum Chriſti, & futurę glorię, quæ reuelanda, eſt particeps, regite gregē Chriſti, & inſpicite non ex neceſſitate [d], ſed voluntariè iuxta Deum.] Quod quidē gręcè ſignificantius [e] dicitur ἐπισκοποῦντες, ideſt ſuperintendentes: vnde & nomen epiſcopi tractum eſt. Parua tibi videntur tantorum virorum teſtimonia? Clangat tuba Euangelica, filius [f] tonitrui, quē Ieſus amauit plurimum; quid de pectore Saluatoris doctrinarum fluenta potauit. [Presbyter [g] Electæ [h] dñæ, filijs eius, quos ego in veritate diligo.] Et in alia epiſtola: [Presbyter Caio [i] chariſſimo; quem ego diligo in veritate.] Quòd autem poſtea [k] electus eſt, qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt; ne vnuſquiſq; ad ſe trahens Chriſti eccleſiam rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco Euangeliſta vſq; ad Heraclam, & Dionyſium, epiſcopus, & presbyteri ſemper vnū ex ſe electū, in excelſiori gradu collocatum, epiſcopum nominabāt: quomodo ſi exercitus Imperatorē [l] faciat, aut diaconi [m] eligāt [n] de ſe, quē induſtriū nouerint, & archidiaconum uocent. Quid enim facit, excepta ordinatione [o], epiſcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera [p] Romanæ vrbis eccleſia; altera totius [q] orbis exiſtimāda eſt. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Perſis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vnum Chriſtum adorant, vnam obſer-

*Mar.*3.
2.*Ioannis.*
3.*Ioannis.*

Petrus ſe vocat presbyterum.

a ¶Per prophetiam.] ideſt, per electionem.
b ¶Presbyterij.] Scilicet presbyteri mei, & ſic loquitur de ſeipſo: cum tamen ipſe Paulus eſſet epiſcopus, cum eum ordinaret.
c ¶Cōpresbyter.] Ecce Petrus ſe uocat presbyterum, cum tamen eſſet epiſcopus & ſummus, ſup. d.75. quòd dic Dominico. ver. ſacerdotum.
d ¶Non ex neceſſitate.] ideſt, ex gratia turpis lucri; argum. infra diſtinctio 95. eſto. Et ita eſt argumen. quòd presbyter non debet locare operas ſuas argum. 21. q. 2. præcipimus.
e ¶Significantius.] Scilicet, quòd epiſcopus dr̄ presbyter. q. d. ubi pro epiſcopo dicitur presbyter, ſignificantius diceretur ſic: ſcilicet epiſcopum: quia magis accedit ad ſignificationem uocabuli epiſcopus, quàm hoc nomen presbyter.

Ioannes dr̄ filius tonitrui.

f ¶Filius] ideſt Ioannes: quia altius intonuit, & quia cum Iacobo aſſumptus in montem ſeorſum audierunt vocem nubis: Hic eſt filius meus dilectus.
g ¶Presbyter.] Ecce Ioannes uocat ſe presbyterum, cū tamen eſſet epiſcopus.
h ¶Electæ.] Proprium nomen.
i ¶Caio.] Mitto ſalutem.

Prælatio inter miniſtros eccleſiæ ad quid facta fuit.

K ¶Poſtea] Hic reſpondet tacitæ obiectioni quare hoc immutandū eſt: & ad hoc reſpondet. Sed quæritur quomodo facta fuit hæc prælatio? Si dicatur, ꝙ in officio; contra, de conſec. diſt. 5. manus. quia exercere epiſcopalia nō licuit, niſi his qui ſucceſſerunt in locū Apoſtolorum. 68. diſt. quorum vices. 21. diſtin. in nouo. & ita hęc prælatio ab initio facta fuit. Si autem dicatur, ꝙ in nomine, obſtat 80. diſt. in illis, quia ibi dicitur, ꝙ quidam præpoſiti ſunt qui tantùm epiſcoporum uocabulo, &c. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ in prima primitiua eccleſia cōe erat officiū epiſcoporum & ſacerdotum, & nomina erant communia 99. diſt. olim. & officium erat cōmune, ſed in ſecunda primitiua cœperunt diſtingui & nomina & officia H. dic [1]. ꝙ tantum in nomine fuit facta prælatio. primo enim omnes dicebantur ſacerdotes; licet quidam alijs prælati eſſent quantum ad officium. Et quod dicitur 80. diſt. in illis, qui tātum epiſcoporum uocabulo potirētur, expone, ideſt, nō archiepiſcoporū, nec primatuū: & ita excluditur ſuperius, non inferius. Tertij dñt, ꝙ prælatio hæc facta fuit & quò ad nomē, & quo ad adminiſtrationem, & quò ad quędā miniſteria, quę ſpectāt tātū ad officiū epiſcopale: fuit hæc pręlatio facta à tempore Petri, & hoc innuit hæc litera ibi: Nam & Alexādrię à Marco euangeliſta uſq; Heraclam & Dionyſium: quia Marcus fuit contemporaneus Petro & Clemēti. arg. 25. q. 1. cū beatiſſimus. Heracla autem & Dyoniſius fuerunt cōtemporanei ipſi Hieronymo; & ita eſt illud cōtra ſed tum, 80. diſt. in illis. & illud de cōſec. diſtin. 5. manus. Ante prælationē ergo iſta nomina, presbyter, epiſcopus erāt prorſus ſynonyma, & etiā adminiſtratio communis erat: communi conſilio ſacerdotum regebantur eccleſiæ. 95. diſtinct. olim in ſchiſmatis ergo remedium (vt hìc dicitur) facta eſt prælatio, ut unus præeſſet & quò ad nomen, & quò ad adminiſtrationem, & quò ad quædam ſacramenta, quæ modo appropriantur epiſcopis.

1 Ipſe Hug. ſic dicit, ego credo, ꝙ ab initio diffa fuit inter epōs & ſimplices ſacerdotes ſicut mō eſt & in adminiſtratione, & in p̄latione. & in officijs, & in ſacramentis; ſed quò ad appellationē non erat differentia: quia cōiter & indifferēter illi & illi dicebātur epī & presbyteri. Arch. †

† *Et hæc Archid. de differentia epī & presbyteri ſententia tenē da eſt, vide Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. & Can. 7. S. Tho. 2. 2. q. 184. 6. 1.*

Marcus, Petrus, & Clemens, fuerunt cōtemporanei.

l ¶Imperatorem.] Ex ſola enim electione principum dico eum verum Imperatorem antequam à Papa confirmetur. Argu hìc. licèt non ita appelletur, vt dixi 63. diſt. quanto. contrarium eſt uerum, extra de elec. venerabilem. 23. diſt. in nomine [2].

Electio ſola nō facit uerum imperatorem.

2 Adde Alb. de Roſa. in l. bene à Zeno. argu. C. de quadrim. pręſcript. & Bar. ī extrauag. ad reprimendā. in ver. rege.

m ¶Diaconi.] Supple & quomodo diaconi eligunt, &c.
n ¶Eligant.] Ecce quod epiſcopi non eſt archidiaconum eligere, &c. Arg contra, 74. diſt. epiſcoporum. Sed variæ ſunt conſuetudines. 21. diſt. §. 1. extra de electio. eccleſia Vulterana.
o ¶Ordinatione] In ordinatione cætera intelliguntur quæ non fiunt, niſi ab epiſcopis. hæc continentur ſup. d. 68. quamuis choriepiſcopis.
p ¶Nec altera.] Reſponſio eſt ad tacitam quæſtionem nonne diaconi Cardinales Romani præponuntur omnibus presbyteris, exceptis presbyteris Cardinalibus, quibus uidentur parificari? Reſpon. quòd conſuedo Romanæ eccleſiæ non eſt trahenda ad conſequentiam, vel reſponſio eſt hic in princip. cap. 1. ibi; audio quædam, &c dicebant enim quidam, quod ſicut Romę honorabiles erant diaconi. ita debebant eſſe ubique locorum.

Diaconi Cardinales vtrū præponātur oībus preſbyteris.

q ¶Totius.] Immo fideles ſunt una eccleſia: & hoc eſt quod ſequitur. & Galliæ, &c.

a ¶Maior

Cõſuetudo g̃nalis eſt ſequenda.

a ¶Maior eſt.] Et ideò magis ſequenda eſt conſuetudo generalis, vt ſup. diſt. 12. nouit. ſupra diſt. 40. nos qui. &c. non loca 1. Et eſt. hic ar. q̃ ſtatuta concilij præiudicant ſtatuto Papæ ſi contradicant, ut dixi. 9. q. 3. nemo.

b ¶Eiuſdem meriti.] Quantum ad ſapientes & peritos & diſcretos. Nã idiotę & vulgares, epiſcopum paruæ ciuitatis contemnere ſolent arg. d. 80. epiſcopi.

c ¶Et paupertatis.] Nam paupertas ciuitatis nõ minuit pręrogatiuam regni, ut inf. 96. diſ. ſicut. nec mulier propter paupertatem dicitur humilis, vel abiecta. C. de inceſt. nup. l. humilem. Ar. contra in auth. de defen. ci. §. nos igitur. coll. 3. 2.

d ¶Diaconi.] Hoc nõ ſolum Romę, fit, ſed etiam aliarũ eccleſiarum conſuetudo obſeruat: ſed forte tpe Hieronymi nõ fiebat: hodie fit, ext. de ſeru. or. fa c. 1.

e ¶Vrbis.] ſup. d. 11. quis neſciat. contra. & c. nolite. contra. Sed ibi de ea conſuetudine agitur, quam eccleſia Romana ſeruat, & alijs mandat ſeruandam: hic uerò de ea, quam ſola ſeruat, nec vult ab alijs ſeruari. vnde ibi dicit, quam Romanam eccleſiam viderit ſequi & docere. de conſecr. diſt. 1. baſilicas.

f ¶Cõſuetudinem.] Q. d. non quod fiat, ſed qđ fieri debeat conſiderandũ eſt, vt ext. de elec. c. uenerabilem. 22. q 2. gloria in fi. de offi. pręſid. ſed licet.

g ¶Paucitatẽ.] Quia pauci erãt tales diaconi: & ideo ſuperbiebant. quidquid enim rarò accidit, miraculũ eſt, in authent. de conſuet. §. itaque. colla. 3.

h ¶Pretioſius] Sicut & pretia rerũ in quibuſdam locis variantur ſecũdum plus & minus. ff. de eo quod cer. lo. l. ideo.

i ¶Mẽſis] Viduarũ, & pauperum, ſed tantum inſtemus prædicationi.

K ¶Dignitatis] inf. 8 q. 1. qui epiſcopatum contra, ſed ibi. iuxta etymologiam uis nominis deſignatur, hic qđ ex vſu loquendi ex nomine concipitur. Vel dicendum quòd non eſt nomen honoris tantùm, ſed etiam oneris. 8. q. 1. illud inferendum.

l ¶Continetur.] Nam in toto continetur, & pars, vt 4. quæſt. 4. pœnale. & ff. de reg. iu. in toto. & eſt ſi. ff. quod met. cau. l. 1.

m ¶De minori.] Hoc bene dicitur. ff. de mu. & hon. vt gradatim.

n ¶Sacerdotibus.] infra de pœniten. diſtin. 1. §. ex his itaque.

ADDITIO. Extra de tranſla. cap. 1. & cap. licet.

Concord. tex in l obſeruare ff. de offi. procon. in l. dẽque. mandati.

Ẽps paruæ ciuitatis cõtemnitur ab idiotis.

Paupertas nõ facit mulierem abiectam.

2 Ad idem 16. q. 1. ſunt nonnulli in fine.

Miraculum eſt quod raro accidit.

Pars cõtinetur in toto.

AD-uant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, orbis maior eſt [a] vrbe. Vbicunque fuerit epiſcopus, ſiue Romæ ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij, ſiue Alexandriæ, ſiue Tanis; eiuſdem meriti [b], eiuſdem eſt & ſacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis [c] humilitas vel ſublimiorem, vel inferiorem epiſcopum non facit: cęterũ omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. ¶Sed dicis, quomodo Romę ad teſtimonium diaconi [d] presbyter ordinatur? Quid mihi profers, vnius vrbis [e] conſuetudinem [f]? Quid paucitatẽ [g] de qua ortum eſt ſupercilium, in leges eccleſiæ vendicas? Omne, quod rarum eſt, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretioſius [h] eſt. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba cõtemptibiles facit. Cæterùm etiam in eccleſia Romæ presbyteri ſedent, & ſtant diaconi; licèt paulatim increbreſcentibus vitijs inter presbyteros abſente epiſcopo, ſedere diaconum viderim, & in domeſticis conuiuijs benedictiones † presbyteris dare. Diſcant, qui hoc faciunt, non ſe rectè facere, & audiant Apoſtolos; [Non eſt dignum, vt relinquentes uerbum Dei, miniſtremus menſis. [i]] Sciant, quare diaconi conſtituti ſint. Legant acta Apoſtolorum: recordentur cõditionis ſuæ. Presbyter, & epiſcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis [k] eſt nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione epiſcopi, & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in epiſcopo & presbyter continetur [l]. Qui prouehitur, de minori [m] ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, vt presbyter minor diacono comprobetur, in quem creſcit ex paruo: aut ſi ex diacono ordinatur presbyter, nouerit ſe β laicis maiorem, ſacerdotibus [n] eſſe minorem.

† *al. benedictionẽ corã presbyteris.*

Act. 6.

α ¶Per prophetiam.] *Sic in vulgata editione, & græcè διὰ προφητείας: ſed hic apud B. Hieronymum*, prophetiæ.

β ¶Nouerit ſe.] *In originali eſt*, nouerit ſe lucris minorẽ, ſacerdotio eſſe maiorem. *Quo etiam pertinet, quòd idem Hieronymus ad caput ultimum Ezechielis ſcribit.* Leuitarum multitudinem intelligere ſe à ſacerdotali gradu eſſe diſiunctã, & ad decutiendam ſuperbiam miniſtrorum, qui ignorantes humilitatem ſtatus ſui vltra ſacerdotes, hoc eſt presbyteros intumeſcunt, & dignitatem non meritò, ſed diuitijs æſtimant. *Verùm ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Cyprianus lib. 3. epiſt. 9.

¶De eodem. Cap. XXV.

DOminus noſter ipſe Ieſus Chriſtus rex, & iudex, & Deus noſter vſque ad paſſionis diẽ ſeruauit hono- Iuo p. 5. c. 355.

DOminus.] CASVS. Cyprianus probat, q̃ diaconi debent reuereri ſacerdotes tanquam maiores. Et hoc probat duobus exemplis Chriſti, qui ſacerdotib. & ponti-

pontificibus Iudæorum, licèt mali eſſent, reuerrntiam exhibuit. Et vna ratione: qa ſacerdotes a Domino, diaconi verò poſt Aſcenſionem ab Apoſtolis ſunt inſtituti. Primum exemplum eſt ibi, [Nam cum leproſum.] Secundum eſt ibi, [Item ſubditus.] Tertium eſt, ibi, [Memi-

d ¶Conſtituerunt.] Hoc in nouo teſtamento. nam in veteri vtrique a Domino ſunt electi. ſupra ead. c. diaconi. contra. Sed illud in veteri teſta. hoc in uouo. vel per dominum fit quod ab Apoſtolis ſtatuitur, vt 28. q. 1. ſic enim. tamen auctoritate eius. de conſecra. diſtinctio. 4. quando.

rem pontificibus, & ſacerdotibus; quamuis illi, nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti ſeruaſſent. Nam cum leproſum emundaſſet, dixit illi: [Vade, & monſtra te ſacerdoti; & offer donum.] Humilitate ea, qua nos quoq; eſſe humiles docuit, ſacerdotem adhuc appellabat, quem ſciebat eſſe ſacrilegum [a]. Item ſub ictu paſſionis cum alapam accepiſſet, & ei diceretur.] ſic reſpondes Pontifici?] nihil ille contumelioſe locutus eſt in perſonam Pontificis: ſed magis innocentiam ſuam tutatus eſt, dicens: [Si male locutus ſum, exprobra de malo: ſi autem bene, quid me cædis?] quæ omnia ab eo ideo facta ſunt humiliter, atque patienter, vt nos [b] humilitatis, ac patientiæ haberemus exemplū. Docuit enim ſacerdotes veros legitimè, & plenè honorari dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis extitit †. Meminiſſe autem diaconi debent; quoniam Apoſtolos, ideſt epiſcopos, & præpoſitos † Dominus elegit [c]: diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cælos Apoſtoli ſibi conſtituerunt [d] epiſcopatus ſui, & eccleſiæ miniſtros. Quòd ſi nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui epiſcopos facit; poſſunt, & contra nos audere diaconi, a quibus fiunt [e].

Luc. 5.

Io. 18.

† al. exiſtit.

† al. presbyteros.

7 *Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, vbique ſeruandum eſt, niſi cum locum diaconus habuerit aut proprij patriarchæ, aut ſui metropolitani.*

Unde in ſexta ſynodo, cap. 7. legitur.

¶Diaconus ſacerdotibus non præferatur; niſi locum metropolitani ſui obtineat.
Cap. XXVI.

Ivo p. 6. c. 123.

PRæcipimus, ne diaconus (quamuis etiam in dignitate hoc eſt, in officio quolibet eccleſiaſtico ſit) ante preſbyterum [f] ſedeat, niſi cum locū habuerit proprij patriarchæ, aut metropolitani ſui pro aliquo capitulo. Tunc [g] enim ſicut illius locum tenens honorabitur. Si quis verò præſumpſerit hoc tyrannice facere, a proprio gradu repulſus, vltimus [h] omnium fiat in ordine ſuo.

e ¶A quibus fiunt.] Arg. quòd nemo debet ſe opponere illi, a quo recipit beneficiū, vt 22. q. 5. ꝗ formа. & ext. de poſtu. cap. vlt. ff. de inoffic. teſtamen. ſi pars. in fi. §. hoc autem. 8. q. 2. illud 1.

Nemo ſe opponat illi a quo beneficiū recipit.

HOC AVTEM. Hæc ē ſeptima pars huius diſtin. in qua dicitur, quòd quando diaconus vel ſub diaconus tenet locū patriarchæ, ſuperior eſt Io. de Fant.

1 96. d. ſi imperator 1. q. 7. §. 1.

CASVS. Supra dictum eſt, quòd officium diaconorum minus eſt, quam officium Sacerdotum, quod verum eſt generaliter, niſi cum diaconus eſt legatus patriarchæ, vel archiepiſco. vt ſeq. cap.

PRæcipimus.] CASVS. Statutum fuit in ſexta ſynodo, quòd diaconus non ſedeat ante presbyterum, niſi ſit legatus patriarchæ, vel archiepiſcop. pro aliquo negocio decidendo. In quo caſu honorādus eſt: ſicut ille cuius vice fungitur, & ſi quis diaconus aliter facere præſumpſerit, repellitur ab officio ſuo.

f ¶Ante presbyterū ſedeat.] In concilio. 17. diſt. epiſcopos. in fine.

g ¶Tunc] Argumē. aliquem tādiu habere priuilegium, quā diu tenet eius locū 2 16. quæſt. 1. generaliter. C. de teſtamen. milita. l. vltima, & hæc dictio, tunc, extremitatem, ideſt, finem iuriſdictionis complectitur. argumen. de conditio. & demōſt. l. quarta. §. ſi ita. item argumen. quòd quis conſequitur ex alterius perſona, quod non habet ex ſua. ff. quæ rer. pigno. obligatio. poſſunt. l. Ariſto. Et dicit lex, quòd ſi non poteſt prohibere me euntem per fundum, nec aliquem nomine meo, ff. de verborum obligatione, ſi ſtipulatus. tamen ea tantum habet iſte, quæ iuriſdictionis ſunt, non quæ ordinis. argumen. ad primum. extra de offic. delega. ſanè 2.

2 Concor. tex. in l. pe. in fin. C. de aquædu. l. 11. & Alex. de Imol. in rub. de offi. eius cui mādа. eſt iuriſ coll. 4.

[Meminiſſe autem.]

a ¶Sacrilegum.] Argu. quòd ſi dominus Papa aliquem ſuis priuilegijs primatem appellat, ex ipſa nominatione ius ei acquiritur. 23 quæſt. 4. dicat. in fine. 16. q. vlti. contra ſauctorum. argu. contra 3. quæſtio. 6. hæc quippe extra de præſump. illud C. de iuris & facti ignoran. non idcirco. Et eſt argumen. ex hoc, quòd tum bonus quàm malus ſacerdos gaudet priuilegio clericali. 11. q. 1. ſacerdotibus.

Sacerdos tā bonus quam malus gaudet priuilegio clericali.

b ¶Vt nos.] Sed debent eſſe fortes, ideſt, debent præſtare exemplum facti boni ex animo: ideſt, ex dilectione, & non velint dominari.

c ¶Elegit.] Not. ꝙ quanto a maiori quis ordinatur, tanto eſt maioris dignitatis, vt 1. q. 1. filium extra de maio. & obed. per tuas.

Ordinatus a maiori maioris eſt dignitatis.

h ¶Vltimus.] Nota, ꝙ qui deliquit in aliquo ordine, in hoc punitur, ꝙ poſt ponitur alijs ſui ordinis, vt 50. d. accedens. & 19. q. 3. mandamus. 25. q. 2. ſic decet. 24. d. § 2. & 1. q. 7. c. 7.

Subdiaco-

Subdiacono.] Hæc diſtinct. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, ꝙ etiam ſummus Pontifex poteſt ſubdiacono committere vices ſuas, & hoc probat per capit. ſequen. ſecunda ibi, [Legatum.] Tertia ibi, [Archidiaconus.] Ioan. de Fant.

DISTINCTIO XCIV.

Subdiacono [a] *etiam ſummus patriarcha vices ſuas committere valet.*

Vnde Gregorius α *ad epiſcopus Siciliæ lib.1.epiſt.1.ait.*

α ¶Gregorius.] *Reſtituta eſt inſcriptio ex Polycar. nam antea legebatur*, Symmachus Papa.

¶Etiam ſubdiaconis vices ſuas Apoſtolica committit eccleſia. Cap. I.

Valde neceſſarium eſſe perſpeximus, vt ſicut prædeceſſorum noſtrorum fuit iudicium, ita vni, eidemq; perſonæ omnia [b] committamus, vt vbi nos præſentes [c] eſſe non poſſumus, noſtra per eum, cui præcipimus [d], repræſentetur [e] auctoritas [f]. Quamobrem Petro ſubdiacono ſedis noſtræ, intra prouinciam Siciliam vices noſtras, Deo auxiliante, commiſimus. Nec enim de eius actibus dubitare [g] poſſumus, cui Deo auxiliante totum noſtræ eccleſiæ noſcimur patrocinium † [h] commiſiſſe.

Poly.l.1.tit.14 Anſ.l.1.c.26.

† *al. patrimonii.*

2 *Legatum vero Apoſtolicæ ſedis quicunque impedierit vſque ad ſatisfactionem excommunicetur.*

Conc. Triburienſe, cap.9.

Vnde Alexander Papa 1.epiſt.2. omnibus epiſcopis.

¶Excommunicetur, qui legatum ſedis Apoſtolicæ impedire tentauerit. Cap. II.

Burc.l.15.c.37.

† *al.euertit.*

Si quis autē legationem [i] impedit, non vnius, ſed multorum [k] profectum auertit †. Et ſicut multis nocet [l], ita a multis arguendus eſt; & bonorum ſocietate priuandus †. Et quia Dei cauſam impedit [m] & ſtatum conturbat eccleſiæ; ideo ab eius liminibus [n] arceatur †. Ab omnibus

† *al. arcendus.*

† Concor. tex. in §. itē l. Iulia. de vi. cum gl. per quam habes concor. inſt. de pu iud.

CASVS. Dictū eſt ſu. ꝙ diacono poteſt patriarcha, vel archiepiſcopus viices ſuas cōmittere. Nunc autē dicit Gratianus ī hac 94.d. ꝙ etiam ſubdiacono pōt ſummus patriarcha committere vices ſuas. Et iſte eſt primus articulus huius diſ. quæ tres habet articulos.

a ¶Subdiacono.] hic intitulatur 94.diſ. in qua magiſter idē dicit đ ſubdiacono, ꝙ dictū erat in ſuperiori ca. de diacono, ꝙ ſcilicet etiā legatus Papæ poteſt eſſe. Exponit tres. §§. & ī §. ſingulis, mutatr materia. In primo dicit, quod dixi. In ſecūdo ꝙ ſi quis impedit legatum dñi Papę, excōicādus eſt. In tertio, quod archidiaconus vltra ſuum ſtatum exigere non debet. Ioan.

Valde.] CASVS. Symmachus intra Siciliā prouinciā cōmiſit vices ſuas Petro ſubdiacono. Vnde p̄cipit Symmachꝰ vt de eo nō dubitēt, quem ipſe præuidit præferendum, ſed eum recipiant.

b ¶Omnia.] Supra d.89. ſingula. contra, ſed hic, omnia quo ad cognitionem cauſarum, non quo ad dignitates, vel officia eccleſiaſtica, vt ibi.

Præſentia non exhibetur per aliū.

c ¶Præſentes.] Arg. ꝙ præſentia non exhibetur per aliū arg. contra. 65.d.c.2.

Papa laico cām ſpūalē committere poteſt.

d ¶Præcipimus.] Arg. ꝙ Papa etiam laico cauſam ſpiritualem committere poſſit. 32.d. §. verum. & §. ad hoc.

e ¶Repræſentetur.] Nam idem ipſe videtur cognoſcere qui dedit iudicem, vt extra de off. deleg. ſanè. C. vbi, & apud quem reſtitutio petit debet. l.3. C de iud. l. vlti.

Delegatus nō hēt plus iuriſdictionis, q̃ delegans.

f ¶Auctoritas.] Not. ꝙ delegatus non hēt plus iuris, q̃ delegans, ſiue par ſit aliàs delegatus ar ff. de dam. inf. q bona. §. vl. ſiue ſit maior, ff. de off. eius cui man. eſt iu. & ſi prætor. qñq; tñ habet minus quis ſi ex delegatione cognoſcat, quam ſi ex iure ſuo. extra de offi. dele. ſuper quæſtionnm, §. ſi verò arg. C. de procu. maritus.

Delegatus ēt Papæ pōt recuſari.

g ¶Dubitare.] Arg ꝙ ſi Papa ex certa ſcientia dat iudicem, ꝙ ille non poteſt recuſari. ff. de offi. præfe præto. l. vnica. inf. 17.q.4. §. qui autem. extra de rerum permuta. cum olim. & extra de appel. nouit. Sed contra extra de app. cum ſpeciali & cap. poſtremo. Ioan. Solu. iudex poterit ſemper recuſari iuſta cauſa interueniente 1. ēt ſi eſſet legatus Papæ, vt ext. de offi. lega. licet. cum legitimæ exceptiones cuilibet reſeruentur, vt extra de officio deleg ex parte B.

1 Ad hoc ext. de offic. delega. cum olim magiſter. vbi de hoc. Arch.

LEGATVM Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis, in qua dicit, ꝙ nullus debet impedire legatos Romanæ eccleſiæ, & ſi fecerit, ex communicetur, vt in ca. ſequentes. Ioannes de Fant.

CASVS. Hic eſt ſecundus articulus, vbi dicitur, ꝙ qui impedit legatum Apoſtolicæ ſedis, excōicari debet.

h ¶Patrocinium.] Ergo Sicilia eſt de patrocinio B. Petri vt ar. 10.q.3. relatum. 11.q.1. peruenit.

Sicilia eſt de patrocinio Petri.

Si quis.]

Si quis.] CASVS. Dicit Alexander in hoc c. ꝙ quicunque legatum impedit, non vnius, ſed multorúm profectum turbat, & ideo a multis eſt arguendus, & a liminibus eccleſiæ arcendus donec reſipiſcat.

i ¶Legationem.] Immo qui legatum hominum impedit, tradendus eſt hoſtibus, vt ff de leg l. vlt.

Peccans in multos grauius peccat.

K ¶Sed multorum.] Argu. ꝙ qui peccat in multos, grauius peccat. extra de teſti. ſicut 22.q.5. qui compulſus. ſicut qui circa eandem perſonam multis modis peccat, grauius peccat. 23 q.5. relegantes. Sed nunquid qui eum capit poteſt ab eo abſolui? ſic, extra de ſent excom. ad eminentiam. Et no. ꝙ legatus huiuſmodi non poteſt epiſcopum deponere, nec mutare de loco ad locum, nec in manibus eius p̄t epiſcopus reſignare, niſi ad hoc haberet ſpeciale mandatum. extra de offic. leg. c quod tranſlationem ar. ff. de offi. eius cui mand. eſt iur. l.1. Bar. legebat hoc c. truſando. ſi quis impedit legatum, non auertit profectum vnius tantum. ſ. Cardinalis: ſed multorū, ideſt, familiæ ſuæ, & parentum, & ſicut multis nocet ille. ſ. Cardinalis, ita a multis eſt redarguendus, & ita vſque in finem.

l ¶Nocet.] Ergo quicumque aliquid nocumenti ſentit, admittitur ad agendum, vel accuſandum, vt 12.q.2. non liceat.

m ¶Impedit.] Nec legatus delegatum impedire debet extra de offi. leg ſtuduiſti.

Punitur q in eo in qu peccat.

n ¶Liminibus.] Arg. in quo quis delinquit, in eo debere puniri. 12.q.2. qui & humanis 27.q.4. frater. & coepiſcopus.

ARCHI-

ARCHIDIACONVS. Hæc eſt tertia pars diſtinctionis, in qua dicitur, ꝙ Archidiaconi non debent facere collectas in ſubditos; & hoc probatur per c.ſeq Io. de Fan. CASVS. Hic eſt tertius articulus, vbi dicit, ꝙ archidiaconi non debent grauare clericos auferẽdo eis pecuniā & dd-

dic.l 2 §. vlt. extra de offic.deleg. ex literis Illud ergo exaudi cum pecuniaria pœna non timetur. alias ſi illa magis timetur. imponenda eſt 23. q. 5. prodeſt. cum tamen pœna pro eodem peccato non infligatur niſi ter in anno. C. de mo. mul. eos.

tra de elec. dudum 2. & de ciñc. Archid cap. vlt. Arch.

† *al. quoque.*

itaque † talis eſt cauendus; & non in communionem fidelium, vſque ad ſanctificationem recipiendus.

a ¶ Legationem.] *In epiſtola ipſa, cõcilio Triburienſi, & apud Burchardum additur,* veſtram. *Ea enim legatio videtur ſignificari, qua Apoſtolos, & epiſcopos pro Chriſto fungi docuit beatus Paulus 2. Cor. c. 5.*

3 *Archidiaconus verò, quamuis ex officio ſuo clericorũ vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quę corrigenda inuenit, epiſcopo nũciare; tamẽ dominationẽ ſuper eos exercere, & cenſum ab eis exigere prohibetur. Vnde in Cabilonenſi conſilio, c. 15. legitur.*

¶ Archidiaconi ſuper presbyteros iuriſdictionem non exerceant. Cap. III.

Iuo p. 3. c. 134.

DIctum eſt, quòd in pleriſque locis archidiaconi ſuper presbyteros parochianos quandam exercent dominationem, & ab eis cenſum exigunt. Quod magis ad tyrannidem, quàm ad rectitudinis [a] pertinet ordinem. ¶ Si enim iuxta Apoſtoli [b] ſententiam epiſcopi non debent eſſe dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo [c], multò minus facere iſti hoc debent; ſed contenti ſint regularibus diſciplinis, & teneant propriam menſuram: & quod ab epiſcopis eis iniungitur [d], hoc per parochias ſuas exercere ſtudeant, nihil per cupiditatem; & auaritiam præſumentes.

1. Pet. 5.

DISTINCTIO XCV.

1 ps

QVòd autem [e] *ſacerdotes ſupra iubentur epiſcopis tanquam ſubditi obedire, non ita intelligendum eſt, quaſi non liceat eis, præſentibus epiſcopis ſacra myſteria celebrare (ſicut epiſcopali ſupercilio quidã ab his volebant presbyteros prohibere:) ſed quia presbyteri Pontificalibus tanquam filij parentibus debent obedire. Baptizatos etiam chriſmate [f] eis tangere conceditur.*

Vnde Gregorius ſcribit Ianuario epiſcopo Caralitano, lib. 3. epiſt. 26. indic. 12.

De conſec. diſtin. 4. presbyteri baptizatos. Poly. li. 3. tit. 10. Magiſter 4. ſenten. diſt. 7. cap. 1.

¶ Vbi epiſcopi deſunt, baptizatos in frontibus presbyteri chriſmate tangant. Cap. I.

PEruenit quoq; ad nos, quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, ꝙ presbyteros chriſmate tãgere in frõte eos, qui ba-

b ¶ Apoſtoli.] ideſt, Petri: licet alibi dicat, ꝙ nomine apoſtoli, Paulus deſignatur. 16. q. 1. ꝑdicator. 10. q 3 quia cognouimus.
c ¶ Ex animo.] Ideſt, ex dilectione, vt non uelit dominari.
d ¶ Iniungitur.] Videtur ergo, ꝙ archidiaconus nõ habeat niſi demãdatã iuriſdictionẽ. De hoc notaui 25. d. perlectis.

Archid. an habeat iuriſdictionem delegatam.

QVòd autẽ.] Hęc diſt. diuiditur in tres partes, in quarũ prima quæritur vtrũ ſacerdotes poſſint chriſmare, ſiue cõfirmare pueros in frõte? & dicas, ꝙ nõ: tñ vult probare ꝑ c. Greg. ꝙ poſſunt, ſ. 93. diſt. à ſubdiacono. H. Secũda ibi, [ſed q̃ritur.] Tertia ibi,] Chriſma.] Io. de Fan.
CASVS. Dictũ eſt ſ. ꝙ ſacerdotes epiſcopis debent obedire. Nunc in hac 95. diſt. dicit Gratianus, ꝙ hoc nõ dẽt intelligi q̃n poſſint Miſsã coram epiſcopo celebrare: ſed qa debent eis ſicut filij obedire. Et primo ponit quadã cõtrarietatẽ: poſtea ſoluit eam in §. ſed iſtud. Poſtea auctoritate Innocentij ſoluit duas q̃ſtiones, ĩ. ea. iſtud. Ad vltimũ repetit de dignitate ꝑsbyterorũ, oſtendens multa eis licita etiam in epiſcoporum pręſentia.
e ¶ Quod aũt.] Hic intitulatur 95. diſ. in qua ponit Gratianus quandam contrarietatem & eam, ſoluit ». poſtea ponit duas quæſtiones, & eas ſoluit auctoritate Innocentij. Repetit poſtea de dignitate presbyterorum, oſtendens multa licere presbyteris in epiſcoporum præſentia.

& dominationẽ in eos exercendo, licet quæ corrigenda uiderint, debeant epiſcopo nunciare.

DIctum CASVS. Quidã archidiaconi dominationem exercebant in presbyteros, & parochianos ſuos, & ab eis cenſum exigebant: quod ẽt ẽpis facere non licet, iuxta Apoſtoli ſnĩam: ideò prohibetur ne archidiaconi de cætero illam cupiditatem exerceant; ſed teneant ꝓpriã menſurã, & faciant, quod epiſcopi eis præceperint.

a ¶ Rectitudinis.] Sed nunquid de conſuetudine præſcripta poſſunt archidiaconi mulctare? videtur, ꝙ non extra de pœ. licet Sed dic, ꝙ bene poſſunt, ex quo iudicare poſſunt de conſuetudine præſcripta 1. arg. ff. de iu-

Archidiaconi mulctare poſſunt.

Ad hoc

f ¶ Chriſmate.] inf. de conſecr. d. 5. manus. contra, &c. nouiſſime. cõtra. ſ. d. 21. cleros. contra. Hoc ad tempus pro ſedando ſcandalo fuit conceſſum: nunc uerò antiquatum, vel in primitiua eccleſia presbyteri chriſmabant, nunc uerò minimè extra de conſuet. quanto. Io.

PEruenit.] CASVS Quidã presbyteri pueros in fronte chriſmabant, quod cum Greg. prohibuiſſet, quidã ex hoc ſcandalizati fuerunt; & ideo propter ſcandalum

ptizati † ſunt, prohibuimus. Et nos quidem ſecundum vſum veterem eccleſiæ noſtræ fecimus. Sed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur; vbi epiſcopi deſunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos † chriſmate tãgere debeant, concedimus [a].

† *bapti Zãdi*] orig

† *baptiZandos*] orig.

Item Leo eps contra: [Quamuis choriepiſcopis, &c.]

dist.68.

Item Gelaſius Papa epis per Lucaniã, &c. epiſt. 1. c. 8.

¶Vltra ſuum modum presbyteri tendere non præſumant. Cap. II.

PResbyteros vltra ſuum modum tẽdere prohibemus: nec epiſcopali faſtigio debita ſibimet audacter aſſumere; non conficiendi chriſmatis, non cõſignationis pontificalis adhibendæ ſibimet arripere facultatem.

Sed iſtud [b] Gregorij pro ſcandalo ſedando ſemel conceſſum legitur. Illud autem Leonis Papæ, & Gelaſij, vſu approbante prævaluit; niſi fortè, vbi aliquorum conſuetudo hoc admiſit, ut in abſentia epiſcopi, extrema neceſſitate cogente, ex conceſſione Gregorij, presbyteri baptizatos in fronte liniant. ¶Prohibitio verò Leonis, & Gelaſij in eo caſu intelligatur cum epiſcopi præſentes ſunt, vel cum non cogit vltima neceſſitas. Oleo verò ſanctificato [c] permittitur eis vngere infirmos. Vnde Iacobus ait: [Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, qui orent ſuper eum, vngentes cum oleo in nōe Domini; & oratio fidei ſaluabit infirmum.] *Iaccob. 5.*

2 ¶ *Sed quæritur, an epiſcopis liceat eodem oleo ungere*

Papa vtrum poſſit delegare ſimplici ſacerdoti, ut in fronte chriſmet.

lum remouendum conceſſit presbyteris, ut in abſentia epiſcoporum chriſmarent.

a ¶Concedimus.] Hoc expeditũ eſt, ꝙ presbyter chriſmando ſi ſua auctoritate hoc facit, nihil agit. nec pueri aliquid recipiunt. extra. de conſue. quanto. Sed nũquid Papa ei demandare hoc poteſt? Quidam dicũt, ꝙ ſic 1. ex quo omnia ſacramenta, quæ recipit p̄sbyter ex delegatione Papæ conferre poteſt. arg. hic unde diaconus poteſt conferre diaconatũ, & cõfirmare in fronte? ſed non poteſt Papa ei demãdare, vt conferat ordinem, quem nō habet, vel etiam ut cõficiat corpus Chriſti: quia ſolis presbyteris dictum eſt: Hoc facite in meam cõmemorationem. ar. 1. q. 1. dictum hoc * dicit H. alij dicũt, ꝙ nō poteſt Papa delegare presbytero, vt chriſmet in fronte. vnde iſti nihil conferebant. Si obijciatur quare hoc permiſit Greg. illis, cũ in hoc videatur eis dare licentiã peccandi? Dicunt quidã, ꝙ hoc inuitus p̄miſit ob nimium ſcandalũ: nec dabat eis occaſionẽ mali? qa inuitus hoc concedebat. 35. q. 3. quod ſcripſi, & 23. q. 2. ſi quod uerius. Alij dicunt, ꝙ hoc cap. loquitur ſecundum antiqua tempora, ſed hoc nihil eſt: quia litera huius cap. contradicit, ibi, ſecundum ueterem uſum & quia ſecundum hoc Gregor. nihil hic concederet. Sed nunquid Papa poſſet eis concedere, vt chriſma conficerent? H. dicit quod non. Item quæritur, nunquid epiſcopus demandare poteſt ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis? Sic 2. ſed ea non poteſt demandare niſi epiſcopo argu. extra de conſec. eccl. aqua. Ea verò quæ iuriſdictionis ſunt poteſt etiam demandare presbytero, ſicut & reconciliare. 26. q. 6. presbyter. &c. Aurelius. Sed etiam inter ea, quæ iuriſdictionis ſunt, quædam nō poſſunt demandari niſi eis qui adminiculo ordinis illa exercere poſſunt, ut deponere, verberare clericum. Alia ſunt quæ ēt laicis demandari poſſent: ſicut iudicare in cauſa ciuili. Item dico ꝙ epiſcopus nihil habet hodie, quod ſit meri imperij, quod demandari non poſſit. de quia lex loquitur. ff. de offic. eius cui man eſt iuriſ. l. 1. quia omnia alij epiſcopo demandare poteſt, niſi vſum palij. extra de vſu palij ad hoc.

1 Iſtud dictum cõfirmatur extra de conſuet. quanto. § j. 1. ibi, ſua temeritate, &c. quaſi dicat ibi ex noſtra auctoritate bene poſſent. & ſic ibi intelligit. Ho.

* *Vide B. Tho 3. p q. 72. 11. primum. & 4. ſent. d. 7. q.*

2 Sub. licet ab apoſtolis fuerit inſtitutum, vt à ſolis epis cõficeretur. de cõſec. diſt. 5. manus. In multis. n. ſtatutis apoſtolorũ licita ē diſpenſatio, ſm Hug. Eps demandat tam ea quæ ſunt ordinis, q̃ ea quæ ſunt iuriſdictionis.

SVPRA CASVS. Modo vult probare contrarium: & inducit c. ſupra 68. diſt. cap. quamuis. & cap. ſequens: cuius caſus patet.

PResbyteros.] SED ISTVD. CASVS. Soluit Gratianus dicens, quòd illud quòd Grego. conceſſit ſupra in c. 1. huius diſt. factum fuit propter ſcandalum vitandum. & quod dicitur ſupra in ca. quamuis. & cap. presbyteros. eſt generaliter obſeruandum. Ponitur & alia ſolutio, ſcilicet ubi conſuetudo eſt, abſente epiſcopo & in neceſſitate poſſunt presbyteri hæc facere: & ex conceſſione Gregor. Cap. verò quamuis. & cap presbyteros. intelliguntur cum epiſcopi ſunt præſentes. ſed de iure oleo ſanctificato poſſunt vngere infirmos presbyteri: & hoc probatur auctoritate Iacobi: Sed quæritur an epiſcopis licèt eodem modo vngere infirmos: & an illa unctio ſit impœnitentibus concedenda, quæ quæſtiones proximo cap. ſoluuntur.

b ¶Sed illud.] Hoc allegando dicit, aliàs conſuetudo non iuuaret in hoc, vt extra de conſue. quanto.

c ¶Sanctificato.] Quo deficiente admiſcetur aliud. extra de conſec. eccl. uel alta. c. quod in dubijs. Et eſt duplex cauſa quare infirmi inunguntur: ſcilicet quia uenialia delentur: & præſtat augmentum uirtutibus: arg. de conſecr. diſt. 5. c. 1. & 2. & extra de ſacra. vn. c. 1. & qa infirmus citius liberatur ab infirmitate corporali. arg. hic Sed quid ſi quis non habet oleum, & inungit chriſmate, tenet vnctio? Videtur quod ſic: quia propè eadem vſia eſt: quia chriſma non eſt niſi oleum balſamo admixtum. extra de ſac. vnc. c. 1. ſicut & tenet emptio cum acetum venditur pro vino, quia eſt propè eadem vſia, vt ff. de contrahen. empt. l. in uenditionibus. ſed fortè ſecus, quia non eſt fortè propè eadem vſia. Item? nunquid confert hoc ſacramentum, ſi quis inungit oleo nō conſecrato vr̃ quòd ſic, quia & baptiſmus confertur in aqua non conſecrata. de conſec. diſt 4. cap. ſi quis. Alij dicunt contra nec eſt ſimile *, quia vis baptiſmi tota eſt in uerbis: hæc autem vis eſt in re ipſa: ſcilicet in oleo. Sed iſta ratio calumniam habet extra de bapt. cap. 1 pen. Sed nunquid poteſt hoc ſacramentum iterari? Dicunt quidam quòd non. 1. q. 1. quod quidam. de conſec. diſt. 4. oſtenditur. Si obijciatur de matrimonio, non ualet: quia veritate inſpecta matrimoniũ non iteratur. 31. q. 1 hac ratione prius enim vnum deletur, quàm ſecundum contrahatur. Alij dicunt, ꝙ poteſt iterari: quia cũ quis ſecundo infirmatur, deſinit in eo eſſe illud ſacramentum quod prius accepit *.

SED QVAERITVR. Hæc eſt ſecunda pars diſtin. in qua quæritur, ſi epiſcopus poteſt inungere infirmos, eſt dicendum quod, ſic infra cap. proxi. Ioan. de Fant.

Vnguntur infirmi pp duas cauſas.

Vnctio extrema an poſſit fieri ſine oleo.

Vngere an poſſit quis oleo nō conſecrato.

* *Vide S. Tho. 3. p. q. 82. 3. & 4. ſen. diſt. 7. q. 1. 2. 3.*

Vnctio extrema poteſt iterari.

* *Vide S. Tho. 4. diſt. 23. art. 3.*

Illud.]

ILlud CASVS. Quidam epiſcopus cum legeret in epiſtola Iacobi, inuenit eum dixiſſe tantum de presbyteris, vt vngant infirmos: quare quæſitum eſt ab. Inno. an epiſcopus oleo ſanctificato infirmos vngere poſſit. Et reſpondet ꝙ ſic: & ideo tantum de presbyteris Iacobus

argu. contra 88. d. epiſcopus gubernationem argu. ſi per contrarium. 8. q. 1. ſi ergo.
b ¶Dictum.] A Iacobo, vbi dixit, infirmatur quis, &c. quamuis. in hoc nomine presbyteri poſſunt intelligi epi. ar. contra d. 50. placuit, ver. vt manum imponant.

infirmos; vel ſi impænitentibus huiuſmodi vnctio ſit concedenda. De his verò ita ſcribit Innocentius Papa ad Decentium Eugubinum epiſcopum, epiſt. 1. c. vlt.

•Alcunius de diuinis officijs, pagi. 94. Conc. Vuormacienſe, c. 72. Iuo p. 2. c. 75.

¶Oleo ſanctificato non prohibetur epiſcopus infirmos tangere. Cap. III.

ILlud ſuperfluum videmus adiectum, vt de epiſcopo [a] ambigatur; quod presbyteris licere nõ dubium eſt. Nã idcireo de presbyteris dictum [b] eſt; quia epiſcopi occupationibus alijs impediti ad omnes lãguidos ire non poſſunt. Cæterum ſi epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem a ſe viſitandum; & benedicere, & tangere chriſmate [c] ſine cunctatione poteſt cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam non α pœnitentibus [d] iſtud infundi nõ poteſt [e]; quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur [f], quomodo vnum genus putatur poſſe concedi? His ergo, frater chariſſimè, omnibus, quæ tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus, reſpondere curauimus.

α ¶Non pœnitentibus.] *In epiſtolis Innocentij tam impreſſis, quàm manuſcriptis (licet aliter teſtetur auctor gloſſæ) in concilio Vuormacienſi, in quo hoc idem repetitur, apud Alcuinum, et Iuonem, & in aliquot Gratiani codicibus legitur ſine negatione. Et in glo. (vt eſt in antiquis exemplarib.) vtraq; lectio exponitur.*

3 *Chriſma verò a ſuis epiſcopis ad baptiſmi ſanctificationem presbyteri petant.*
Vnde in concilio Carthaginienſi 4. c. 36.

De conſe. d. 4 presbyteri. Burc. l. 4. c. 76. Iuo p. 1. c. 270. Pann. l. 1. c. 191.

¶Chriſma ſingulis annis a proprio petatur epiſcopo. Cap. IV.

PResbyteri, qui [g] per diœceſes eccleſias regunt, non a quibuslibet epiſcopis [h], ſed a ſuis; nec per iuniorem clericum, ſed omni anno β [i] aut per ſeipſos, aut per illũ, qui ſacrarium tenet [k], ante paſchæ ſolemnitatem chriſma patent.

¶*Huic capiti rubrica eſt præpoſita ex aliquot vetuſtis exemplaribus.*

β ¶Omni anno.] *Verba hæc non ſunt in editionibus conciliorũ Colonienſibus duobus, & quatuor tomis impreſſorum: neq; infra de conſecra. d. 4. vbi hoc idem ſed ex concilio apud Valentias, refertur. Verum & in Colonienſi priſca, ac trium tomorum, & duobus Pariſienſibus, duobuſque codicibus Vaticanis habentur. Et in c. literis. de conſecra. d. 3. a Fabiano Papa ſingulis annis nouũ chriſma fieri præcipitur.*

c ¶Chriſmate]. i. oleo, vel vt dicũt quidam epiſcopus chriſmate, presbyter oleo inungit H.
d ¶Nõ pœnitentib.] Ita continua, verè ei quẽ epiſcopus dignũ duxerit ad viſitãdũ, & ita in originali habetur, non pœnitentibus: qđ intelligit de ſolẽniter pœnitẽtib.
e ¶Non poteſt.] Sic 50. d. c. vlt.
f ¶Negantur.] Arg. ꝙ excommunicatus vel anathematizatus non poſſit cõtrahere matrimoniũ 1. quod non eſt verum, vt extra de eo qui du. in matrimoniũ quam polluit per adu. ſignificaſti. in ſi. H.
f ¶Negantur.] Arg. omnia eiuſdẽ generis eodem iure cenſeri. arg. ſu. diſt. 4. deniq; arg. ſupra diſ. 2. comperimus. Arg. cõtra. 50. d. ſtudeat. arg. d. 81. ſi quis ſacerdotum.
CHRISMA. Hæc eſt tertia pars di. in qua dicitur, ꝙ presbyteri debẽt chriſma a ſuo epiſcopo recipere: & epiſcopi debent honorare presbyteros: quia, & ipſi presbyteri ſunt, & inſimul đbent Dei eccleſiam gubernare. Quia autem vnus epiſcopus eſt maior, hoc fuit đ cõſuetudine* & hoc probat per octo capitula. Io. de Fan.
CASVS. Nũc verò dicit, quod presbyteri debent petere chriſma a ſuis epiſcopis quolibet anno non per clericum minorẽ, ſed aut per ſe, aut per ſacriſtã, vt infra ſeq. cap. cuius caſus idem dicit.
g PResbyteri qui.] infra de conſec. d. 4. presbyteri.

1 Adde an poſſit fieri monachus no. Bal. in l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſ. eccl.

* *Vide notata ſupra d. 93. ca. legimus. in glo. ad verſ. poſtea.*

bus fecit mentionem, quia epiſcopi aliis negociis impediti, non poſſunt infirmos viſitare. Secundo quæſiuit an hæc vnctio ſit impœnitentibus concedenda. Et reſpondet quod non, quia, cui negantur cætera ſacramenta, non debet iſtud concedi.
a ¶Vt de epo.] Argu. qđ licèt minori ex officio, multo fortius maiori licere, arg. 33. q. 2. hiſtoria. 35. q. 6. ſi duo,

aiori licèt, od licet nori,

h ¶Epiſcopis.] Peccant ergo abbates, qui volunt potius hoc accipere ab aliis, quam a ſuis: niſi fortè priuilegiati ſint, vt poſſint petere a quibuſcunque velint.
i ¶Omni anno.] Hoc exponitur de conſe. d. 4. omni tẽpore.
K. ¶Per illum qui ſacrarium tenet.] i. per diaconum 23. diſt. non. oportet 3. & nota ꝙ ex quo res datur certo nuncio

nuncio, eius eſt iam periculo cuius eſt nuncius, ſi nuncio rem dari voluit ſecus ſi miſit nuncium 1. vt eum ad moneret, quod ei res mitteretur, & hæc colliguntur, ff. com. eum qui rem. §. ſi rem. & legibus duabus ſequentibus, & eſt arg. ff. de ſolu. ſi quis, & l. ſi ſoluturus. extra de pig. ſignificante.

1 Si malum miſit imputaẽ, vt lega. & not. 3. q. 7. in grauib. in princ De hocẽt no. in c. conſueuit ff. nau. caup. ſtab l. ſin. ff. ſeruorũ. Archid.

e ¶Duplici.] A clericis. ſ. & laicis, vel quo ad obedientiam in ſpiritualibus, & ſubminiſtrationem in temporalibus. Vel duplici. i. officio prædicandi & ſumendi tympanum, ideſt, temporalia: iuxta illud, Sumite pſalmum, &c.

f ¶Bene-

Item Hieronymus ad caput primum epiſtolæ ad Titum, ad ea verba: [& conſtituas.]

¶Presbyter idem eſt qui epiſcopus, ac ſola conſuetudine[e] præſunt epiſcopi presbyteris. Cap. V.

Anſ. l. 7. c. 127. Poly. l. 2. tit. 59

OLim † idem erat presbyter, qui & epiſcopus. Et ante quam diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis: [Ego ſum Pauli[a], ego Apollo, ego autem Cephæ.] communi presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam verò vnuſquiſq; eos, quos baptizauerat, ſuos putabat eſſe, nõ Chri; in toto orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris electus ſuperponeretur † cæteris ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur[b]. *paulo poſt.* ¶Sicut ergo presbyteri ſciunt ſe ex eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos; ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine[c], quam diſpenſationis † Dominicæ veritate presbyteris eſſe maiores, & in commune debere eccleſiam regere.

†*Idem ergo eſt pſbyter.*] or ig.

1. *Cor.* 1.

†*ſupponeretur*] or.

†*diſpoſitionis*] ori.

OLim.] CASVS. Nũc repetit Gratianus de dignitate presbyterorũ. Eſt ergo caſus. Infra oſtendit Hiero. in hoc ca. ꝙ olim idẽ erat preſbyter qđ epiſcopus, ꝙ eccleſiæ regebantur communi eorũ conſilio. Poſtea vero cum ſchiſma ortum eſſet, & vnus diceret, ego ſum Pauli; ego ſum Cephæ, ego ſum Apollo: quaſi ſum melior te, q̄a ſum baptizatus a meliori: ideo ſtatutum fuit, ꝙ vnus de presbyteris præeſſe omnibus ſicut ergo cõſuetudine, presbyteri epiſcopis ſubiiciuntur, ita epiſcopi ſciãt ſe magis cõſuetudine quàm conſtitutione aliquà p̄ferri: nec ſine presbyterorum conſenſu diſponant eccleſias.

a ¶Pauli.] ideſt, baptizatus baptiſmo Pauli 2.

2 Sub. & iõ ſũ melior. Hæc dicebant q̄dam credẽtes merita baptizãtiũ aliquid operari in baptiſmo. ꝙ falſum eſt. d conſe. d. 4. ſi inler. & ca. baptiſmus. H.

b ¶Tollerentur.] Et dicit lex. ꝙ cõmodius eſt ſingulas res ſingulis nominibus ſiue appellationibus diſtingui. inſt. q. mo. teſt. infi. § ſed q̄a diſtinctio nominũ differentiam rerum declarat, vt 21. d cleros. ſic C. de codi. nec codicillos.

Idem ad Ruſticum Narbonẽſem epiſcopum de ſeptẽ gradibus eccleſiæ.

Inter opera Hiero. tom. 4. vel 9.

¶Coram epiſcopis, presbyteris docere licet †. Cap. VI.

† *al. non licet.*

Anſ. l. 7. c. 128.

ECce *a* ego dico, præſentibus epiſcopis ſuis, atq; adſtantibus in altari presbyteros poſſe ſacramenta cõficere. *& infra.* ¶Sed quia[d] ſcriptum eſt: [Presbyteri duplici[e] honore honorentur, maximè qui laborant in verbo Domini.] Prædicare eos decet, vtile eſt benedicere[f], congruum confirmare[g], conuenit reddere communionem, neceſse eſt viſitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia[h] Dei ſacramenta complere, *& infra.*

1. *Tim.* 5.

c ¶Conſuetudine.] Nihilo minus eſt iuſtitutione, vt ſupra d. 93. legimus, & ita exaudi quod ſequitur, magis cõſuetudine communi: argum. extra de his quæ ſi. a præla. nouit.

ECce ego.] CASVS. Ruſticus Narbonen. epiſcop. non permittebat presbyteros prædicare, nec populum benedicere reprehendit ergo Hieronym. ipſum dicens ꝙ presbyteri prædicare poſſunt, & benedicere. Et hoc probat 4. rationibus: Prima eſt, quia presbyteri debent honorari duplici honore, ideſt; officio & beneficio. Secunda eſt, quia cõceſſum eſt eis conficere corpus Chriſti: cui nihil poteſt anteponi. multo fortius eis concedi debent quæ ſunt minora. Tertia eſt: quia ex hoc maxima calamitas creſcit in gregibus Domini. ſ. ſi ſacerdotes remoueantur tanquam vitioſi. Quarta eſt, quia ab initio preſbyteri fuerunt mandati iudices, & etiam appellati ſunt epiſcopi. Quod probat 4. auctoritatibus. Prima eſt circa principium. Secunda ibi. [Etenim ab euntibus.] Tertia ibi, [Quis igitur hic rogo.] Quarta ibi, [presbyteri negociorum.]

d ¶Sed quia.] Ita continua. Dico ꝙ præſentibus epis poſſunt conficere: quia non ſolum hæc, ſed alia poſſunt facere. Ex vi literæ, & etiam probarionis videtur, ꝙ epiſcopi non prohibent presbyteros Miſſam cantare, ſed benedicere, & prædicare, & cætera quæ ſequuntur.

f ¶Benedicere.] Cum epiſcopus abeſt. Sed hæc ſol. non valet, quia hic loquitur cum præſens eſt epiſcopus. Vel intelligas iſtud, quãdo benedicit priuatim ſine ſolemnitate 3 alias contra 21. diſt. deniq;. item contra. 27. q. 6. miniſtrare. Sed & illud ſimiliter intelligitur de ſolemni benedictione. Vel dic quòd quãdo cantat Miſſam præſente epiſcopo, debet innuere epiſcopo, vt ipſe benedicat, & ſi vult epiſcopus benedicere, non benedicet preſbyter. argu. de conſecra. diſt. 1. cum ad celebrandas. aliter presbyter ſuo iure poteſt benedicere. nam eo ipſo quod ei dat poteſtatem benedicendi, ſupponitur ei tanquam minor: & poteſt ab eo benedici: arg ff. de iuriſdi. omn. iud. l. eſt receptum, ff. ad Trebel. ille a quo, § tempeſtiuum. Hug. Vel dic, quòd eo ipſo, quòd permittit ei Miſſam celebrare, per conſequens omnia quæ ſine Miſſa eſſe non poſſunt, vt extra de offic. delega. præterea.

Presbyter ſimplex, an poſſit benedicere epo præſente.

3 Sed nec ſolennes benedictiones licet p̄sbyteris dare in p̄ſentia epõrum ſine licẽtia eorũ, vt in ca. nec alle. 21. diſt denique ſecundũ Hu.

g ¶Confirmare.] In fide. 11. quæſtio. 3. quòd prædeceſſor. vel inungere oleo infirmorum, vel chriſmate in vertice.

ADDITIO. Prima expoſitio præualet ſecundum Hug. & hoc patet per Hierony. quod ſequitur, exhortentur. Archid.

h ¶Omnia.] Quæ ad eos pertinent. arg. vocabulum generaliter prolatum non omnia particularia comprehendere: arg. contra 18. d. de Syracuſanæ 4.

4 Adde pro cõcordia huius gl. an ꝙ q̄n verbum ḡnaliter prolatũ reſtringatur glo. in l. 1. vnuſquiſque, Cod. de ſac. ſan. eccl. Bar. ĩ l. 1. §. hoc autẽ, ff. de no. oper. nunc.

a ¶Bene-

b ¶Non

¶Nemo hinc epiſcoporum inuidia diabolicæ tentationis inflatus iraſcatur in templo, ſi presbyteri interdũ exhortentur plebem, ſi in eccleſijs prædicent, ſi plebibus, vt ſcriptum eſt, benedicant. Etenim abnuenti mihi iſta ſic dicam: qui nõ vult presbyteros facere, quę iubētur a Deo; dicat quis maior eſt Chriſto? aut quid corpori eius, aut ſanguini poterit anteponi? Si presbyter Chriſtum conſecrat, cum in altario Dei ſacramenta benedicit, benedicere [a] populo non debet [b] qui Chriſtum etiam meruit conſecrare? *& poſt paulo.* ¶Circa laicos, β ac mulieres iubentibus vobis, ò iniuſtiſſimi ſacerdotes, presbyter Dei, benedictionis perdit officium, amittit linguæ opus, non habet conſiſtentiam prædicandi, truncatus eſt omni parte virtutum, ſolum presbyteri nomē [c] habet, plenitudinem, ac perfectionem, quæ conſecrationi eius competit, non retentat. ¶Quis hic, rogo, ò ſacerdotes, honor veſter eſt, vt damnum gibbi † inſeratis [d]? Quoniam cum paſtoribus per potentiam veſtram aufertur Deo digna diligentia, contagium quoddam, & calamitas creſcit in gregibus; ac Dominici γ patrimonij [e] damna conquiritis, dum ſoli vultis in eccleſia potentari. *& paucis interiectis.*

†gregibus.] vera lectio.

2. Tim. 3.

¶Presbyteri ab initio, vt legimus, negociorum [f] iudices eſſe mandati ſunt, presbyteri intereſſe ſacerdotum [g] cõcilio †: quoniam & ipſi presbyteri, vt legimus, epiſcopi nuncupantur, ſecundum, quod ſcriptum eſt ad epiſcopum δ: [Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyterij.] & alibi ad maiores natu: [Qui vos poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei. *et infra.* ¶Sed oderunt hoc ſacerdotes ſuperbi, in presbyterij nomē, qui nolunt eſſe hoc, quod Chriſtus, qui diſcipulorum pedes lauit, qui baptizatus eſt a Ioanne, licet baptizandum ſe Ioannes a Domino proclamaret. Propterea hæc ſcribo, vt ſi preterijt temporis error [h] non poteſt iam reuocari, vel ad præſens [i] in eccleſijs ſeruetur humilitas, vt preſbyteri hoc in eccleſijs ſuis faciant, quod Romæ [k], ſiue quod in Oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hiſpania, quod in Britannia, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus locis, vbi humilitas perſeuerat, quod in cœlis fit (quod maius eſt) vbi ſedes angelorum † legis eſſe diſpoſitas.

† conſilia.] oti.

1. Tim. 4.

Act. 20.

Ioan. 13.

Matth. 3.

† eorum.

α ¶Ecce ego.] *Principium huius capitis longe aliter legitur in libello de ſeptem gradibus, & additur negatio*, Nec ego dico præſentibus epiſcopis, atque adſtantibus altari, presbyteros poſſe ſacramenta conficere: ſed ſi forte vſus exegerit, vt venientes ad eccleſiam ſacerdotes eiſdem horis, quibus aut oblatio parata non ſit, aut non poſſit offerri, non debere epiſcopum repudiare Euchariſtiam presbyterorum, &c.

β ¶Circa laicos. *In libello ſic legitur,* tamen credendum eſt ſummi ſacerdotis iudicio, & hoc faciendum, quod iuſſerit circa laicos, & mulieres. Iubentibus vobis iniuſtiſſimis ſacerdotibus, non recte presbyter Dei, benedictionis, &c.

a ¶Benedicere.] Ideſt, abſoluere, vel priuatis reconciliati, non ſolemniter, vt 26. q. 6. c. 1.

b ¶Non debet.] Argu. cui licet plus, licet & minus, vt 16. q. 2. cap. 1. Sed maius tripliciter dicitur efficacia, vt baptiſmus. vt 32. di. §. verũ. ſ. qa mortalia tollit & venialia propter rē ſubiectā, & ſanctitatē, vt corpus Chriſti, vt hic auctoritate miniſtrā tiũ, vt quę ad epos ſolos ptinen. vt inf. de cõſe. d. 5. manus. & quarto modo pp ſignificationē, vt matrimoniũ, qđ ſignificat Chriſti & eccleſiæ cõiunctionē. extra de biga. debitũ. quinto propter multitudinem conuerſorũ. 1. q. 1. interrogo.

c ¶Nomen.] Arg C. de cura. fur. cũ alijs. in fin.

d ¶Damnum gibbi inſeratis.] .i. remoueatis presbyteros a cõſecratione & prædicatione, ſicut illũ, q gibbum hēt, vt ſu. di 69. hinc etenim, vel demũ gibbi, qa non pdicantib. preſbyteris incuruat populus in delictis, & quaſi gibbos' efficit.

e ¶Patrimonii.] .i. rerum eccleſię, ſupra 21. d. in nouo.

f ¶Negociorum.] Id eſt, cauſarum, vt 11. q. 1. relatum. & 2. q. 5. ſi quis.

g ¶Sacerdotum.] Id eſt, eporum, ergo & omnes intererũt cõcilio metropolitani, vt 18 d. c pen. & vlt.

h ¶Error.] Hic collige, ꝙ ea quę p errorem ſtatuta ſunt, ex diuturna vtentiũ approbatione ius faciunt. Io. qđ falſum eſt, cũ cõſuetudo debeat eſſe rationabilis, ꝙ pręſcripta 1, vt extra de conſue. ca. ũl. nec iſta litera cõtradicit. B. vt ratione multitudinis excuſentur a pœna, nõ a culpa, vt ſu. diſt. 4. denique. qđ em factũ eſt, infectum eſſe nõ poteſt. in Auth. de æqua. do. §. 1. colla. 4. ff. ne capt. l. in bello. §. factæ.

1 Adde quæ ſit conſuetudo rationabilis, & præſcripta in l. de quib. ff. de legibus.

i ¶Vel ad præſens.] Ideſt, amodo.

K ¶Quod Romæ.] Scilicet vbi minores exercēt ſua officia pſentibus maioribus.

ESto ſubiectus.] CASVS. Quædam conſuetudo peſſima erat in quibuſdam eccleſijs. ſ. presbyteri præſentibus epiſcopis non audebant prædicare, vel loqui. Sed Hierony. oſtendit, ꝙ ſubditi debent obedire prælato, & prælatus non debet ſubtrahere ſubditis debita. & hoc probat quinque rationibus. Prima eſt ibi, [Scitū eſt illud.] Secunda ibi, [Quod aūt Aaron.] Tertia ibi, vnus dominus.] Quarta ibi; [Recordemur.] Quīta ibi,] Sed ſi aliq̄d, vt inquit] Omnia capitula, quæ ſequuntur vſque ad diſt. plana ſunt.

g ¶Reuelatum.] Supra diſt. 8. fruſtra. C. de offic. rec. præ. l. potioris.
h ¶Sedenti.] In loco inferiori.
i ¶Taceat.] Deliberando In ſermone, cum non debeat interrumpere verbum eius.

γ ¶Ac dominici.] *Ibidem eſt,* ac Deo noſtro non patrimonij ſui damna conquiritis, dum ſoli vultis in eccleſijs potentari?

δ ¶Ad epiſcopum.] *Hoc loco longe plenior eſt oratio libello, & pro hac auctoritate Apoſtoli ad Timotheum, multa alia afferuntur.*

Item ad Nepotianum. epiſt. 2.

¶Epiſcopi, & clerici inuicem ſibi honorem exhibeant. Cap. VII.

ESto ſubiectus pontifici tuo, & quaſi animæ parētem ſuſcipe, *& paulo poſt.* ¶ Sed epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non dominos, honorent clericos quaſi clericos [a], vt & ipſis a clericis, quaſi epiſcopis honor deferatur [b]. ¶Scitum eſt [c] illud oratoris Domitij, Cur ego te inquit, habeam, vt principem [d], cum tu me [e] non habeas, vt Senatorem? ¶Quod Aaron & filios eius, hoc epiſcopum. & presbyteros eſſe nouerimus. ¶Vnus Dominus, vnum templum; vnum ſit etiam miniſterium. ¶Recordemur ſemper, quid Apoſtolus Petrus præcipiat ſacerdotibus: [Paſcite eum, qui in vobis eſt gregem Domini, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee, ſecundum Deum; neq; vt turpis lucri gratia, ſed voluntarie; neque, vt dominantes in clerum, ſed forma facti gregis † ex animo, vt cum apparuerit princeps paſtorum, percipiatis immarceſcibilem gloriæ coronam.] Peſſimæ conſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſijs tacere presbyteros, & præſentibus epiſcopis non loqui: quaſi aut inuideant [f]; aut non dignētur audire: [Et alij, inquit Apoſtolus Paulus, fuerit reuelatum [g] ſedenti [h], prior taceat [i],] *& paulo poſt.* ¶[Gloria patris eſt filius ſapiens.] Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo cum tales Chriſto elegerit ſacerdotes.

Anſ. l. 7. c. 121.
1. *Pet.* 5.
† *al. gregis.*
1. *Cor.* 14.
Prou. 10. *&* 13.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 56.

¶Presbyteri epiſcopos non præcedant; ſed comitentur, vel ſubſequantur. Cap. VIII.

NOn oportet [k] presbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi, & ſedere [l] in tribunalibus [m], ſed cum epiſcopo ingredi; niſi forte, aut ægrotet epiſcopus, aut in peregrinationis [n] commodo α eum abeſſe conſtiterit.

α ¶In peregrinationis commodo.] *Sic priſca uerſio: ſed Dionyſius longe propius ad uerba græca,* niſi forſitan infirmitate detineatur aut proficiſcatur epiſcopus. πλήνῃ μὴ ἀνωμαλοίη, ἢ ἀποδημεῖ ὁ ἐπισκοπος,

Epi ſubditos debent fratres appellare.

a ¶Quaſi clericos.] Hoc eſt cōtra ſupercilium epiſcoporum q̄ ſubditos appellāt filios cū debeāt eos appellare fratres, vt 8. qō. 1. quid aūt, vel ſocios, vt 10. q. 3. cauendum. caueant tñ clerici, ne cū ſcribūt epiſcopo, vocēt eum fratrem, prout dicit dominus Imperator qđ iudices ſuperioribus honorem dēnt facere in ſalutatione. C. de offi. diuer. iu. l. 2. arg. C. de præfe. vr. l. 1. vbi hoc idem dicitur.

Frangenti fidem fides refrangatur eidem.

b ¶Deferatur.] ſed pone, ꝙ epiſcopus aliter ſe habeat contra iſtum, quàm debeat: nunquid iſte iure poteſt ei obedientiam negare? Videtur, quòd ſic, arg. 45. diſt. cum beatus. 22. qō. 5. de forma. & fides non eſt ſeruanda nō ſeruanti 1. extra de iure iur. peruenit 2. ſecus tamen eſt. 2. conſulo tamē ei, vt agat per ſuperiorem. argu. 11. q. 3. ſi epiſcopis. 9. q. 3. nunc vero.

1 Ad hoc facit, qđ dr̄ in gl. ſeq. argu. quod, &c.
2 Adde not. gl. in l. vt reſponſum, & ibi Bal. C. de tranſ. glo. in l. cū proponas. C. de pact.

c ¶Scitum eſt.] i. ſapienter dictum eſt. H. & ideo ſciri dignū Lau. hoc eſt. ita ſe debet habere epiſcopus erga presbyteros, ſicut Aaron habuit ſe erga filios ſacerdotes.

d ¶Vt principem.] Factum reſpicit. nam de iure tolerandus eſt prælatus vſque ad ſententiam 8. q. 4. nonne.

e ¶Me.] Argu. ꝙ fruſtra petit debitum, qui quod debet non impendit, vt 28. q. 1, b infidelis. 32. q. 5. nō mœchaberis. & c. ſi ducturi. ſu. diſt. 9. neq;. in fin. 10. q. 1. placuit 22. q. vlt. de forma. 18. q. 2. abbatibus arg. cōtra. 11. q. 3. inter verba. 93. d. dominus. 33. q. 5. quod Deo. H.

Epi literatos ſecum habeant.

f ¶Inuideant.] Arg. contra epiſcopos, qui malunt habere illiteratos quàm literatos circa ſe,

K ¶NOn oportet.] Tempore ſollennium officiorum, vel cum redeunt à proceſſione ad chorum.

l ¶Et ſedere.] Cōiūgas īgredi & ſedere. alias falſū eſſet.

m ¶In tribunalibus] Ar. C. de hære. & manichæ. cūcti.

m In tribunalibus.] Ideſt, in ſede iudiciaria, vt iudicent ſine eo.

n ¶In peregrinationis.] De licētia ſuperioris inf. de cōſe. diſt. 5. nō oportet & de cōſenſu ipſius eccleſiæ. extra de vot. & vo. redemp. c. magnæ ꝙ etiam domini Papæ.

a ¶Epi-

a **E**Piſcopus. [¶ Non patiatur .] Ita ꝙ non liceat ei ſedere: niſi presbyter aſſumeret ſibi officium ſtandi C.de poſtula.quis.§.vlti.

b **E**Piſcopus.] ¶ Collegam ſe.] Ita tamen ꝙ nõ cõtẽnatur. ff.de officio præto.obſeruandum.Ioan.

c **P**Rresbyter.] ¶ Non ſignet.] In vertice: quia in frõte non poteſt etiam auctoritate epiſcopi, vt de conſe.diſt.4.presbyteri.

Item ex concilio Carthaginienſi 4.c.34

¶ Epiſcopus non dominum, ſed collegam ſe presbyterorum cognoſcat. Cap. IX.

Iuo.p.5.c.337. **E**Piſcopus in quolibet loco ſedens ſtare presbyterum non patiatur [a].

¶ De eodem. Cap. X

Item ex eodem.c.35.

In capitu. Martini Brac. c. 52. de conſ. diſt.4.c omni tẽpore Mart.Bra.c.56.

EPiſcopus in eccleſia, & in conſeſſu presbyterorum ſublimior ſedeat. Intra domum vero collegam ſe [b] presbyterorum eſſe cognoſcat.

Item ex concilio Martini Papæ.

Anſ.l.7.c.188. Burc.l.5.c.44. Iuo p 2.c.53. *ἐν τῷ κυριακῷ.*

¶ Sine præcepto epiſcopi presbyter non ſignet infantes Cap. XI.

PResbyter præſente epiſcopo non ſignet [d] infantes, niſi ab epiſcopo fuerit illi præceptum.

Item ex conſilio Neocæſarienſi, α c.13.

¶ .De eodem]. PALEA. Cap. XII.

PResbyter præſente epiſcopo non ſignet [d] infantes, niſi ab epiſcopo fuerit illi præceptum.

Panem ſacrificatum β dare, calicemque porrigere. Si vero abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem γ vocentur ſoli, dare debebunt.

α Neocæſarienſi.] *Ante citabatur ex Genuenſi. Reſtituta eſt inſcriptio ex cęteris collectoribus. Eſt autem hæc fere Dionyſij verſio.*

β ¶ Sacrificatum.) *Alibi vbique legitur*, ſanctificatum, *Grecè eſt in conſilio impreſſo* ἄρτον διδοναιὲν εὐχῆ: *Sed Apud Balſamonem* ἄρτον εὐχῆς. *i.* panem myſticæ prædicationis.

γ ¶ Ad dandam orationem.] *καὶ εἰς εὐχὴν κληθῆ μονώως, διδωσιν; i.* & ſolus ad myſticam precationem vocatus fuerit, dat.

DISTINCTIO XCVI.

In diſtin.69.c.ſi duo. 1 ps

ILlud autem [c] *Honorij Auguſti, quod de electione ſummi Põtificis ſupra cõſtituiſſe legitur, nullius eſſe momẽti probatur: cũ nõ ſolum de ordinibus, ſed nec etiã de rebus eccleſiaſticis legatur aliquando laicis attributa diſponendi facultas. Vnde quæcumque à principibus in ordinibus, vel in eccleſiaſticis rebus decreta inueniũtur, nullius auctoritatis eſſe monſtrantur.*

In ſyno Rom.3.ſub. Symmacho c. 1. & ſeq.

Vnde Symmachus epiſcopus catholicæ eccleſiæ vrbis Romæ ſynodo præſidens dixit.

I llud aũt In hac diſt. probatur. ꝙ cõſtitutiones laicorum non præiudicãt eccleſijs qa nihil iuris laicis de rebus eccleſiaſticis cõceſſum eſt, niſi ſola defenſio: & hoc probat per 12. auctor. Ioannes de Fant.

CASVS. Supra in di. 79. poſuit Gratia. cõſtitutionẽ Honorij latã ſuper electione Romani Pontificis: ſed ne aliquis crederet, ꝙ laicis eſſet attributa poteſtas diſponẽdi aliqd de rebus eccleſiæ. & faciẽdi conſtitutionẽ ſuper ipſis, iõ Gratianus nunc dicit, quòd illa conſtitutio nullius fuit momenti, cum à laico facta fuerit: quia non habet poteſtatem aliquid diſponendi de rebus eccleſiæ: quare conſtitutio Baſilij nihil valebat, vt inf. ead. cap. 1. bene tamen dicit, quod conſtitutio Honorij facta fuit auctoritate Papę: ideo valuit.

d ¶ Illud autẽ.] Hic dipingitur 96 diſt. magiſter poſuit conſtitutionem Honorij Auguſti latam ſuper electione Romani põtificis 79.d. ſi duo. Sed ne viderẽtur laici habere poteſtatẽ conſtituendi vel diſponẽdi de rebns eccleſiæ; ideo reducit hic illam cõſtitutionem ad memoriam, vt oſtendat ꝙ laicus non habet poteſtatẽ ſuo iure conſtituẽdi aliquid de rebus eccleſię bene tamẽ poſſunt laici rogati couciliis intereſſe. & de rebus eccleſiaſticis conſtituere: non tñ vt valeat eorum cõſtitutio, quia ipſi cõſtituerũt; ſed quia ratum habet eccleſia, vt dicit Gratianus infra diſtinctio. proxi. §.1 &c.

Laici de rebus eccleſiæ nihil pſsun conſt ituere

¶ de rebus eccleſiaſticis diſponendis laicis nulla facultas relinquitur. Cap. I.

BEne[a] quidem fraternitas veſtra eccleſiaſticis legibus obſecuta ſub diuini timore iudicij, quę erāt ſtatuēda definiuit;& ad iuſtitię cumulū peruenit,dum ſufficiēter vniuerſa complectitur:nec adiectione indiget plenitudo[b],maxime[c] de clericis,quos amor dominationis inuaſit, & iugum diſciplinę eccleſiaſticę fecit reſpuere, *& paulo poſt*,¶ Quorū exceſſus enarrare difficile eſt:vnum tamē,quod occurit,venerādo ordini veſtro intimare nō differo. Dixerunt inter alia,ſcripturam quādam illuſtris memoriæ[d] Baſilium,quaſi pro eccleſiaſticæ amore ſubſtātię,cōſcripſiſſe;in qua nullus Romanę eccleſiæ,nec interfuit,nec ſubſcripſit[e] antiſtes, per quē potuiſſet ſortiri legitimam firmitatem.Ne vero ego inde diſputem[f],vnde† poteſt verum iudicare concilium; requiratur, & deferatur in medium,vt ex lectione cognoſcatis,cuiuſmodi poſſit habere ſubſtātiam.¶ Sancta ſynodus[g] reſpōdit, deferatur in medium,vt cuiuſmodi ſit,poſſit agnoſci.Et dum diceret Hormiſda diaconis recitauit.[Cum a in † Mauſoleo[h],quod eſt apud beatum Petrum apoſtolorum, reſideret †ſublimis,& eminentiſſimus vir præfectus prętorio, aque patricius,agens etiam vices præcellentiſſimi Regis Odoacris Baſilius,dixit:Quāquā ſtudij veſtri †,& religionis interſit,vt in epiſcpatus electione[i] concordia principaliter ſeruetur eccleſiæ:ne tamen†per occaſionem ſeditionis,ſtatus ciuitatis † vocetur in dubiū,admonitione† beatiſſimi viri Papæ noſtri ſymmachi † Simplicij, quam ante oculos ſemper habere debemus,hoc nobis meminiſtis ſub obteſtatione fuiſſe mandatum,vt propter illum ſtrepitū, & venerabilis eccleſiæ detrimentū, ſi eū de hac luce tranſire contigerit,non ſine noſtra cōſultatione, cuiuſlibet celebretur electio.]Hæc cum legerentur,Creſconius epiſcopus ciuitatis Tudertinæ eccleſię ſurgens è cōſeſſu dixit:[Hic perpēdat ſancta ſynodus,vti†prętermiſſis†perſonis religioſis ,‡quibus maxime curæ eſt de tāto Pōtificē, electionem laici in ſuam redegerint poteſtatē: quod contra canones eſſe, manifeſtū eſt.]¶Item Hormiſda diaconus legit:[Nā & cū quid confuſionis[k],atque diſpēdij venerabilis eccleſia ſuſtineret,miramur,prętermiſſis nobis,quid quā de reb.eccleſię fuiſſe tētatum, cū etiā

†ſed vt poſſit] orig.

† in vnū apud beatum] orig. †reſediſſent,ſublimes] ori.

†noſtri] orig

†al.ne per

†al.ciuilitatis.

†al.tamen admonitione.

† al vtrum

‡ prætermiſſas perſonas religioſas) codex can.verba. Baſilij.

Bene quidem] CASVS. Symmachus Papa ęgrotans cum de ſalute corporis deſperaret,timens ſchiſma poſſe contingere poſt mortem ſuam, iniunxit Baſilio vt intereſſet electioni ſucceſſoris poſt mortem ſuam propter ſchiſma remouēdum. tempore procedente quidam epiſcopi tractabant de electione ſucceſſoris, Symmacho adhuc viuente. quo audito Baſilius congregauit concilium & fecit cōſtitutionē ne liceret electionē Papę fieri ſine eius pſentia; nec liceret Papę alienare res eccleſię: & ſi alienatæ eſſent, reuocari debere; & quædā alia, q̄ in capitulo recitantur,conſtituit. Symmach⁹ aūt poſtea recōualeſcēs poſt mortem Baſilij congregata ſynodo oīa poſt recitationē eorū retractauit. Et no φ qn̄q; loquit̄ Symmachus, vt in principio: qn̄q; notarius, q cōtinuat verba diuerſorum p totū hoc capit. qn̄q; Synodus, qn̄q; Baſilius: quandoque aliqs de ſynodo: & ego cum Hugo. ad maiorem intelligentiam aliquantulum latius poſuit caſum, quam bene. duo ca. ſeq per te videbis.

a ¶ Bene.] Symmachus Papa laborabat in extremis,& timuit ne in electione ſui ſucceſſoris ,ppter ſtrepitus hæreticorum ſchiſma interueniret: rogauit Patriciū Baſiliū, q gerebat vices Odoacris regis,quòd ipſe intereſſet in electione ſui ſucceſſoris. Baſilius ſtatim Symmacho viuēte fecit quandā cōſtitutionē ſcilicet φ ſine ei⁹ cōſultatione non fieret electio ſummi Pōtificis. Præterea, φ nō liceret alicui prędium ipſius eccleſiæ alienare: q̄ conſtitutio retractatur hic; tū quia ibi quædam conſtituta ſunt, quæ à laico non poſſunt conſtituitum quia res eſſet mali exempli,63 diſt.§.verum.

Baſilius à Symmacho rogatus interſuit electioni Papę

b ¶ Plenitudo.] infra 6 q.1.ſi omnia.

c ¶ Maxime.] Bene diffiniuit, ſupple.

d ¶ Memoriæ.] Ergo iam deceſſerat Baſilius tempore huius ſynodi.

e ¶ Vel ſubſcripſit.] Arg. in contractibus rerum eccleſiaſticarum non ſufficere conſenſum clericorum: nec in alienationibus, niſi ſpecialiter ſubſcribant 1.arg.10. q.2.caſellas,12.q.2.abbatibus,&c.ſine exceptione,

Conſenſus clericorum non ſufficit in contractibus rerum eccleſiaſticarum.

De hoc 90.100.diſt.

f ¶ Inde diſputem.] Non eſt diſputandum de eo de quo ſtatim conſtare poteſt. ſi ergo vxor petat ſibi virū reſtitui, & vir paratus eſt incontinenti probare conſanguinitatem, non eſt audienda ſ; vt in poſſeſſio. leg. ſi is a quo arg contra. extra de reſt.ſpol.c.literas

optat... videas ... adde in ... bus cas... grat ſuper... ... in l.diuus ... ſenatus ... de fal.

g ¶ Synodus.] Verba notarij.

h ¶ In mauſoleo.] Verba ſunt ſcriptoris. Mauſoleum propriè eſt ſepulchrū principis. Et dicitur à Mauſoleo rege, cui vxor Arthemiſia pudicitiæ inſignis conſtruxit ſepulchrum miræ pulchritudinis. Vnde alia ſepulchra ſic ſunt appellata.

Mauſoleum quid ſit.

i [Electione.] Non tamen, vt aliquid inde conſtitueres.& ita exceſſiſti finem mandati Baſilij.

K ¶ Cu q d cōfuſionis.] Proſecutio legis, & continuanē verba ſic,non celebretur.de electione Papæ, &c. ac ne.

Ibid... Verba B...lij.

† abeſt ... ctio [Sym machi] Sim machi] ... orig. ſed ... & gloſſa ... buit.

a ¶ Nihil

a ¶Nobis debuiſſet] Hoc dicit propter quoſdam, qui viuente priore Symmacho tentauerunt eligere, vt diſt. 79 ſi quis Papa, & c. nullus lo.
b ¶Præferentes] Id eſt, primo ſtatuentes.
c ¶Ruſticum] Quid ſit ruſticum prædium, & quid ſit vrbanum

ne Papæ bene: argu 32. diſtin. §. veru m. 16. q. 3. cap. viti. Sed vtrum epiſcopus laico poſſit hoc committere, iam dicemus infra eadem, capit. quòd non. M. tamen dicit contra quia mucro eſt epiſcopi; immo nec presbyter hoc poteſt.

Laicus p... excommunicare ex Papæ delegatione

ſacerdote noſtro ſuperſtite nihil ſine nobis debuiſſet [a] aſſumi. Quare ſi amplitudini veſtræ † vel ſanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri antiſtitis electionem reſpiciunt, religioſa veneratione ſeruemus, hanc legem ſpecialiter præferentes [b], quam nobis, hæredibusq; noſtris, Chriſtianæ mentis deuotione ſancimus: ne vnquam prædium, ſeu ruſticum [c], ſeu vrbanum, vel ornamenta, aut miniſteria eccleſiarũ, quę nunc ſunt, vel quæ ex quibuslibet titulis [d] ad eccleſiarum iura peruenerint; ab eo, qui nunc antiſtes ſub electione cómuni fuerit ordinãdus, & illis, qui futuris ſęculis ſequentur, quocumq. titulo, atque cõmento alienari liceat. Si quis verò aliquid eorum alienare voluerit; ineſficax, atque irritum iudicetur; ſitque facienti, vel conſentienti, accipientique anathema. ¶Maximus [e] epiſcopus Bleranæ eccleſiæ dixit. [Modo ſancta ſynodus dignetur edicere, ſi licuit laico [f] homini anathema in ordinem eccleſiaſticum dictare: aut ſi potuit laicus ſacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat conſtituere. Dicite, vobis quid videtur? De me licuit laico legem dare?] Sancta ſynodus dixit, Non licuit: & adiecit, lege ſequentia. ¶Hormiſda diaconus legit: [Et is, qui prædium ruſticum, vel vrbanum iuris eccleſiaſtici fuerit conſecutus, nouerit ſe nulla lege, vel præſcriptione munitum [g], ſed ſiue is, qui alienauerit, ſiue qui eum † ſequetur, voluntate contraria prædium huiuſmodi alienatum reuocare ß voluerit, id cum fructibus reſtituat, quos † illic fuerit conſecutus.] ¶Hæc cum legeret; Stephanus epiſcopus Venuſinæ eccleſiæ ſurgens è conſeſſu dixit, perlegatur [h]. Hormiſda diaconus legit: [Qua, pęna placuit accipientis etiam hæredes [i] afficere. In qua re cuilibet clericorum contradicendi libera ſit facultas. Iniquum eſt enim, & ſacrilegij inſtar, vt quæ, vel pro ſalute, vel pro requie animarum ſuarum † vnuſquiſque venerabili eccleſiæ, pauperum cauſa, contulerit, aut certe reliquerit [k]; ab his quo hæc maximè ſeruare conuenerat, in alterum † transferatur. Planè quæcumque in gemmis, vel auro, atque argento, necnon & veſtibus minus apta vſibus, vel ornatui videbuntur eccleſiæ, quæ ſeruari, ac diu manere non poſſunt, ſub iuſta æſtimatione vendantur [l] & erogationi † religioſæ proficiant [m].] ¶Cumque lecta fuiſſet: Laurentius epiſcopus Mediolanenſis [n] eccleſiæ dixit: [Iſta ſcriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificem: quia non licuit laicos ſtatuendi in eccleſia, præter Romanum [o] Pontificem, habere aliquam poteſtatem: quos obſequendi

† veſtræ ſanctitatis.
Verba Baſilii.
† al. conſequenter.
† al. qui illud.
c. 3. verba Baſilii.
† al. ſuorum.
† al. alienitatem.
† al. erogatio religioni proficia.

g ¶Munitum.] Nã ſi quis emit rem eccleſiæ; vel aliã rem in caſu illicito, nõ põt præſcribere. Nam dicit lex, ꝙ non eſt dubium eũ male fidei poſſeſſorem, qui cõtra legum interdicta mercatur. C. de agricolis, & cenſi. l. 11. quemadmodum. nã nec iuris ignorantia põt eum excuſare. ff. de iuris, & facti ignorantia. l. iuris. & hoc benigne ſtatuerat ſecus tñ eſt d̃ iure: quia bene præſcribit laicus rem eccleſiæ cum fructib. etiam percipiendis, ſi ſit malæ fidei poſſeſſor. de reſtit. ſpol. grauius.
ADDITIO. Ad hoc extra de pręſcrip ad audientiam iuxta finem. Super hoc videas quæſtionem B. q̃ incipit, eſto, ꝙ res eccleſiaſtica, &c. & q̃d no. inf. 16. qõ. 3. vniuerſas in gl. non dicit Archid.
h ¶Perlegatur.] ff. de legi. & ſenatuſconſ. l. inciuile.
i ¶Hęredes.] Turpia enim lucra ab hæredib. ſunt extorquenda ext. d̃ vſuris, tua. ff. de calũ. in hęredẽ. Sed & alienator poſſet conueniri, vt no. 12. q 2. monemus.
K ¶Reliquerit.] In morte reliquẽdi nãque verbum, &c. ff. de tabulis exhib. l. i. §. vlt. 1.
l ¶Vendantur.] Arg. C. de admi. tut. lex.
m ¶Proficiant.] Hic terminatur lex ipſa.
n ¶Mediolanenſis.] Arg. Mediolanenſis prærogatiuam ſedis habere ante Rauennatẽ, cum ante eũ reſpõdet, ſicut in alia ſynodo ante eũ ſcripſiſſe legitur. ſupra

Laicus verũ rem eccleſiæ poſſit præſcribere.

l Et habes hoc q... dicit. 16. q. 1. in canonibus. Archi.

vrbanum prædium, habemus ff. de ſer. ruſt. præd. & ff. de ſer. vrb. præd. per totum.
d ¶Titulis] Siue donationis, ſiue emptionis.
e ¶Maximus.] Sic & iuriſperiti dicunt quid ſentiant. ff. de his, quæ in teſtamen. de. en. l. proximè.
f ¶Laico] Nã nõ licuit laico iure ſuo. ſed ex delegatio

Prædium eſt duplex.

diſtinct. 27. §. hinc, & §. illud igitur. G. tamen aliter hoc ſiluit. d. 17. §. illud.
o ¶Præter Romanũ.] i. Papæ auctoritatem, & conſenſum eius. Sed contra. 16. vlt. in nona actione. Sed ibi non ꝓhibet, ꝙ eps laico nõ poſſit cõmittere officiũ ad tps: ſed ne iuriſdictionem largiatur ei in perpetuum. Et eſt argumẽtũ, Papam quamlibet cauſam eccleſiaſti-

Cauſa q̃libet eccleſiaſtica per Papam laic[o] cõmitti põ[t]

eam committere poſſe laico: arg. 23.diſt.mulier. & 94. diſtin.valde.5.q.3.qui epiſcopus.contra.79. diſt. ſi duo. inf.ea.denique contra. Intelligendum eſt non ſua auctoritate. Sed nũquid auctoritate epiſcopi poteſt laicus aliquid conſtituere in eccleſia? videtur, ꝙ prędicare poteſt inuitatus à clericis.23. d.mulier.argu.extra de foro compet.nullus iudicum. Dic cũ Hug.ꝙ, nõ poteſt ex delegatione epiſcopi cauſas ſpirituales tractare nec excõicare, vnde nihil faciũt, qui per pueros excommunicant, & ꝑ ſeruiẽtes. Cauſam autẽ ciuilem laicis epiſcopus cõmittere poteſt, & ita intellige prædictã decretalẽ, in nona. Et qđ dicit̃ de prædicatione, ſpeciale eſt Quid ergo dices de tẽplarijs? nonne ipſi poſſunt excommunicare fratrem ſuum? Dici poteſt, quod ſic. quia ipſi nõ ſunt laici.arg.12.q.1.duo. Credo, ꝙ nõ poſsũt niſi ſint presbyteri. extra de ſenten. excom.canonica.

Laicus an epĩ auctoritate poſſit in eccleſia aliquid conſtituere.

tione auctoritatis aliquã repelli, licet ſint bona.arg 16. diſtin c.1.1.qõ.1.principatus ff.de re mili.l.3.§.in bello arg.contra.1.q.1.Dominus declarauit.argum. contra.1. q.1.nonne Sodomitæ.

a ¶Actio-

manet neceſſitas, non auctoritas imperandi [a]: maximè cũ nec Papa Romanus ſubſcripſerit, nec alicuius ſecundum canones metropolitani legatur [b] aſſenſus.] ¶Petrus epiſcopus Rauennatis eccleſiæ dixit: [Scripturam quæ in noſtra congregatione vulgata eſt, nullis eam viribus ſubſiſtere manifeſtum eſt; quia, nec canonibus [c] conuenit, & a laica perſona concepta videtur: maxime, quia in ea nullus præſul ſedis Apoſtolicæ interfuiſſe, vel propria ſubſcriptione firmaſſe monſtratur:] ¶Eulalius Epiſcopus Syracuſanæ eccleſiæ dixit: [Scripturam, quæ in aſcerdotali concilio recitata eſt, euidentiſſimis documentis conſtat eſſe inualidam. Primum quòd contra Patrum regulas a laicis, quamuis religioſis [d] (quibus nulla de eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur vnquam attributa facultas) facta videtur: deinde, quòd nullius præſulis Apoſtolicæ ſedis ſubſcriptione firmata docetur. Quòd ſi cuiuslibet prouinciæ ſacerdotes intra ter minos ſuos concilio habito, quidquid ſine metropolitani ſui auctoritate tentauerint, irritum eſſe debere [e] ſancti Patres ſanxerunt; quanto magis, quod in Apoſtolica ſede, non † exiſtente præſule (qui merito † [f] beati Petri Apoſtoli per vniuerſum orbem primatum [g] obtinens ſacerdotij, ſtatutis ſynodalibus conſueuit tribuere [h] firmitatem) à laicis (licet conſentientibus aliquantis epiſcopis, qui tamen Pontifici, a quo conſecrati † probantur, præiudicium inferre non potuerunt) præſumptum fuiſſe cognoſcitur, viribus carere [i] non dubium eſt, nec poſſe inter eccleſiaſtica vllo modo ſtatuta cenſeri?] ¶Sancta ſynodus dixit: Licet † ſecundum proſecutionem venerabilium fratrum noſtrorum, Laurentij, Petri, Eulalii, Creſconij, Maximi, vel Srephani [k], nec apud nos incertum habetur, hanc ipſam ſcripturam nullius eſſe momenti; veruntamen etiam ſi aliqua poſſet ratione ſubſiſtere, modis omnibus in ſynodali conuentu prouida beatitudinis veſtræ ſententia eneruari conueniebat, & in irritnm deduci: ne in exemplum remaneret præſumendi quibuslibet laicis, quamuis religioſis, vel potentibus in quacunque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de eccleſiaſticis facultatibus; quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi indiſcuſſe a Deo cura commiſſa docetur.

inf.9.q.3.c.2.
† al.nunc.
† al prærogatiua.
† al.conſecrari.
† al.L. quæ.

a ¶Imperandi.] inf. 16.q.vl. nõ placuit.
b ¶Legatur.] Verũ eſt, ꝙ nõ legit aſſenſus metropolitanorum ſm canones, id eſt, legitimus: benetamẽ legitur cõſenſus epiſcoporum a r. inf.ea.c.1. illa autem determinatio, quæ præcedit, ſm canones, ſoluit contra.
c ¶Nec canonibus.] Coniunctim accipe hæc duò diuiſa.
d ¶Religioſis] Infra 16.q.vlt.laicis.
e ¶Debere.] Inf.9. q.3.cap 2.
f ¶Qui merito.] Supra 40.diſt.non vos.
g ¶Primatũ.] Infra 9.q.3.nemo, & cap. antiquis.
h ¶Tribuere.] Supra diſt.16.c.1. & 2.
i ¶Carere.] Supra diſtin.21.in tantum.
K ¶Vel Stephani.] Iſte tñ Stephanus, nõ dixit, niſi perlegatur, & ſic per tale verbum intelligitur aliquis cõſentire, vt not.ſupra.63.d.cum Hadrianus.
l ¶Ratione.] Ar, ra-

α ¶Cum in Mauſoleo.] *Hoc initium ſcripturæ Baſilij in tomis conciliorum & codice canonum ſic habet,* Cum in vnum apud beatum Petrum Apoſtolum reſediſſent, ſublimis, &c. *Omnino autem multa ſunt huius capituli varietates in exemplaribus Grati ani, in varijs conciliorum editionibus, & in codice canonum: ex quib. ea tantum partim indicata, partim notata ſunt, quæ maioris ponderis ſunt viſa.*

β ¶Reuocare.] *Sic emendatum ex omnibus concilij exemplaribus & impreſſis, & manuſcriptis, cum antea legeretur,* retinere.
γ ¶Qua pœna.] *In omnibus editionibus conciliorum legitur.* Quàm pœnam placuit accipientis hæredes prohæredeſque

a ¶ Actione.] Dicitur prima actio: quia fiebat pro prima die in ſynodo. 16. q. 7. in nona.
b NOs.] ¶ Intereſſe.] Similiter ſolebat intereſſe electioni Papæ propter hæreticorum ſcandalum. arg. diſt. 63. quia ſancta.
c ¶ In- peratoris. Reprehēdit ergo hic Nicolaus Imperatores, qui concilijs epiſcoporum intereſſe volebant, quod non eſt faciendum, niſi vbi de fide tractatur, quæ communiter pertinet ad omnes tam clericos quàm laicos.
f ¶ Vbi nam.] Hęc quatuor cap. 1. loquuntur. de materia Ignatij, de quo dicitur ſu. 21. d. ſubmittitur. Arg. omiſſum intelligi quod ſcriptū non inuenitur. ar. 10. q. 1. hanc conſuetudinem. de conſe. d. 4. cum itaque. &c. ſeq. ff. de verb. obli. quidquid.

reſpicere. *In codice vero canonum manuſcripto non eſt dictio,* pro, hæredeſque.

Vnde in ſexta actione[a] *Chalcedonienſis conſilij Martianus Imperator dixit inter cætera.*

¶ Imperatores ad fidem cōfirmandam, non ad potentiā oſtendendam ſynodo intereſſe debent. Cap. II.

Anſ. l. 3. c. 107.

NOs ad fidem confirmandam, nō ad potentiam oſtēdendam, exemplo religioſiſſimi principis Cōſtantini ſynodo intereſſe[b] volumus; vt inuenta veritate[c], nō vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet.

Item ex eadem ſexta actione, in fine.

¶ De eodem. Cap. III.

Anſel. ibidem. Deuſdedit p. 3.

QVædam capitula ſunt, quę ad honorem veſtrę reuerentiæ vobis ſeruauimus[d], decorum eſſe iudicātes à vobis hæc regulariter potius firmari per ſynodū, quàm noſtra lege ſanciri[e].

Item Nicolaus Papa in epiſtola ad Mihaelem Impe. quę incipit: [Proponueramus.]

¶ Synodali conuentui Imperatores intereſſe non conuenit, niſi vbi de fide agitur. Cap. IIII.

Anſ. l. 1. c. 75.

VBi nam[f] legiſtis, Imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus conuentibus interfuiſſe[g], niſi forſitā in quibus de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt; quæ omnium communis eſt; quæ non ſolum ad clericos[h], verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet[i] Chriſtianos?

Idem in eadem epiſtola.

¶ De præſulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus præſunt, iudicare non poſſunt. Cap. V.

Anſ. ibidem.

DEnique[k] hi, quibus tantum humanis rebus, & non diuinis præeſſe permiſſum eſt, quomodo de his per quos diuina miniſtrantur, iudicare[l] pręſumant[m], penitus ignoramus.

Idem paulo inferius.

¶ Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vſurpet. Cap. VI.

ſu. di. 10. c. quoniam. Anſ. ibidem.

CVm[n] ad verum[o] ventum eſt: vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pōtifex nomē

g ¶ Interfuiſſe.] Niſi rogatos 2. 63. d. Hadrianus.
h ¶ Ad clericos.] Dic ꝙ hoc nomen, clericos, ſtrictè accipitur vnde per fidē & ad omnes, &c. comprehendit Deo deuotos & tales perſonas. Vel dic prout ſonat.
i ¶ Pertinet.] Arg. ꝙ omnes tāgit, ab omnibus debere tractari, & approbari. 3. ar. d. 66. c. 1. C. de. au. pręſtan. veterem. de hoc extra de ijs, quæ fi. à præla. c. fi.
DEnique.] CASVS. Statuit hic Nicolaus, vt Imperatores, qui tantum rebus humanis præſident, ſe de rebus eccleſiaſticis nō intromittāt, nec de clericis iudicent.
K ¶ Denique.] Arg. ꝙ epiſcopus in cauſis eccleſiaſticis laicum non poſſit præficere. Arg. cōtra. ſupra ea. bene quidem.
l ¶ Iudicare.] Infra 17. q. 4. diffiniuit. cōtra. in fi. ſed ibi dic, principis, ideſt principalis perſonæ: vel ideſt epiſcopi. 85. d. eccleſię.
m ¶ Pręſumant.] Ar. ꝙ clericus diffinitionib. principū & laicorū nō debeat ſupponi 4. niſi per reconuentionem.

c ¶ Inuenta veritate.] Et ita vr ꝙ poſſit de fide catholica diſputari ar. contra. C. de ſum. trin. nemo. 24. q. 3. cum quibus Reſpondeo: dubitando non licet diſputare de ea: qa dubius in fide hæreticus eſt ext. de hære. dubius. aliàs diſputatur, infra ea. ſatis 23. quæſt. 6. vides. C. de epiſc. & cle. quoniam.
QVædam.] Infra ea. ſatis.
d ¶ Seruauimus.] Confirmanda & terminanda. Hugo.
e ¶ Sanciri.] q. d. volumus eam per noſtram legem ſiue conſtitutionem determinari & confirmari. H.
VBi nam. [CASVS. Hæc quatuor cap. de ignatio loquūtur iniuſtè depoſito auctoritate Michaelis Imperatoris. [...]

CVm ad verū.] CASVS. Michael Imperator. authoritatem præſtitit & pręcepit, vt Ignatius Conſtantinopolitanus patriarcha ab epīs deponeretur: qđ factū eſt, ſed dicit Nicolaus Papa, ꝙ hoc facere non potuit nec debuit: nā cū in veteri teſtamento eadem pſona Rex erat & ſacerdos, & tpalia ſimul cum ſpiritualibus adminiſtrabat. Sed poſtq̄ Chriſtus venit in mundū. pcepit vt Rex tm̄ terrenis pſideret: Pontifex vero cęleſtia diſpenſaret: ne pp ſuperbiā dignitatis vtriuſq; alteruter ſupbiret ſed ſibi inuicem (ſi neceſſe fuerit) auxilium præbeāt.
n ¶ Cum.] Hoc cap. expoſitum eſt ſupra. 10. diſt. quoniam ideo hic non labores.
o ¶ Ad verū.] i. ac diſcuſſionē veri: vel. i. ad tps Chriſti,

Diſputari vtrum poſſit de fide catholica.

1 Scilicet iſtud & tria ſeq.

2 Et ſm hoc ceſſat cō trariū. 35. q. 1. ad ſedem. Arch.

Quod omnes tangit, dēt ab oīb. approbari.

3 Concor. extra de his quæ fi. a pl. ſi. conſ. cap. vlti. ibi. videas.

4 Concor. tex. in l. j. C. de ſum. tri. & in l. mercatores. C. de con. & merca. & in l. 2. cum gl. C. d eunuc.

Ee 4 a ¶ Vſur-

Imperator vtrum hēat iuriſdictionē à Papa.

1 Concord. tex.in Auth. vt ꝑpo. no. amp ĩ prin. coll.6.

2 In princ. ſed parum facit.

a Vſurpauit.] Arg.cum iſtæ poteſtates ſint diuiſæ. Imperator non habet gladium a Papa,vt inf.ea in ſcripturis,& c duo.& c ſi Imperator.& 93.diſt.legimus, & qa Imperium a ſolo Deo eſt.23.q.4.quæſitu ē. Argu.contra.63.diſtin.cap.1.& c.tibi domino. Item quia Petro ſunt datę claues cęleſtis & terreni Imperij.22.d.c.1. Itē qa deponit Imperatorē ꝭ 15 q.6.alius.& c.iuratos.& 1.q.4 qa præſuiatus 2. quęre. ſ de hac materia 10. d.c.quoniam.

SAtis.] CASVS.Oſtendit hic Nicolaus, ꝙ Ignatius auctoritate Michaelis Imperatoris deponi non potuit & hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Conſtantini & Theodoſij Imperatorum.

h Oſtenditur.] In alia parte c.quæ hic non eſt.

hoc Cyn.& Pet.de Bel. Perti.in l.1. C. quæ ſit lōga cōſuet. & in l.cum clericis.C. de epiſc.& cler.

Imperatorium vſurpauit [a]:quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus ſic actibus proprijs [b], & dignitatibus diſtinctis,& officia poteſtatis vtriuſq; diſcreuit [c],ꝓpria volēs medicinali humilitate ſurſum efferri,non humana ſuperbia rurſus [d] in infernum † demergi, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna [e] vita Pōtificib. indigerent,& Pontifices pro curſu tēporalium [f] tantummodo [g] rerum Imperialibus legibus vterentur:quatenus ſpiritalis actio carnalibus diſtaret incurſibus:& ideò militans Deo minimè ſe negocijs ſæcularibus implicaret; ac viciſſim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet negocijs ſæcularibus implicatus.

† *al.inferna.*

2.Tim.2.

b ¶Proprijs.] ideſt, Imperij & ſacerdotij: vel proprijs quo ad Chriſtū.quędā.n. geſſit tanquā Imperator: puta cum eiecit de templo,&c.2.q.7.accuſatio. & cū coronam de ſpinis portauit. qđ eſt ſignum regni.12.q 1.duo quædā geſſit, vt ſacerdos:quando ſeipſum obtulit in ara crucis pro ſacrificio.

Chriſtus q̄dam,vt Imperator, & quædam vt Rex geſſit.

a ¶Ad verum.] *Poſt ultima verba capitis antecedentis ſequitur continenter in eadem Nicolai epiſtola.* Fuerunt hæc ante aduentum Chriſti, vt quidam typice reges ſimul & ſacerdotes exiſterent,Quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſancta prodit hiſtoria; quoq. in membris ſuis diabolus imitatus. (vtpote,qui ſemper quæ diuino cultui cōueniunt,ſibimet tyrannico ſpiritu contendit) vt pagani Imperatores ijdem & maximi Pontifices dicerentur.Sed cum ad uerum uentū eſt,eundem Regem atq; Pontificem,vltra ſibi,&c.*Nihil autem mutatum eſt & ob gloſſam, & quoniam eſt initium capitis. Nonnulla verò alia huc pertinentia notata ſunt ſupra diſt. 10.c.quoniam.*

Gen.14.

Chriſtus officiū ſacerdotis & Imperatoris geſſit.

c ¶Diſcreuit.] Imò videtur contra: quia non diſcreuit.ſed cōfudit cum ipſe vnus & idē vtrumq; officiū geſſit. Sed dic,ꝙ ideo ipſe vtrumq.officiū geſſit per ſe, vt notaret,ꝙ ex eodem fonte ꝓceſſerunt.21.diſt.cleros.in fin.nā dicit lex,quod ſumma nobis dona à Deo conceſſa ſunt, ſcilicet ſacerdotium & Imperium in Authē. quomodo oportet epiſcopos,ĩ prin. coll.1.

Idem in eadem paucis interiectis.

¶ A ſæculari poteſtate Pontifex prorſus nec ſolui, nec ligari valet. Cap. VII.

SAtis euidenter oſtenditur [h], à ſæculari poteſtate nec ligari prorſus,nec ſolui poſſe Pontificē; quem cōſtat à pio principe Conſtantino(quod longè ſuperius memorauimus) Deum appellatum [i]: nec poſſe Deum ab hominibus iudicari manifeſtū eſt. Sed & Theodoſius minor à ſanctæ ſynodo ſcribens Epheſinæ primę [k],dixit: [Deputatus eſt igitur Candidianus magnificentiſſimus comes ſtrenuorum domeſticorum tranſire vſq; ad ſanctiſſimam ſynodum veſtram & in nullo quidem ijs,ſeu potius [l] expoſitiones,cōicare. Illicitum namq. eſt eum,qui nō ſit ex ordine ſanctiſſimorum epiſcoporum, eccleſiaſticis inter-

Anſel.li.1.c.72.

Rufinus in hiſt. lib. 1 c.2.

d ¶Rurſus] Primus per ſuperbiā cecidit. vnde homines in infernū demergebantur. Chriſtus autem nos humilitate ſua ſurſum erexit: ſed ſi haberēt oēs oīa officia,ſuperbirent, ita ꝙ iterū demergerentur in infernum.

Chriſtus humilitate ſua omnes erexit.

e ¶Pro æterna.] inf. de pęn.diſt.2. multiplex.

Legibus an ſit utēdum in cauſis ſpiritualibus.

f ¶Temporalium.] Arg.ꝙ in cauſis ſpiritualibus (ut in matrimonio) non ſit utendū legibus Imperialibus.arg.32. q.2. inter hæc 11.q.1.continua arg.de conſec.diſt.3.celebritatem. Sed in alijs licet eis uti,ſi nō obuient canonibus 3.arg.d 10. ſi in adiutorium.arg.d.54.ex antiquis.Ber.

g ¶Tantummodo.] Hoc aduerbium determinat tantum illud adiectiuum,temporalium,non illud verbum vterentur: & ſic eſt falſum hic notatum ab Hug. arg. ꝙ in cauſis ſpiritualibus.&c. Nam bene licet leges allegare in ſpiritualibus 35.q.5.ad ſedem.15.q.3.§.cum autē Lau.4.vel dic tantummodo,ideſt,maximè ſic econtra. 11.q.3.ſi quis epiſcopus.

3 Adde qđ qñ contrariantur canonib. not. Cy.ĩ l. fi.C. de ĩter. ma. inter pu. & tuto. & in authē.caſſa. C.de ſacroſanct.eccl.

4 Adde ad

i ¶Appellatum.] Legitur.n.omnes clericos Deos appellaſſe,vt 11.q.1.ſacerdotibus.12.quæſt.1.futurā.ſecundū hanc rationem nec ab epiſcopo poſſent iudicari clerici, ſed hoc dixit, vt oſtenderet, quanti ſint habendi.ſi.extra de iudi.nouit.

K ¶Epheſinæ primæ.] Quia ſecunda non eſt recepta in auctoritate.

l ¶Seu potius.] Optimè corrigit ſe: quia quæſtiones non debent fieri ſuper fide dubitando. argumen. extra de hære.dubius.Dogma autem per g,eſt doctrina in fide:ſine g, eſt angulus: vnde illud, ſedebat domare domus,25.q.2.ſi quis.

Dubitandum non eſt in fide.

Dogma doma diſtinguunt.

Inſcri-

IN ſcripturis.] CASVS. Ludouicus Imperator quando audiebat ſacerdotem deliquiſſe, ſtatim erat paratus credere & punire. Sed Nicolaus docet, hoc non eſſe faciendnm, ſed potius eſſe defendendum, & peccatum eorum celandum: quod probat duobus exemplis, ſcilicet Conſtantini, & exemplo filiorum Noè, ſcilicet Sem & Iaphet, qui verenda patris operuerunt.
a ¶In ſcripturis] 11.q.1.c.ſacerdotibus.
b ¶Cooperirem.] ff. de iniur. eum qui nocentē. contra. Sed hoc de occulto qđ poſſet probari: quia talia non habēt vindictam: & ſic ſolue cōtrarium illud 83.di.c.2. illud autē in manifeſtis, in quibus etiam nō deberet eum prodere, vt no. 2.q.1. ſi peccauerit.

miſceri tractatibus †.] *& poſt pauca.* ¶His itaque manifeſte repertis apparet commiſtrum noſtrum Ignatium per Imperialem tantummodo ſentētiam, nullo modo potuiſſe prorſus expelli. In cuius damnatione, quia præſulum quoq; aſſenſus eſt ſubſecutus, apparet id cauſa fuiſſe patratum adulationis, non legitimæ ſanctionis.

† *σκέμμασιν.*

a ¶Theodoſius minor.] *Verba hæc ſunt accepta ex epiſtola Theodoſij, ac Valentiniani Imperatorum ſynodo Epheſinæ per Candidianum miſſa, quæ eſt in extremo primæ actionis ipſius ſynodi. In uerſione antiqua, quæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita eſt. eadem planè hoc loco habentur uerba cū his, quæ refert Nicolaus, & optime cōueniunt cum Græcis.*

Idem Ludouico Imperatori.

Habentur aliqua in ead. epiſt. ad Michaelem. Anſ. ibidem.

¶Facta Pontificum Imperator iudicare non debet. Cap. VIII.

IN ſcripturis[a] narratur Cōſtantinus Imperator dixiſſe: [Vere ſi proprijs oculis vidiſſem ſacerdotem Dei, aut aliquem eorū, qui monachico habitu circumamicti ſunt, peccantem, & chlamidem meam expoliarem†, & cooperirem[b] eū, ne ab aliquo videretur.] In quibus deſideratiſſime fili neceſſariò cōmonemini, vt quemadmodum fide, & religione, ac honoris parilitate ei adæquati videmini: ita quoque humilitate, atq; deuotione æquiparati nihilominꝰ anheletis: ita ut in nullo inferiores eo, ſed potiores inueniamini poſt illius exempla, qui talē ſe exhibuit ante alia † prorſus exempla. Sed hoc quidem diximus cautos vos reddere cupientes, vt ſi de Domini ſacerdotibus, qui iure Patres dicuntur, aliquid contigerit vos audire, quod confuſionem pijs mentibus ingerat, nō infrunitum, ſed pudoratos filios Noè imitantes paternam de reliquo verecundiam cōtegatis[c], vt affluenti, quemmodum & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

† *explicaſſem, & cooperuiſſem eū*] Nicolaus in epiſto. ad Mich.

† *al. talia.*

Gen. 9.

Item ex epiſtola Gregorij ſeptimi ad Hermanum Metenſem epiſcopum, lib. 8. epiſt. 21.

¶Regum & principum patres, & magiſtri ſacerdotes eſſe cenſentur. Cap. IX.

Concord. Ale. đ Imo. in l. gñaliter col. 2. ff. de in ius voc.

Anſ. li. 1. c. 84. Iuo p. 5. c. 378. Pann. li. 5. c. 108.

QVis dubitet ſacerdotes Chriſti, regum & principū omniumque fideliū patres, & magiſtros cenſeri †. Nonne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius[d] patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubijcere, à quo credit non ſolum in terra, ſed etiam cœlis ſe ligari, poſſe, & ſolui?

In eadem epiſt. Gregor. vij. Cap. li. 5. c. 167. Conc. Pariſ. li. 1. c. 3. Poly. li. 1. tit. 278. Anſel. li. 1. c. 73. Pann. li. 5. c. 109.

Item Gelaſius Papa Anaſtaſio Imperatori.

¶Auctoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas, huius mundi gubernacula regunt. Cap. X.

DVo a

c. ¶Contegatis.] Et tñ corripiatis 2.q.1. ſi peccauerit hoc de occultis intelligitur. nā de manifeſtis cogimur accuſare, præmiſſa tñ admonitione. 2. q. 7. quapropter. Arg. cōtra inf. 5 q. 2. c. vl. & q. 5. c. 1.

QVis dubitet.] CASVS. Hermanus eps interrogauit, an pōtifices regibus & principibus ſint ſubijciendi. Et rñdet, ꝙ non; & hoc probat duob. ſimilibus, ſ. filij & diſcipuli: qui inſani reputātur, ſi uelint ſibi patrem & magiſtrum ſubiugare.

d ¶Si filius.] 21. diſ. nolite. ſic in Auth. đ nup. §. ſi verò. colla. 4. ubi dicit, ꝙ erubeſcit lex filios eſſe correctores patrum. ſi tñ pater caderet in furorem, filius daretur tutor, ut eū regeret. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. hi qui 6. q. 1. oues. & c. ſacerdotes.

DVo sūt. CASVS. Gelaſius Papa, & Anaſtaſius Imperator contendebant de præeminentia vnius ad alterū, & de præeminentia dignitatum, ſed Gelaſius oſtēdit hic, ꝙ auctoritas pōtificalis longè maior eſt, quàm culmē Imperiale. Et hoc probat duabus rationibus. Prima ratio eſt: quia Papa de anima Imperatoris & aliorū redditurus eſt rationē. Secūda eſt: quia colla regum & principum ſubmittuntur genibus ſacerdotum. Et hoc ꝓbat duobꝰ exēplis. ſ. Innocentij, & Ambroſij: qui Arcadium, & Theodoſiū propter

Crimina occulta vindictam nō habent.

1 Scilicet ad textum capituli.

Filius patrē corrigere nō debet.

propter ſuos exceſſus excommunicauerunt. Prima ratio eſt ibi.[In quibus tanto grauius.]Secunda eſt in fine. Exempla ſunt in medio.

a ¶Duo ſunt.] In Authen.quomodo oportet epiſco.in princ.coll.1.ſupra diſt.1.humanum.

ADDITIO Ibi ſoluitur. facit ad iſta 2.q.8.§. item cum Dauid.Archid.

les ſunt, eſſe eccleſiæ ſubiectos. Si verò cõtra hanc Dei diſpoſitionẽ facere voluerit Imperator tanquam ingratus perdat poteſtatem, quam ab ipſo eſt conſecutus.

m ¶Filius eſt.] inf.23.q.vlt.conuenior, qui tamen prelati eccleſiarum dicantur, dixi 11.q.3.præcipuè.

n ¶Non

ſunt[a] quippe Imperator Auguſte; quibus [b]principaliter hic mundus regitur: auctoritas[c] ſacra Pontificum, & regalis poteſtas. In quibus[d] tãto grauius pondus eſt ſacerdotũ; quanto etiã pro ipſis regibus† hominum, in diuino ſunt reddituri examine rationẽ[e]. † *& poſt pauca.* [Noſti ita que inter hæc ex illorum te pendere[f] iudicio[g]; nõ illos ad tuam redigi poſſe † voluntatem.] ¶Talibus igitur inſtitutis, talibuſque fulti auctoritatibus pleriq; Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerũt. Nam ſi ſpeciale aliquod de perſonis principum requiratur exemplum; beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia conſenſit[h], vt ſanctus Ioannes Chryſoſtomus à ſua ſede pelleretur) excommunicauit[i] β. Beatus etiam Ambroſius, licet ſanctus, nõ tamen vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus pro culpa, quæ alijs ſacerdotibus nõ adeò grauis videbatur[k], Theodoſium magnum Imperatorem excommunicans ab eccleſia excluſit: qui etiam in ſcriptis oſtendit; quòd aurũ non tam pretioſius ſit plumbo, quàm regia poteſtate ſit altior dignitas ſacerdotalis, hoc modo circa principium ſui Paſtoralis ſcribens] Honor, fratres, & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regem fulgori compares, & principum diademati; longè erit inferius, quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem[l] compares: quippè cum videas regum colla, & principum ſubmitti genibus ſacerdotum; & oſculata eorum dextera: orationibus eorum credant ſe communiri.

† *al. regiminibus.*

† *al. uelle.*

Amb. de digni. Sacerd.c.2.

Imperator Imperiũ diuinitus eſt conſecutus.

Regem Frãcorum Papa deponere poteſt.

Princeps ẽt ab epiſcopo excommunicari põt.

Excõicand' quis nõ eſt pro minimis cauſis. Cõtumacia tanto maior eſt, quanto ex re, minori conſurgit. Imperium minus eſt ſacerdotio.

b ¶Quibus.] Vt ab eis. ſunt autem alia duo quibus aut per quæ regitur, vt ſ.d.1:humanum genus.

c ¶Auctoritas] Neuter pẽdet ex reliquo & ita eſt ar.pro Imperatore; qa diuinitus cõſecutus eſt Imperiũ.inf.ea.ca.pxi.

d ¶In quibus.] Id eſt, per quos.nam dicit lex, ꝙ parum eſt ius in ciuitate eſſe, niſi ſint ꝑ quos ius reddatẽ. ff.de orig.iu.l.2.§.poſt. originẽ.

e ¶Rationẽ.] Infra 18.q.2.cognouimus.

f ¶Te pẽdere.] Quo ad ſpiritualia, inf.de pœ.d.1.multiplex.

g ¶Iudicio.] Zacharias quoq; Papa Regem Francorum depoſuit, & in locum eius Pipinum ſubſtituit, ut ĩ.15.q.6 ali⁹.

h ¶Conſenſit.] Arg. cõſentientem maiori pœna adſtringi q̃ facientem.arg.24.q.1.qui aliorum. arg. ſup.86. diſtin. tanta nequitia.

i ¶Excõicauit.] No. principem poſſe excommunicari ẽtiam à quouis epiſcopo ſ.d.63. Valentinianus arg. inf.11. q.3. ſi autem vobis. videtur, tamẽ, quod hoc fecerit ex delegatione ſynodi: quod innuitur ex illo ꝓ culpa, q̃ ab alijs ſacerdotibus, &c. Sed primum eſt verum.

K ¶Videbatur.] Sed malè: quia licet pro minimis cauſis non ſit quis excõicãdus, vt 11.q.3.epi. tñ q̃libet contumacia digna eſt excõmunicatione, immo tanto maior uidetur contumacia, quanto ex re minori conſurgit, 2.q.7.non poteſt.

l ¶Fulgorem.] Et quanta eſt differentia inter Solem, & Lunam, tanta eſt differentia inter Imperium & ſacerdotium extra de maio.& obed. ſolitæ.

α ¶Duo ſunt.] *Caput hoc ſumptum ex eadem epiſtola Gregorij ſeptimi, ex qua antecedens: & ab hoc initio uſque ad uerb.* uoluntatem, *ſunt uerba ipſius Gelaſij ex epiſtola, qua habetur impreſſa, citata a Gregorio ſeptimo.*

β ¶Excommuncauit.] *Si hic interponatur caput,* Alius item *infra 15.q.6.hęc pars epiſtolæ integra habebitur.*

Item Ioannes Papa.

¶Imperatores debent Pontificibus ſubeſſe, non præeſſe. Cap. XI.

SI Imperator catholicus eſt, (quòd ſalua pace ipſius dixerimus) filius eſt[m], nõ prȩſul eccleſiæ. quod ad religionẽ competit, diſcere ei conuenit, nõ docere[n] habet priuilegia ſuæ poteſtatis, q̃ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus[o] cõſecutus eſt; vt eius bñficijs nõ ingratus

Poly.li.1. tit.19. Anſ. li.4. cap.12.ex Ioanne viij.

SI Imperator.] CASVS. Imperator volebat iudicare de cauſis clericorũ & ſacerdotum: ſed Papa probat, ꝙ hoc facere non debet: quia ipſe filius eſt eccleſię, & nõ præſul: & quia Deus uoluit ſæculi principes, ſi fide-

n ¶Non docere.] infra 16.q.1.adijcimus.

o ¶Diuinitus.] Non ergo à Papa.nam Imperium à ſolo Deo eſt, ut 23.q.4.quæſitum.nam à cœleſti maieſtate habet gladij poteſtatem.C.de vet.iu enu. l.1.in prin. quod concedo de vero Imperatore. Sed quis eſt uerus Imperator? Dicunt quidam, ꝙ Cõſtantinopolitanus: ſed iſte alius procurator eſt ſiue defenſor Romanæ eccleſiæ.arg.de conſe.diſt.5.in die.§.hinc. & huic Rom.eccl.cõcedit gladij ptãtem, & coronam. Sed contra extra de elect.

Imperator verus q̃s eſt.

Papa tranſtulit Imperiū.

de elec. venerabilem. Dicitur ibi quòd Ro. ecc. tranſtulit Imperium in occidentem a Græcis, & ita iſte Romanus eſt verus Imperator.
ADDITIO. Ad hoc extra de iud. ſignificauerunt. in prin. Archid.
a ¶Quas.

pro talibus perſonis pro quib. licitum ſit ei contra quẽ libet agere: quas habes. ff. de poſtul. hi qui. & 3. q. 7. §. tria in fin. l. in propria cauſa, vel parentum ſuorum, vel pupillorum ſuorum. Simile eſt inter vaſallum, & Dominum, vt infra 22. quæſtio. vltim. de forma. Simile de aduocatis. C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. 2. C. de reuo. do. l. 1. & 7. q. 1. qa frater. & dixi de hoc 3. qō. 1. nulli. Hoc tamen exaudio de eccleſia, ad quam intitulatus eſt, pro qua ſtare pōt contra quālibet eccleſiā, ēt in qua habet beneficium; quia ſaluum fuit ius primæ: immo ſi aliquod munus ei iniungitur ab eccleſia, nullā excuſationē poteſt p̄tendere, C. de excu. tut. libertos. 23. q. 1. in ſumma.

contra diſpoſitionem cœleſtis ordinis nil vſurpet. Ad ſacerdotes enim Deus voluit, quę eccleſię diſponēda ſunt, pertinere, non ad ſæculi poteſtates, quas[a], ſi fideles ſunt, eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. Non ſibi vindicet alienum ius[b], & miniſterium, quod alteri deputatum eſt: ne contra eum tendat abrumpi, a quo omnia cōſtituta ſunt, & contra illius beneficia[c] pugnare videatur, a quo propriam conſecutus eſt poteſtatem. Non a legib. publicis non a poteſtatibus ſæculi, ſed a pontificibus, & ſacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianę religionis clericos, & ſacerdotes voluit ordinari, & diſcuti[d], recipiq; de errore remeantes. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas eccleſiaſticis pręſulibus[e], non pręferre.

Item Gelaſius ad epiſcopos Orientales.

¶De eodem. Cap. XII.

In originali hæc pēdent ex ſuperiorib. Polyc. ibidem. Anſ. l. 6. c. 157.

NVnquam de pontificibus, niſi eccleſiam iudicaſſe: nō eſſe humanarum legum de talibus ferre ſn̄iam, abſque eccleſiæ principaliter conſtitutis pontificibus, obſequi ſolere principes Chriſtianos decretis eccleſię, nō ſuā præponere poteſtatem; epiſcopis caput ſubdere principem ſolitum, non de eorum capitibus iudicare.

Anſ. l. 4. c. 32. Deuſdedit l. 4. c. 1.

¶[De eodem.] PALEA. Cap. XIII.

j COnſtātinus Imperator coronam, & omnem regiā dignitatem in vrbe Romana; & in Italia, & in partibus occidentalibus Apoſtolico conceſſit. Nam in geſtis beati Sylueſtri (quæ beatus Papa Gelaſius in cōcilio 70. epiſcoporum a catholicis legi commemorat, & pro antiquo vſu multas hoc imitari dicit eccleſias) ita legitur.

¶*Apud Anſelmum lib. 4. pro rubr. cap. 32. hæc habentur.* Quòd Conſtantinus Imperator Papæ conceſſit coronam, & oēm regiam dignitatem in vrbe Romana, & Italia, & in partib. occidentalibus. *In principio verò eiuſdem cap. 32. hæc leguntur* In geſtis beati Sylueſtri, &c. *vſque ad finem huius, & ſeq. paleæ, quemadmodum etiam in collectione* Deuſdedit.

¶[De eodem.] PALEA. Cap. XIV.

In edicto Conſtantini, quod eſt poſt cōc. Neo cæſarienſe. Anſ. l. 4. c. 32. Deuſdedit ibi.

ij COnſtantinus α Imperator quarta die ſui baptiſmi priuilegiū Romanæ eccleſiæ pontifici contulit, vt in toto orbe Romano ſacerdotes ita hūc caput habeāt, ſicut iudices Regem. In eo priuilegio ita inter cętera legitur. [Vtile β iudicamus vna cum omnibus Satrapis noſtris, & vniuerſo Senatu, optimatibuſque meis, etiam &

1 Concor. tex. in l. qui cūm maior. §. pen. & fi. cum ibi i no. ff. de bo. lib.

a ¶Quas.] Ergo debet dici, bona poteſtas eſt iſta.
b ¶Ius.] Supra d. 10. Imperium, & c. certum eſt 11. q. 1. ſi tributum.
c ¶Beneficia.] Arg. clericum ſtantem contra eccleſiam vnde habet beneficium debere illo priuari. i. niſi fortè

d ¶Et diſcuti.] Ergo, antequàm eſſet aliqua cōſtitutio, etiā clerici nō erāt de iuriſdictione ſęculari, vnde omnes conſtitutiones, quæ emanauerunt, quòd clerici non ſunt iudicādi, niſi ab epiſcopis, non ſunt niſi iuris declaratio. Ioan.

Clerici nunquā fuerunt d̄ iuriſdictione ſæculari.

e ¶Præſulibus.] Hic benedicit nam dicit lex, ꝙ ſi iudex ſęcularis iudicauerit clericū eſſe dānandum primo debet exuī priuilegio clericali, vt 11. q. 1. ſi qs in Authē. vt cler. apud ꝓprios. §. illud planè coll. 6. licet illud hodie nō teneat̄. ſi. ext. d̄ iu. at ſi clerici, &c.

NVnquam.] CASVS. Decreuit Io. Papa, vt de pōtificib. & alijs clericis tm̄ eccleſia iudicaret, & nō Imperatores; q̄ ſubeſſe debēt, & non præferri.

COſtantinus Imperator.] CASVS. Palea iſta non legitur in ſcholis, in qua cōtinet̄ priuilegiū ꝙ Cōſtātinus cōceſſit Romanę eccleſiæ, ſcilicet vt primatum inter omnes eccleſias obtineret, & in quo poſſeſſiones, & inſignia dignitatis conceſſit, & hoc fecit eo tempore quo Conſtantinus ad partes Orientales ſe tranſtulit, cum in eodem loco duo Pontifices non bene morarentur. Et ſtatuit, vt nullus contra hoc priuilegium veniret, & pœnam minatur contra facientibus.

Cun-

cũcto populo Romanæ gloriæ imperio ſubiacenti, vt ſicut beatus Petrus in terris Vicarius filij Dei eſſe videtur conſtitutus; ita & Pontifices, qui ipſius principis Apoſtolorum gerunt vices, principatus poteſtatem, amplius, quàm terrena Imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videtur, conceſſam à nobis, noſtroq; Imperio obtineant, eligentes nobis ipſum principem Apoſtolorum, vel † eius vicariũ, firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtram terrenam Imperialem potentiam, ſic eius ſacroſanctam Romanam eccleſiam decreuimus veneranter honorari. & amplius quàm noſtrum imperium, & terrenum thronum, ſedem ſacratiſſimam beati Petri glorioſe exaltari; tribuentes, ei poteſtatem, & gloriæ dignitatem, atq; vigorem, & honorificentiam Imperialem. Atque decernentes ſancimus, vt principatum teneat tam ſuper quatuor præcipuas ſedes Alexandrinam, Antiochenam †, Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, quàm etiam ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum eccleſias Dei; & Pontifex, qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit, celſior, & princeps cunctis ſacerdotibus totius mundi exiſtat; & eius iudicio, quæque ad cultum Dei, vel fidei Chriſtianorum ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur. *& infra*. ¶Eccleſijs beatorum apoſtolorum Petri, & Pauli pro continuatione † luminariorum, poſſeſſionum prædia contulimus, & rebus diuerſis eas ditauimus, & per noſtram Imperialem iuſſionem ſacram tam in Oriente, quã in Occidente, vel etiam Septentrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Aſia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuerſis inſulis noſtra largitate ei † conceſſimus; ea prorſus ratione, vt per manus beatiſſimi patris noſtri Silueſtri ſummi Pontificis, ſucceſſorumque eius omnia diſponantur. *& infra*. ¶Beato Sylueſtro patri noſtro, ſummo Pontifici, & vniuerſalis vrbis Romę Papæ, & omnibus eius ſucceſſoribus pontificibus, qui vſque in finem mundi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri, de præſenti contradimus palatium Imperij noſtri Lateranenſe, deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulque phrygium †, nec non, & ſuperhumerale, videlicet ſorum, quod Imperiale circundare aſſolet collum; verum etiam, & chlamidem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta; ſed & dignitatem Imperialium preſidentium γ equitum, conferentes etiam, & Imperialia ſceptra, ſimulque cuncta ſigna, atque banda, & diuerſa ornamenta Imperialia, & omnem proceſſionem Imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris autem reuerendiſſimis clericis in diuerſis ordinibus eidem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeruientibus illud culmen, ſingularitate, potentia, & præcellentia habere ſancimus; cuius ampliſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, ideſt patricios ♪, atque Conſules effici, nec non, & cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgamus decorari. Et ſicut Imperialis militia ornatur; ita & clerum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ornari decernimus. Et quemadmodum Imperialis potentia officijs diuerſis, & cubicularium nempe, & oſtiarium, atque omnium excubitorum ornatur, ita, & ſanctam Romanam eccleſiam decorari volumus. Et vt ampliſſimè pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, manipulis, & linteaminibus, id eſt candidiſſimo colore decorari equos, ita, & equitare. Et ſicut noſter ſenatus calceamentis vtitur cum ε vdonibus, id eſt candido linteamine illuſtratis; ſic vtantur, & clerici, vt ſicut cœleſtia, ita, & terrena ad laudem Dei decorentur. *Præomnibus autem licentiam tribuimus ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Sylueſtro, & ſucceſſoribus eius ex noſtro indicto, vt quem ζ placatus proprio conſilio clericare voluerit, & in religioſorum numero clericorum connumerare; nullus ex omnibus præſumat ſuperbe agere. Decreuimus itaque & hoc, vt ipſe, & ſucceſſores eius diademate, videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſſimus, ex auro puriſſimo, & gemmis pretioſis vti debeant; & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe verò beatiſſimus Papa, quia ſuper coronam clericatus, quam gerit ad gloriam Beati Petri, omnino ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona; nos phrygium candido † nitore ſplendidum reſurrectionem Dominicam deſignans, eius ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frænum equi ipſius pro reuerentia Beati Petri, ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodem phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſſionibus ad imitationem Imperij noſtri. Vnde, vt pontificalis apex non vileſcat, ſed magis, quam terreni Imperij dignitas gloria †, & po-

† *al. & eius ſucceſſores.*

† Antioc. Alexand.] orig. Impreſſum.

† *al. concinnatione.*

† *al. eis libertatè conceſſimus.*

Iuo p. 5. c. 49. Pan. l. 4. c. 1.

† *al. phrygium ideſt mitram.*

Suidas in hoc verbo βάνδο.

† *al. candidi nitoris ſplendidam*

† *al. & gloria potitia*

& potentia decoretur, ecce tam palatium noſtrum, ut prædictum eſt, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, ſeu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, præfato Beatiſſimo Pontifici noſtro Syluestro vniuerſali Papæ contradimus, atque relinquimus: & ab eo, & a ſucceſſoribus eius per hanc diualem noſtram & pragmaticum conſtitutum decernimus diſponenda, atque iuri ſanctæ Romanæ eccleſiæ concedimus permanſura. Vnde congruum perſpeximus noſtrum Imperium, & regni poteſtatem in orientalibus transferri regionibus, & in Byzantiæ prouinciæ optimo loco, nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui Imperium: quoniam vbi principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. Hæc verò omnia, quæ per hanc noſtram imperialem ſacram, & per alia diualia decreta ſtatuimus, atque confirmauimus, vſque in finem mundi illibata, & inconcuſſa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare pręcepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur per hoc noſtrum Imperiale cõſtitutum omnes noſtros ſucceſſores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, ampliſſimum ſenatum, & vniuerſum populum in toto orbe terrarum, nunc & in poſterum, cũctis retro temporibus Imperio noſtro ſubiacentem, nulli eorum quo quomodo licere aut infringere, aut in quoquam conuellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſubiaceat innodatus, & ſanctos Dei, Principes Apoſtolorum Petrum & Paulũ ſibi in præſenti, & in futura vita ſentiat contrarios; atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius verò Imperialis decreti noſtri paginam proprijs manibus roborantes, ſuper venerandũ corpus beati Petri principis Apoſtolorum poſuimus. Datum Romæ iij. Kal. Aprilis, Domino noſtro Flauio Conſtantino Auguſto quater, & Gallicano v.c. Coſſ.

¶ *Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleæ eſſe non ſolent.*

α ¶ Conſtantinus.] *Verba hæc vſque ad verſ.* In eo, priuil. *non ſolum habentur apud Anſelmum, & Deuſdedit, ſed etiam in geſtis B. Sylue. in his, quæ à Conſtantino per octo dies poſt baptiſmum acta referuntur.*

β ¶ Vtile.] *Hinc vſque ad finem ſumpta ſunt ex geſtis ſeu actis ſancti Syluestri, in quibus multa præcedunt ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantùm videntur relata, quæ in collectionibus Anſelmi, & Deuſdedit habentur. Titulus proprius huius partis in geſtis ipſis eſt huiuſmodi.* Priuilegium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quod conſtituit D. Conſtantinus Auguſtus ſancto Syluestro epiſcopo vrbis Romæ, & omnibus ſucceſſoribus eius vſque in perpetuum, & obtulit ſuper corpus beati Petri Apoſtol. *De quo item priuilegio Leo nonus in epiſtola prima, ſeu libello aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Arcidani epiſcoporum, cap. 13. ſic loquitur.* Pauca ex priuilegio eiuſdem Conſtantini manu cum cruce aurea ſuper cœleſtis clauigeri uenerabile corpus poſito ad medium proferemus. *De ijſdem geſtis, ſiue actis Gelaſius in concilio LXX.* Epiſcoporum *(& refertur ſupra diſtinct. 15. in cap. ſancta Romana) ſic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vſuardi in feſto* Sancti *Syluestri legitur.* cuius actus clari habentur. *Inueniuntur verò etiam hodie peruetuſtis literis deſcripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatiæ Nouantulæ: quorum interpres in procœmio hæc ait:* Hiſtoriographus noſter Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ vrbis epiſcopus cum hiſtoriam eccleſiaſticam ſcriberet, prætermiſit ea, quæ in alijs opuſculis ſunt, vel quæ ſe meminit retuliſſe. Nam uiginti libros omnium penè prouinciarum, paſſiones martyrum, epiſcoporum, & confeſſorum, & ſacrarum virginum, ac mulierum continere fecit. Deinde ſecutus, & ab Apoſtolo Petro, omnium epiſcoporum nomina, & geſta conſcripſit, & earum vrbium, quæ arcem pontificatus per Apoſtolicas ſedes tenere noſcuntur, ut vrbs Roma, Antiochia, Hieroſolyma, Epheſus, & Alexandria. Harum vrbium epiſcoporum omnium pręteritorum nomina vſque ad tempus ſuum, & geſta Gręco ſermone conſcripſit. Ex quo numero unum Epiſcopum vrbis Romæ ſanctum Syluestrum me de Greco in Latinum transferre præcipiſti domine ſancte, ac beate pater. *Quibus uerbis, quicunque ſit auctor iſtius procœmij; eadem geſta ab Euſebio* Gracè *ſcripta fuiſſe clarè profitetur. Quæ etiam in uetuſtiſſimis* Pontificalibus, *& codicibus, in quibus ſanctorum vitæ ſunt deſcriptæ, in vita Beati Syluestri referuntur.* Partem *horum actorum (quod ad baptiſmum Conſtantini, & imagines ſanctorum Petri, &* Pauli *ſpectat) refert Hadrianus* Papa *in epiſtola Conſtantino Imperatori, & matri* Irenæ *ſcripta, quæ in ſecunda actione ſeptimæ uniuerſalis ſynodi habetur. Ipſum autem priuilegium ferè integrum refert Leo nonus loco ſuperius indicato, & Theodorus Balſamon in Photij nono canone, tit. 9. cap. 1. quanquam alijs rebus (quod Græci plerumque ſolent)* Romanæ *eccle-*

ſiæ

ſia non ſatis æquus. Hanc eandem donationem ante Gratianum recitarant Anſelmus, Deuſdedit, Iuo locis notatis: Quò ea pertinent, quæ Petrus Damianus in diſceptatione ſynodali inter regium aduocatum, & Romanæ eccleſiæ defenſorem ſcripſit. Lege, inquit, Conſtantini Imperatoris edictum, ubi ſedis Apoſtolicæ conſtituit ſuper omnes in orbe terrarum eccleſias principatum Nam poſtquam ſupra corpus beati Petri baſilicam fundator erexit, poſtquam patriarchium Lateranenſe in beati Saluatoris honore conſtruxit: mox per Imperialis reſcripti ſeriem Romanæ eccleſię conſtituit dignitatem, vbi nimirum Beato Syluestro, ſuiſque ſucceſſoribus obtulit, vt regali more, & aurea corona plecterẽtur in capite, & cæteras regij cultus infulas vſurparent: Verũ Beatus Syluester ornamenta, quæ ſacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios vſus aſſumpſit: coronam verò, vel cætera quæ magis ambitioſa, quàm myſtica videbantur, omiſit. Cui etiam Conſtantinus Lateranenſe palatium, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuò iure conceſſit, regnum Italiæ iudicandum tradidit. Nam ipſius Regis hæc verba ſunt, Vnde congruũ, inquit proſpeximus noſtrum Imperium, & regni poteſtatem orientalibus transferri, ac mutari regionibus, & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui Imperium: quoniam, ubi principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. *De hac eadem reſcribit Ado Vienneñſis in commentario ætatis ſextæ, & Gotfredus. Viterbienſis in chronicis par. 6. c. 2.*

γ ¶Præſidentium equitum.] *Græcè eſt apud Balſamonem,* καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, *ideſt,* & dignitates Imperialium equorum.

δ Ideſt patricios.] *Locus hic Græcè ſic habet,* καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα. i. & illam habere celſitatem, atque amplitudinem, quo ornatus eſt magnus noſter ſenatus, ſiue patricij & conſules, ſiue hypati, & reliquæ dignitates.

ε ¶Cũ vdonibus.] *Græcè totus hic locus habet paulò aliter,* καὶ ὡς καὶ ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λαδικὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως, καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ ταγηνικὰ πρὸς αἴνεσιν τοῦ θεοῦ. Et quemadmodũ ſenatus noſter fert calceos, ſeu ſandalia cum linteis; ita etiam cœleſtia, ſicut terreſtria ad Dei laudem,

ζ Quem placatus.] ἵνα ἐάν τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδίου θελήματος καὶ εὐαρέστου γενέσθαι κληρικὸς, καὶ ἐν τῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι μή τις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τούτῳ i. ut ſi quis ex ſenatu ſponte ſua, quodq; ita ipſi libeat, voluerit fieri clericus, & in ſanctorum clericorum numerum adſcribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

κ ¶Hæc verò omnia.] *Hic quoque eſt magna verborum varietas: ſed eadem ferè ſnĩa.*

Sicut quamuis.] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. In prima dr̃, ꝙ ſicut aliqua parua ciuitas nõ minuit prærogatiuã regni, etiam ſi ſit ibi ſedes regalis; ſic Imperator prærogatiuã eccleſię minuere nõ põt. In ſecũda dr̃, ꝙ Pontifex quãtũcunq; ſit malus: dummodo nõ ſit hęretic9, ab Imperatore puniri nõ poteſt: Secunda pars incipit ibi, [Semp eſt.] a ¶Sicut.] Sẽſus eſt: ſicut parua ciuitas non poteſt regnum impugnare: ita nec Imperium ſacerdotium. Vel ſic, licet epiſcopus ſit in parua ciuitate, Rex tñ non põt iudicare de clericis eius, ſecũdũ hoc, dic diſpenſationis religioſæ, ideſt, epiſcopi cõſtituti in parua ciuitate.
b ¶Humanitus.] id eſt, conſuetudine humana, ideſt, fragilitate humanæ naturæ H.
c ¶Non tamen contra religionem.] Nã in eo caſu poſſet à quocumque redargui 40. diſt. ſi Papa. vel etiam ſi ſchiſma faceret. 23 q. 5. de Liguribus. Et plures caſus in q̃bus laici habent iuriſdictionem ſuper clericos, dixi 23 q. 5. principes.
d ¶Nullatenus.] 63. diſt. Valentinianus. Boni

Imperium non põt ſacerdotiũ impugnare.

Laici ſuper clericos q̃n oñe iuriſdictionem habent.

Item Gelaſius ad epiſcopos Dardaniæ.

¶Imperialis auctoritas religioſæ diſpenſationis menſuram non mutat. Cap. XV.

Sicut a quamuis parua ciuitas prærogatiuam præſentis regni non minuit, ſic Imperialis præſentia menſuram diſpenſationis religioſæ nõ mutat. *& infra.* ¶Semper *a* eſt effectum in ſacerdotali concilio de ſacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualeſcumque Pontifices ſint, & ſi errore humanitus [b] accidente, non tamen contra religionem [c] vllatenus excedentes, nullatenus [d] videntur à ſæculari poteſtate poſſe percelli.

Boni principis.] CASVS. Hic dicitur, ꝙ officiũ principis eſt, eccleſias deſtructas reſtaurare, nouas ædificare, & clericos potius defendere quàm deſtruere, vel aliquo modo ſubiugare.

a ¶ Contritas 25.q.1.diuinis, &c.

b ¶ Reſtaura-

CASVS. Hic intitulatur 97.diſt. in qua concludit Gratianus ex illo capitulo, bene quidẽ, ꝙ nulli laico de rebus eccleſiaſticis iudicare licet ſine auctoritate eccleſiæ, & ſimiliter factum fuerit, irritum erit, niſi eccleſia ſubſcribat, vel auctoritatem præſtet. Et ideo videtur, ꝙ conſtitutio. q̃ fecit Honorius Imperator ſu. 79 di. ſi duo. non valuit, cũ fuerit a laico facta: poſtea ſoluit dicẽs, ꝙ ſi laicus inuitetur ab eccleſia vt de reb. eccleſiaſticis faciat conſtitutionẽ, ſicut fuit Honorius a Bonifacio inuitatus, valebit conſtitutio.

α ¶ Semper.] *Mutatus eſt a collectore orationis ductus, ne quę antecedunt, recitanda eſſent.*

Item Marcellus Papa Maxentio α.

α ¶ Maxentio.] *In impreſſis addebatur,* epiſcopo, *quæ vox abeſt ab omnibus manuſcriptis.*

Anſ.l.6.c.192.

† *al.regis.*

¶ Eccleſias reſtaurare contritas, non Pontifices perſequi boni principis eſt. Cap. XVI.

Boni principis eſt, ac religioſi †, eccleſias contritas [a] atque conſciſſas reſtaurare [b], nouas ædificare, & Dei ſacerdotes honorare, atq; tueri. Vnde ſanctos Apoſtolos, eorumq; ſucceſſores ſub diuina conteſtatione conſtituiſſe legimus, non debere fieri perſecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico, neque expellere æterni regis diſpenſatores.

DISTINCTIO XCVII.

† *al.Pontificum.*

Hoc capitulo patenter [c] oſtenditur, quòd, nec Imperatori, nec cuilibet laico licèt decernere, vel de electione Pontificis †, vel de rebus eccleſiaſticis. Quæcũque autem ab eis conſtituta fuerint, pro infectis habenda ſunt: niſi ſubſcriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij [d] Auguſti, vt ſupra dictum eſt, vanum eſſe videtur, quod contra auctoritatem ſacrorũ canonum de electione ſummi Pontificis decernere tentauerit. Sed ſicut ex eodem capitulo habetur, eccleſiæ precibus Imperator in præſumptores valet decernere: ſicut pro defenſione fidei quondam decreuiſſe leguntur, ne hæretici [e] aliquid nomine eccleſiæ poſſiderent. Ab ea autẽ non inuitati [f] de rebus eccleſiaſticis aliquid diſponendi non habent facultatem. Honorius verò Auguſtus non ſua auctoritate, ſed beato Bonifacio ſupplicante, eccleſiaſticæ quieti conſulere, & concertantium ambitionem punire curauit.

Diſt.79.ſi duo.

Vnde idem Bonifacius epiſcopus ſupplicationis epiſtolam Honorio Auguſto deſtinauit, dicens.

¶ Epiſtola Bonifacij ad Honorium Auguſtum. Cap. I.

Epiſt.1.ad Honoriũ.

Eccleſiæ [g] meę, cui Deus noſter meum ſacerdotiũ, vobis res humanas regentibus, deputauit, nos cura conſtringit ne cauſis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus [h], qui a ſacerdotibus vniuerſis, & clericis, & Chriſtianæ plebis perturbationibus agitãtur [i], apud aures Chriſtianiſſimi principis deſim. Si.n. ſecus quàm oporteat, eueniat; non vos id facere [k], qui cuncta æqua moderatione cõponitis, ſed nos per noſtram tacentẽ † [l] deſidiam videbimur, quod ciuitatis quie-

† *al.tacentes.*

c ¶ Hoc capitulo.] Reſpicit in hac d. 97 illud c. bene quidem 96. diſt. & aſſignat in hoc §. quandam cõtrarietatẽ, & dat poſtea ſolutionem.

d ¶ Honorii.] Supra d. 79. ſi duo.

e ¶ Ne hæretici.] ſu. d. 8. quo iure. & 23. q. 7. c. 1. & 2 & 27. q. 3. c. nimium.

f ¶ Inuitati.] ſu. d. 63 Hadrianus, & ca. in ſynodo.

Eccleſiæ.] CASVS. Hæc eſt epiſtola Papę Bonifacii in qua ſupplicat Honorio Imperatori. In prima parte oſtẽdit Bonifacius, ꝙ ipſe ẽ ſolicitus de eccleſiaſtico ſtatu, ne ſi negligens inueniatˀ, ſit redarguẽdus. In ſecũda rogat Honoriũ đ pace, & quiete eccleſiæ ſeruãda, ei multipliciter applaudẽdo In tertio rogat eũ, vt ſuos legatos honorificè recipiat. Secũda ibi [Ipſa enim eccleſia.] Tertia incipit ibi, [Habet refugiũ.]

g ¶ Eccleſiæ inf. ca. proxi victor. cõtra. Sed vt ibi dicitur: iã erat in cõualeſcẽtia; adhuc tamen erat debilis, vt hic.

h ¶ Conuentus.] .i. conuenticulas. C. de epiſ. & cle. conuenticulam.

i ¶ Agitantur.] q. d. licet adhuc ſimus inualidi tñ cura eccleſiæ nos cõpellit, vt inuigilemus eccleſiaſticis negociis, & pro eis intercedamus apud vos. quia multi clerici turbant eccleſiam Dei. Archidiaconus.

b ¶ Reſtaurare.] 27. q. 4. diffiniuit. 16. q. 1. ſtatuimus.

Hoc capitulo patenter.] Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. Secunda ibi. [Sine ſignatis.] Io. de Fant.

K ¶ Facere.] .ſ. videmini.

l ¶ Tacentem.] Extra de teſta. quia ingredientibus, & 63. diſt. c. 1.

a ¶Sub illis.] Vt 11. q. 1. ſacerdotibus.
b ¶Formidentur.] A Chriſtianis.
c ¶Virginē.] Vt 27. q. 1. nuptiaru. in fi.
d ¶Procellarum.] i. hæreticorum.
e ¶Faciem.] Eccleſiæ.
f ¶Præterita.] Scilicet beneficia. ſic intelligitur de cōſe. diſtin. 2. panis, ꝙ. ſ. pro omni munere debemus Deo gratias referre, præſenti ſ. & p̄terito, nō futuro, q̄a nec Deus futurū peccatum indulget. inf. de pęn. diſtin. 3. ſane cauendum, nec pactum valet, ſi fiat ꝙ non agam de futura iniuria, ff. de pactis, ſi vnus. §. pacta.

Peccatum futurum. Deus nō indulget.

g ¶Repetit.] Ideſt, recolit, & ad memoriam reducit.
h ¶Tibi.] Ne ſis ingratus.
i ¶Euulſa.] Per affectum: ideſt, euellent.
K ¶Proſequētibus.] Legationem noſtrā Arg ad quæſtionem magiſtri P. ꝙ Archieps Bracaren. potuit eum ſpoliare.
l ¶Poſtulatis.] Datiui caſus.

Victor.] CASVS. Honorius nūc reſcribit Bonifacio: & primo ſalutat eū referrendo gratias Deo de ſanitate ſibi reddita, & deprecatur ipſum, vt debeat orare pro ipſo, cōmēdans eum in ſolicitudine ſua, & ſignificat ei, ꝙ ad poſtulationem ſuorū legatorum, fecit conſtitutionem, per quā ſatis putat eſſe prouiſum eccleſiaſticę gęti. tandem rogat, ut cōſtitutionem illam publicet, quatenus oēs clerici ſciant ab ambitionib. apoſtolicæ ſedis eſſe ceſſandum, quia de cętero ad hoc nullæ diſſenſiones valebunt.
m ¶Victor.] Sed quare p̄miſit hic Imperator nomē ſuū. Forte hæc cōſuetudo erat olim. C. d, ſu. tri. inter claras. Papa tñ alios ſibi pponit. 12. q. 1.

tem, & eccleſiæ pacem peruertere valeat, admiſiſſe. Cum enim humanis rebus diuinę cultor religionis domino fauente prouideas †: noſtra culpa erit, ſi non id ſub veſtra gloria (quam certum eſt diuinis ſemper rebus animo promptiore fauiſſe) firmo, & ſtabili iure cuſtodiatur, quod per tot, annorum ſeriem, & ſub illis[c] etiam principibus obtinuit, quos α nulla noſtræ religionis cura cōſtrinxit, ideſt, vt licita ſeruentur, & ſub veſtræ Imperio clementiæ minime, quæ ſunt illicita, formidentur[b]. ¶Ipſa enim eccleſia deuotionem tuam Chriſtianiſſime Imperator, meo †quidem ſermone, ſed ſuo venerabili appellat affectu †, quam Chriſtus Deus noſter, veſtri fidus rector, & gubernator Imperij, vni deſponſatam ſibi, & intactam virginem[c] ſeruat: ne in eam aliquos patiamini inſidiantium procellarum[d] fluctus illudi, & quietam faciem[e] tempeſtatis inſolito tumore turbari, glorioſiſſime, & tranquilliſſime Imperator Auguſte †. Ipſa ergo (quæ vni deſponſata, noſtra † tamen mater eſt) Eccleſia, hac pietatem veſtram legatione, quam ſuis ſacerdotib. commiſit, appellat, præterita[f] præſentiaque repetit[g]. Vobis, inquit, religioſe imperantib. β creuit meus, qui modo tuus eſt, populus, tam fidus Deo, quam tibi[h], qui es princeps Chriſtianus. Ecce enim inter ipſa myſteria, inter preces ſuas, quas pro veſtri fęlicitate dependit Imperij, teſte (apud quem, & de cuius ſede agitur) ſancto Petro, ſolicitis pro religionis obſeruantia vocibus clamat; cum ſolicita petitione miſcetur oratio, ne humana γ res ſolito tentatore occulte ſolicitante ſemel euulſa[i] diſcordia diſtrahat. Angeretur pluribus, princeps chriſtianiſſime, mater Eccleſia; niſi apud te ſuarum eſſet cura † cauſarum †, & niſi in oppreſſionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum Imperio ſemper florente, viciſſet. ¶Habet refugium, pium tuæ manſuetudinis animum, cum ſuæ religionis veneratione coniunctum; cum quidquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & conſacerdotib. meis, probatiſſimis viris, a me, & ab omnibus (qui eccleſiam faciunt †) legatis: quibus (precamur.) ſacræ cauſam religionis proſequentibus[k], in vrbe veſtræ manſuetudinis hoc animo, quo poſtulatis[l] annuitis, in perpetuum ſtatui vniuerſalis eccleſiæ conſulatis.

† al. præſideas.
† al. non meo.
† al. affatu.
† al. ſemper Auguſte.
† al. veſtra.
† ſecura] ori.
† Adde [illegible] Imperator [illegible] defenſor, [illegible] filius ecc[illegible] ſiæ. no. i. c[illegible] Romani. [illegible] iureiur & [illegible] auth. vt c[illegible] obe iu. p[illegible] uin. §. & [illegible] conſiderat[illegible] tes. coll. [illegible]
† faciunt iſtiuſmodi] orig.

α ¶Ideſt, vt licita.] *In epiſtola ipſa legitur*, ideſt, vt fidens vtar licitis.
β ¶Imperantibus.] *Additis aliquot ex epiſtola vocibus emendatus eſt hic locus*, creuit meus, qui modo tuus eſt, populus.
γ Ne humanas.] *In pleriſque uetuſtis legitur*, ne hos in varias res ſolito, &c. *In originali uerò*, ne hos, *alias*, vos, in varias res ſemel euulſa diſtrahat a cultu ſolito, tentatore ſolicitante, diſcordia.

¶Reſcriptum Honorij ad Bonifacium Papam. Cap. II.

Victor[m] Honorius inclytus triumphator ſemper Auguſtus Sancto, ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis æternæ. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerētiæ gratulatione ſuſcepimus: quibus recenſitis egimus omnipotenti Deo Maximas gratias, quòd ſanctimoniam tuam poſt

quæſt.1.dilectiſſimis.Vel forte tunc nouella erat Eccleſia, & adhuc obtinebat illud. Quare fremuerunt gentes,& c.1.poſtea autem Imperator ſubiecit ſe Papæ, vt 23.q 4.diſplicet.

1 23.q.4.nõ inuenitur.

a ¶Sua ſtudia.] Idem, conſpirationes. ſimile 61.diſtin. obitum,

olim.in fi.& C.de fide inſtru.l.vlt.Sed nunquid ſufficit mandatum ſine literis? Dico,ꝙ legato non ſufficit probare mandatum, C.de man. princ. l.1. quia legati non ſine periculo recipiuntur. Vnde maior eſt in eis facienda examinatio,vt 42 diſ.quieſcamus.Sed delegatus poteſt ꝓbare mandatũ ſine literis,vt in authen. deliti, §. oẽm colla 9. & arg.extra de offi dele. prudentiam,& extra de reſcrip.ex parte.Ioan. Tan. & quidam alii dicũt,quòd in iudiçe delegato non ſufficit ꝓbare amiſſionem reſcripti, niſi oſtẽdat authẽticũ,vt extra de offi.dele.cũ in iure.25.q.2.ſancimus,& extra de fide inſt.c.1. Ita notat T. ſuper illa decre cum olim. Sed pone,ꝙ partes viderũt & approbauerunt reſcriptum,& poſtea redactum fuit in publicã formã per tabellionem nunquid amiſſo poſtea reſcripto iudex ꝓcedere poterit?Satis credo,ꝙ ſiç Io.vt notaui in quæſtionibus 3. B. Sed cum hic indiſtincte dicat, ꝙ literę debeant eſſe ſignatę,videtur a quocunque ſint ſignatæ,ꝙ ſufficiat ad hoc, vt ſcriptura dicatur authẽtica, vt extra de appel.perſonas.& ext. de fideiuſſ. ꝑuenit. Nã &.eṗs ſigillat ſigillo eccleſiæ ſuæ,vt 71. diſt. in nomine Domini in fi. itẽ & alieno annulo põt qs ſignare teſtamẽtũ, vt Inſt. de teſt.§. poſsũt aũt Itẽ & alienũ ſigillũ 4. etiã nõ iudicis ſui fidem facit,vt infra di.prox.

Ipſe Ioan. & H. in præce. decre. de priui. cu. olim in gloſ. hoc eſt. vbi dicũt & Goff. cum eis hoc eſſe verum niſi honeſtus, & notus eſſet; & debet ei credi,vt in hoc ca. nobiliſſimus. Arch.

Delegatus mandatũ ſine literis ꝓbaſe poteſt.

longum incõmodum optatæ redditam didicimus ſanitati.Et idem reuertentibus venerabilibus viris gaudiũ noſtrum ſacrorũ apicum atteſtatione ſignamus,ac petimus, vti quotidianis orationib. Apoſtolatus tuus ſtudium, ac votum ſuum circa ſalutem, atque Imperium noſtrum dignetur impendere.Illud autem pietati noſtræ ſatis placitum eſſe cognoſce, quod ſanctimonia tua de eccleſiarũ, aut populi perturbatione ſolicita eſt. Quæ,ne aliqua ratione poſſit euenire, ſatis clementia noſtra credidit eſſe prouiſum. Denique beatitudine tua prædicante id ad cunctorum clericorum notitiam volumus peruenire, vt ſiquid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana ſorte contigerit, ſciant omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum. Ac ſi duo, *vt ſupra, Et infra.* ¶Vnde id obſeruandum eſt,vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex ſerenitatis noſtræ admonitione cuſtodiãt,nec aliquid ſeditioſis conſpirationibus tentare conentur: cũ certum ſit, nulli partium ſua ſtudia [a] profutura.

Diſt.69.ſi duo.

2 *Sine ſignatis apicibus non eſt mos Romanæ eccleſiæ vndecunque legationem ſuſcipere* a.

Vnde Nicolaus Papa.

a ¶Suſcipere.] I*n vulgatis ſequebatur*, neque mittere: *quæ abſunt a vetuſtis, neque conueniunt cum his,quæ ſequenti capite afferuntur.*

¶Romana non conſueuit eccleſia ſine ſignatis apicibus legationem vndecunque ſuſcipere.

Cap. III.

NObiliſſimus [b] vir, atque ſtrenuus veſtræ ſublimitatis legatus,licet nullam epiſtolam iuxta conſuetudinem a vobis noſtro Põtificio detuliſſet, licet nunquam Apoſtolicæ ſedis modus † fuerit abſque ſignatis [c] apicibus vndecunque legationem ſuſcipere; Nos tamen vos in illo honorantes, eiuſque grauitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoſcentes aſſertiones; nihilominus [d] eum,& ſicut decuit, ſuſcepimus, & ei,ſicut honeſtũ fuit, credidimus [e].

† al.mortis.

3 Quæſtio dñicalis eſt & incipit:q dam impetrauit reſcriptum, &c. Literas eſſe a quocunq; ſignatas an ſufficiat.

4 Dũ tñ ſit auhenticũ. Argu.C. de bo. proſc. ſi qs intra. inſti. de Atti. tu.§ penult. Arch.

obitum,aliàs in bònam partem ead.diſt. ſtudii.Io.

SINE.CASVS. Quia in ſuperiori ca.facta fuit mentio de ſignatis apicibus: ideo nunc vult oſtendere, ꝙ eccleſiæ Romanę mos eſt non ſuſcipere legatum ſine ſignatis apicibus.

NObiliſſimus.] CASVS. Mandat Nicolaus Papa cuidam principi, ꝙ licet mos ſit Romanæ eccleſiæ non recipere legatum alicuius ſine literis ſigillatis: tamen legatum illius principis ſine literis recepit honorifice: & verbis eius fidem adhibuit, honorans principem in perſona ipſius.

b ¶Nobiliſſimus.] Arg. quòd ſine literis non eſt adhibenda fides legatis.11.q.2.Lugdunenſis.

c ¶Signatis.] Oportet ergo, ꝙ legatus exhibeat literas legationis ſuæ ad hoc,vt credatur ei,vt hic,& 63.diſt.lectis.C.de man.princ.l. vnica. Sed quid ſi perdidit literas,& vult probare 2.amiſſionem? Dico ꝙ poteſt. non tamen ſufficit probare tenorem literæ, niſi & probetur,& illa litera fuerit ſine vitio,vt extra de priui, cum ca.1.& 2. Sed dic,ꝙ alienum ſigillum facit fidem,ſi nõ habetur proprium: aliàs non. vt extra de appel.ſignificauit. & 65.diſt.epiſcopus.Item literæ nõ dicuntur ſignatæ ſi legi nõ poſſunt characteres, vt extra de fide inſtr. inter.& ff.de teſt.ad teſtium. §.ſi ſigna. & §.ſi ſignum. Item ſi filum ruptũ ſit, non dicuntur ſignatæ,vt extra de cri.fal.c.licet. Si autẽ filum ex toto nõ eſt fractũ,bene dicuntur ſignatæ,vt ff.de bon.poſſ. ſecundum tab.l. 1.§.ſi linum.extra de fide inſtr.ſicut.

Legato ſine literis ſuæ legationis credendum non eſt.

2 Quod dic, vt ẽs notat,

d ¶Nihilominus.] Ergo & Cardinali,qui bene notus eſt in aliqua prouincia,credẽdum eſſet ſine literis: maximè cum non contingat Cardinalem vnquam abeſſe niſi legãtionis cauſa.Ioan.

e ¶Credidimus.] Argu. ꝙ interdum voci, & aſſertioni vnius credendũ ſit,ſi ꝑſona ſit honeſta & authen. 5.ar. 8.q.3.c.1.Ar.contra 9.d.ego ſolis.ſic è conuerſo ex ꝑſona ꝓferẽtis inſtrumentũ minus creditur inſtrumento. vt ff.ce edẽ.ſi qs.§.1.ſic ſi malus aliquid dicat, nõ facile ei creditur, vt 24.q.1.quiſquis, Argu. contra 19.d.ſm

Cardinalino to ſine literis credi põt

Voci vnius qñq; credit.

5 Concor. tex.ĩ l. ſi qs decurio. C. de fal.& ĩ l. Theopõpus. ff.de do.præ le. regulariter tñ eſt cõtra,

QVæ circa ordinandos.] CASVS. Egit ſu. Gra. diligenter de ordinatione, & electione clericorum: ſed quia per mutationem locorũ veritas occultatur: ideo in hac diſt. 98. oſtẽditur, vt clerici peregrini non recipiantur, niſi cum literis quinquæ epiſcoporũ, cũ a proprio epiſcopo fuerint commendati.

d TRanſmarinos.] Idem intelligo de quolibet ignoto, qui ſigilla præſentat ignota. Ioan. 1.

e ¶Chyroghraphis.] Ideſt, literis, in quibus continebitur de vita, de moribus, de ordinibus, & de irregularitate ſua.

f ¶Per ... 1 Cõcor. nõ per Bart. i. l. Lucius. ff. de fide inſt. & l. ad teſti. ff. de teſt.

DISTINCTIO XCVIII.

QVæ circa [a] ordinãdos ſint obſeruanda, quę in eorum electione diligenter ſint conſideranda, multorum auctoritatibus monſtrata ſunt. Sed quia veritas rei nonnunquã obſcuratur mutatione prouinciæ; decretũ eſt ſacris canonibus, vt peregrini, niſi quinque, vel eo amplius ſuorum epiſcoporum fuerint commendati chyrographis, non ordinentur.

Vnde Syluester Papa generali concilio præſidens dixit.

In fine epilogi concilij ſub Syluestro, ſed paulo aliter. Poly. l. 2. tit 31. Anſ. l. 7. c. 23. † *al. nos.* † Abſunt ab originali & aliquot Gra. codicibus.

¶Niſi quinque epiſcoporum literis deſignatum tranſmarinum hominem ad clericatum nullus ſuſcipiat. Cap. I.

NVllus aliqua [b] ratione tranſmarinum hominem penes vos † in clericatus gradus ſuſcipiat, niſi quinque [c] aut † eo amplius] epiſcoporum deſignatus ſit chyrographis.

Poly. ibidem. Anſ. l. 7. c. 24. † *al. honore nolite ſuſcipere.*] orig.

Item Anaſtaſius I. vrbis Romæ epiſcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ epiſcopos, epiſt. 1.

¶De eodem. Cap. II.

TRanſmarinos [d] homines in clericatus honorẽ † nemo ſuſcipiat, niſi quinque, aut eo amplius epiſcoporum chyrographis [e] ſint deſignati: quia multa per ſubreptionem [f] ſolent euenire.

Item Gregorius Romanæ eccleſiæ præſul Squillatino epiſcopo, lib. 2. epiſt. 25.

¶De eodem. Cap. III.

Polyc. ibidem. Anſ. l. 7. c. 25. Iuo p. 6. c. 351.

AFros [g] paſſim, vel incognitos peregrinos, ad eccleſiaſticos ordines tendentes nulla ratione ſuſcipias [h]. quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini verò plurimi etiam in minoribus ordinib. conſtituti fortiores α [i] de ſe prætendiſſe honores ſæpè probati ſunt.

α ¶Fortiores.] *Sic legitur in vetuſtis Gratiani & B. Gregorij codicibus; verum in Frobentana, ac Lugdunenſi eiuſdem B. Gregorij operum editione,* ad fortiores prætendiſſe honores.

Clerici ſine literis ſuorũ epõrum nõ ſunt recipiẽdi.

a ¶Quæ circa.] Hic depingitur 98. di. in cuius principio vtiť Gratia. tranſitu: in quo oſtendit, quid dixerit hactenus, & quid in hac dicturus ſit. Nam quia clerici ſæpè mittuntur de prouincia ad ꝓuinciam, breuiter oſtendit, ꝙ non ſunt recipiẽdi in alia prouincia ſine literis epiſcoporum ſuorum.

NVllus.] CASVS. Diciť hic, ꝙ nullus epiſcopus debet recipere clericũ trãſmarinũ in ſua eccleſia, niſi habuerit literas ſigillatas quinque epiſcoporũ, vel eo amplius fuerit cõmẽdatus: qa multa per ſubreptionem ſolent euenire. Idem dicitur in ſeq. cap.

b ¶Nullus aliqua.] Iſta c. introducta sũt ad cautelã: vel legũtur de primitiua eccleſia: & ſic ſecus hodie.

c ¶Niſi quinq;.] Cõtra 71. diſt. ca. 2. Sed hæc capitula loquũtur, quãdo ita remoti ſunt, ꝙ ſigilla epiſcoporum & etiã loca ignota ſunt: illud quãdo epiſcopus ꝓpinquus eſt, & eiꝰ ſigillum bene cognoſcitur: & hoc colligitur extra de cler. pereg. tuæ. Sed pone, ꝙ nõ habet literas: eſt ne recipiẽdus ſi probet ꝑ teſtes? ita. extra de cleri. pereg. c. vlti. Nam magis credendum eſt viuæ voci, quàm mortuæ. in authen. de fide inſtru. §. ſi verò. coll. 6. H. intelligit hæc capitula abrogata. olim enim habuit locũ hoc capitulum propter multitudinem hæreticorum. Sed illud capitulum, tuæ, euacuat opinionem iſtam. Sed certè non vĩ recipiendus, & ſi mille ſigilla haberet ignota: quia nõ plus fidei præſtant mille ignota, quam vnũ ignotum, præterea in teſtamento ita inuenis, ꝙ cum ſigna ſunt ignota, conuocantur omnes illi quorum dicuntur ſigilla, vt ſciatur an recognoſcant ſua ſigna: vt ff. quemadmodũ teſtamenta aperiãtur cũ ab initio. ex hoc cõcedo, ꝙ niſi aliqualis habeatur notitia de ſigillis & de illis remotis eccleſijs, ꝙ non ſit ei credendũ, & ſi mille ſint: arg. ext. de fide inſtr. cap. quod ſuper his

Voci viuæ magis credẽdum eſt, q̃ mortuæ.

Sigillis ignotis fides nõ eſt adhibenda.

f ¶Per ſubreptionem.] Si extra. de procur. cap. 1. & 3. q. 3. induciæ.

AFros.] CASVS. Præcipit Grego. in hoc c. epiſcopo Squillatino, vt afros, & peregrinos clericos ad ordines non ſuſcipiat, quia quidam eorum ſunt hæretici: quidam ſunt rebaptizati: quidam verò ſunt peregrini: & ordines, quos non habent, ſe mentiuntur habere.

g ¶Afros.] Ratione prouinciæ præſumitur contra aliquem. arg. 24. diſt. quando, ff. de æd. li. edi. quod ſi nolit. §. qui mancipia 2.

2 Arg. contra ext. de iud. cũ dep... tati. ext. d... inſti. ad d... corẽ. Arch.

h ¶Suſcipias.] Vt officient populum. alias bene: extra de cler. pereg. c. pen.

i ¶Fortiores.] Hæc eſt vna ratio, quare non admittuntur, aliæ aſſignantur. 19. q. 2. duæ.

Omnes.]

Item ex concilio Eliberitano, c. 24.

Ivo p.6.c.352.

¶ Non ſunt promouendi ad clerum, qui peregre fuerint baptizati. Cap. IV.

†al. in peregrinatione.

OMnes[a], qui peregre† fuerint baptizati, eo quòd eorum minime ſit cognita vita, placuit ad clerum nō eſſe promouendos in alienis prouincijs.

DISTINCTIO XCIX.

DE primatibus[b] autem (quorum ſupra mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in eccleſiæ obtineant; an in aliquo à patriarchis differant; quam obedientiam archiepiſcopi eis debeant. Primates & patriarchæ diuerſorum ſunt nominum, ſed eiuſdem officij. Ab archiepiſcopis autem quoties neceſſe fuerit, epiſcopi ad primates appellant; ſed à primatib. ad archiepiſcopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam primatibus archiepiſcopi in omnibus, quæ ſibi ab eis iuſtè fuerint imperata.

Vnde Anacletus Papa ait ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2.

Poly.l.5.tit.53.
Pann.l.5.c.23.

¶ Quæ obedientia ſit exhibenda primatibus, & patriarchis. Cap. I.

PRouinciæ multo ante Chriſti aduentum[c] tempore diuiſę ſunt maxima ex parte, & poſtea ab Apoſtolis, & beato Clemēte prædeceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata. Et in capite prouinciarum (vbi dudum primates legis† ſęculi erāt, ac prima iudiciaria poteſtas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabātur, quādo eis neceſſe erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permiſſum[d] non erat[e], confugiebant pro oppreſſionibus, vel iniuſtitijs ſuis; ipſoſque appellabant, quoties[f] opus erat ſicut in lege eorum præceptū erat;) ipſis[g] quoq; in ciuitatib. vel locis, noſtros† patriarchas, vel primates, qui vnam formā[h] tenent, licet diuerſa ſint nomina, leges diuinę, & eccleſiaſticę poni, &

† al. leges.

† al. noſtris.

OMnes.] CASVS. In hoc cap. ſtatuitur, vt illi qui in peregrinationes ſunt baptizati, non promoueātur: quia eorum vita eſt incognita, & poſſunt eſſe irregulares.

a ¶ Omnes.] Hoc cap. loquitur de adultis. Sed nonne baptiſmus tollit omnē peccati maculam? Vtique ſic inf. de pęn. diſt. vlt. cap. vlt. hoc ergo ideo quia fortè iſti bigami vel aliàs. irregulares ſunt, quia ante baptiſmum fortè fuerunt bigami.

Baptiſmus omnē peccati maculam tollit.

DE primatibus.] Hæc diſtin. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, quòd vbi erant primates gentilium olim: ibi ſunt modo primates, ideſt, patriarchæ, qui idem habent officium, licet nomina ſint diuerſa. Secunda ibi. [Nulli archiepiſcopi.] Tertia ibi, [Vniuerſitatis] Ioan. de Fant.

CASVS. Quia ſupra in 80. diſtinct. c. 1. Gratianus fecerat mentionem de primatibus & patriarchis, nec aſſignauerat differentiam inter eos, ideo ſupponit hanc 99. diſt. in qua oſtendit, quòd primates & patriarchæ quo ad officia non differunt, ſed quo ad vocabula, ad quos primates vel patriarchas ab archiepiſcopis appellant epiſcopi. Oſtendit etiam quòd archiepiſcopi debent primatibus obedire in his, quæ iuſtè fuerint imperata.

b ¶ De primatibus] Fecerat Gratianus. ſu. in diſtin. 80. mentionem de primatibus & patriarchis: ſed ne quis crederet propter nominum diuerſitatē aliquam eſſe realem differentiam: ideo oſtendit in hac diſt. differentiam eſſe tantum in nomine. Oſtēdit etiam de reuerētia, quam debent archiepiſcopi ſuis primatibus. Oſtendit ēt ꝙ nec Romanus Pōtifex debet vniuerſalis appellari.

PRouinciæ.] CASVS. Quæſitum fuit ab Anacleto in quibus locis primates inſtituendi ſint: & an archiepiſcopi eis debeant obedire. Et reſpōdet ꝙ leges eccleſiaſticę iuſſerūt poni primates, vel patriarchas, q eandē formā tenent. (licet diuerſa ſint vocabula) in capitib' ꝓuinciarū, vbi olim erant primates paganorū: ad quos primates vel patriarchas ab archiepiſcopis appellat. In alijs vero ciuitatibus metropolitanis debent archiepiſcopi reſidere, qui debent prędictis primatibus obedire, nec nominari primates, ſed archiepiſcopi vel metropolitani.

c ¶ Ante Chriſti aduentum.] Ergo ante tēpus Gelaſij, & Dionyſij diſtinctæ erant prouinciæ. vnde reprobatur quædam ſolutio, quę ponitur 10. quæſt. 3. nec numerus, quòd ſcilicet tunc nō erant ꝓuinciæ limitatæ. Sed dic quòd prouinciæ fuerunt diuiſæ, vt hic, ſed diœceſes non, niſi a tpe Dionyſii. 13. q. 1. c. 1. Vel ſolue per illam literam, maxima ex parte: quaſi dicat, non omnes.

Prouinciæ quo tempore fuerint diſtinctæ.

d ¶ Quibus permiſſum.] Quia modica erat ſumma. 2. q. 6 anteriorum. §. illud.

e ¶ Non erat.] Vt clericis, qui in cauſis eccleſiaſticis nō poſſunt appellare ad principem, vt inf. 11. q. 1. placuit.

f ¶ Quoties. Ideſt, bis ante ſententiam: vel poſt ſententiam ſecundum canones. Et no. ꝙ dicit, quoties, ſecundum leges ſed tamen non licet ſecundum leges appellare ad principem, niſi in caſu ante ſententiam; & ita eſt arg. ad expoſitionem illius 2. q. 6. omnis oppreſſus.

Appellare ante ſnīam ſm leges nō licet.

g ¶ Ipſis.] Repetit quod dixerat.

h ¶ Formam.] Arg. C. de codic. ſi idem. contra, quia diuerſitas nominum debet deſignare diuerſitatem rerum vt 21. diſt. cleros.

a ¶ Comitibus.] Ideſt, comitantibus vel ſequentibus eos, vel comitatibus. ideſt epiſcopis. Commitatus enim dicitur 1, diſtrictus alicuius ciuitatis, vbi eſt epiſcopus. Vel hoc vult notare, ꝙ archiepiſcopus maiorem habet poteſtatem in prouincia & iuriſdictionẽ q̃ primas, nam eſt cum ille locus eſſet, in quo excreuit multitudo fidelium iam deputatus alicui epiſcopatui, alias non.

g PRimæ. Ideſt patriarchalis.

VNIVERSALIS. Hæc eſt tertia pars diſtinctionis: in qua dicitur, quod Papa non debet vocari vniuerſalis.

eſſe iuſſerunt ad quos epiſcopi, ſi neceſſe fuerit, confugerent, eoſque appellarent; & ipſi primatũ nomine fruerẽtur, & non alij. Reliquæ vero metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores † comitibus [a] eſſent) haberẽt metropolitanos ſuos, qui prædictis iuſte obedirent primatib. ſicut & in legibus ſeculi olim ordinatum erat: qui non primatum, ſed aut metropolitanorum, aut archiepiſcoporum nomine [b] fruerentur. † *al. maiorum comitũ.*

¶ *Hoc caput integrum reperitur à Gregorio VIII. lib. 6. reg. epiſt. 35. Rothomagenſi Turonenſi, ac Senonenſi archiepiſcopi ſcripta, ex qua & originali nonnullæ ſunt reſtituta.*

Item Aniceius ad epiſcopos Galliæ.

¶ Non vocentur primates, niſi qui primas ſedes tenent. Cap. II.

